D. 10
T. 6. 3 Vol. 1.
14.
1. f. 1. 14

Angeley Sandulphini ejusque
Anno Æt: 1. 1779

Lg. 0. 32.

Digitized by Google

Digitized by Google

Joh. Gottfr. Krügner. Sc. Lipſ.

Digitized by Google

IO. HENRICI BOECLERI

# BIBLIOGRAPHIA CRITICA

SCRIPTORES OMNIVM ARTIVM
ATQVE SCIENTIARVM ORDINE
PERCENSENS

*NVNC DEMVM*
*INTEGRA ET EMENDATIVS*
*EDITA*

ACCESSIONIBVS QVE
EX RELIQVIS SCRIPTIS
BOECLERIANIS
AVCTA

*RECENSVIT*
IO. GOTTLIEB KRAVSE

*QVI ETIAM*
*PRAEFATIONEM ANIMADVERSIONES*
*ET INDICES ADIECIT*

BIBLIOTECA NAZIONALE
1872
FIRENZE

*LIPSIAE*
SVMTIBVS HEREDVM IO. GROSSII
ANNO M DCC XV

Digitized by Google

## Ouidius Triſtium L. I. Eleg. 6.

*ORba parente ſuo quicunque volumina tangis*
*His aliquis noſtro detur in orbe locus.*
*Quoque magis faueas, non ſunt hæc edita ab illo,*
*Sed quaſi de domini funere rapta ſui.*
*Quicquid in his igitur vitii reperitur, id Auctor*
*Emendaturus, ſi licuiſſet, erat.*

Hæc Naſonis nonnihil immutata *Poſthumis Bæcleri* præſcribere iuſſit Cl. *Obrechtus* ad calcem Præf. Animaduerſ. in Hippolytum a Lapide præmiſſæ; quæ in hunc etiam libellum poſthumum & ex poſthumis maxime auctum optime quadrant.

Digitized by Google

# *PRAEFATIO.*

# LECTORI BENEVOLO

S. D.

## EDITOR.

QVamquam præclare de literis mereantur, qui nonniſi ſua lectoribus propinant cogitata, miſſisque aliorum lucubrationibus, proprii potius ingenii monimentis ornare pariter rem eruditam & amplificare conantur; non ideo tamen deprimenda ſunt eorum molimina, qui alienis etiam fœtibus manum commodare gaudent obſtetricantem, virorumque celeberrimorum λειψάνοις colligendis inque lucem publicam protrahendis haud proletariam nauantes operam, ne vel hac ex parte quid detrimenti capiat res literaria pro virili ſua proſpiciunt. Tot ſummos omni ætate viros hoc genus induſtriæ, quo & pietatem in defunctos auctores teſtarentur, omnique de poſteritate bene mererentur, haud indignum vigiliis ſuis exiſtimaſſe ne nunc commemorem; innumeris ſane & eruditiſſimis bonorum ingeniorum inuentis annotatisque carendum nobis eſſe, abſque iis ſi fuiſſet, non niſi rerum omnium ignaros latere poteſt. Neque expeditum adeo diffi-



Digitized by Google

cultatumque expers esse, posthumas, & imperfectas præcipue, auctorum recensere lucubrationes, vt ignauo cuique & imperito cum laude liceat hoc munere defungi, fatebitur, quicunque hac in palæstra vires suas voluerit experiri: & testantur tot infelicis conatus exempla. Iudicio hic opus est subacto, ingenio felici, memoria tenaci, vt bene, quod instituisti, exsequaris.

Inter viros superiori ætate præstantissimos vix quenquam reperio, cuius scripta frequentiores inuenerint editores, quam *Io. Henrici Bæcleri* lucubrationes; quarum is, pro ea qua erat inter omnes existimatione, tantum apud eruditos excitauerat desiderium, vt ne viuente quidem auctore & indignante manus ab iis, imperfectis licet & limam vltimam nondum expertis, abstinerent alii, sed editionis curam protinus ad se raperent. Grauiter hac de re conqueritur auctor ipse in Præfatione ad Notitiam S. R. Imperii. *Quæ cautio*, inquit, *omnes sane, quibus vllus vllius iuris sensus vsusque supereſt, deterrere poterat, ne aliis operibus se ingererent, auctoriue viuenti & videnti arbitrium suæ rei eriperent. Sed hoc iam ad famam vberrimum nonnullis est aucupium, insciis, inuitis, deprecantibus publice, auctoribus aliena rapere, formare & reformare, & in publicum protrudere, non sine multis deprauationibus. Nam & quicquid auditorum aliquis, calamo properante, secus, quam dictum est: excepit; & quæ aliorum verbis sententiisque prolata sunt; &, vbi scriptor iudicium suum suspendit:*

*hæc*

Digitized by Google

*hæc & talia, velis nolis, tu ita feciſti, dixiſti, ſcripſiſti; ſicut plagiario huius generis in te incurrenti placebit. Quæ licentia quo proceſſura ſit, cogitare debebant, quirem librariam, niſi diſciplina publica regatur, ad noxam & dedecus ſæculi vergere intelligunt*: & quæ ſequuntur longe grauiores etiam de Diſſertatione *de comparanda Latinæ Linguæ facultate* querelæ.

Poſt fata *Bœcleri* nihil mitius cum lucubrationibus eius actum: omnes huc conuolare, omnes prouinciam editorum inuadere, hæredes, diſcipuli, alii: qui quam non auſpicato omnes hoc munus in ſe ſuſceperint, oſtendi alibi, pluribusque deinceps ſum oſtenſurus. Nunc retuliſſe iuuabit, quæ de poſthumis Bœclerianis ſenſerit V. Cl. *Chriſtianus Gryphius*, *Bœcleri* genuinus ſane & dignus tanto magiſtro diſcipulus, cuius hæc eſt, in ſchediaſmate quodam typis nondum exſcripto, hoc de argumento digreſſio: *Ceterum dum in huius rei mentionem incido, deplorare vtique cogor ſortem Viri cuiusdam ſummi, & de re literaria, ſi quis alius in Germania noſtra præclare meriti, cuius pleraque ſcripta poſthuma ſimile fatum experta ſunt. Reuera maiori generatione virorum magnorum reliquiæ ſunt conſeruandæ, aut melius fuerat, omnino ab editione tam imperfecta abſtinere. Sed is proh! dolor nunc temporum noſtrorum genius eſt, vt quiuis ſimul per ſuos, ſimul per alios interdum abortiuos fœtus inclareſcere velit.*



Digitized by Google

Hæc inter posthuma Celeberrimi *Bœcleri* referre præsentem etiam libellum adeo non vereor, vt eidem absque hæsitatione nomen eius præscribere haud dubitauerim. In promtu enim sunt sententiæ huic adstruendæ argumenta minime dubia. Nam & stilum *Bœcleri* & eruditionem agnoscunt eius quondam discipuli, interque eos disertim Summe Reuerendus *Fechtius*, cuius verba infra dabo; & frequens Bibliothecæ Suecicæ rerumque Argentoratensium mentio non alium quam *Bœclerum* auctorem esse arguit; rem vero prorsus euincit exemplum quod nos adhibuimus MStum, partim ex ore dictantis exceptum, partim ex libello eius memoriali expressum. Neque quisquam, quod sciam, ad alium parentem referre hunc fœtum adhuc est ausus: nisi quod obesæ naris Criticus *Christophorus Hendreichius*, cuius verba infra refero, ea de re videtur addubitasse.

Prodiit autem libellus iste Germanopoli, vt habet titulus, anno M DC LXXVII, forma octo foliorum; quo editore, quaue ex officina, non additur. Constat autem aliunde, Francofurti ad Mœnum excusum esse, sumtus editionis ferentibus Wolfg. Schrey & Hammio, non ignotis ibidem bibliopolis, editore *Samuele Schottelio*, Poeseos quondam in Academia Argentoratensi Professore, celeberrimique *Obrechti* affine. Sed ægerrime tulisse *Obrechtum*, tradunt, hanc præposteram affinis sui diligentiam, quod compertum haberet, *Bœclerum* has suas prælectiones publico

Digitized by Google

blico nunquam deſtinaſſe, imo ne ederentur, certis de cauſſis, omnino prohibuiſſe. Repetita eſt iſta editio ibidem an. M D C XCVI. eadem forma, ſed nihilo melior, nullaque re, præterquam mendis craſſisſimis, auctior, a quibus ne titulus quidem immunis eſt, duabus quippe lineis ſatis abſurde transpoſitis. Præter binas has editiones nullam ego vidi aliam, neque extare credo. Quamuis enim aliquoties hunc libellum prodiiſſe Celeberrimi Actorum, quæ Lipſiæ publicantur, Eruditorum Collectores *A. 1696. p. 75.* diſerte aſſerant, facile tamen mihi perſuadeo, eosdem falſis aliorum relationibus in hanc inductos eſſe ſententiam. Non enim ſum neſcius, memorari ab *Ant. Teiſſerio* in Auctario Catalogi Catalogorum p. 150. hunc libelli præſentis Titulum: *Io. Henr Bœcleri Bibliotheca ſelecta vero auctori vindicata & ab innumeris mendis, quibus ſubtit. Bibliographiæ Hiſtorico-Philologico Politicæ curioſæ, Germanopoli editæ, ſcatebat, repurgata. Argentorati 1680, 8. ap. Io. Frid. Spoor & Reinh. Wæchtlerum*; noui etiam eundem titulum referri a Pandectarum Brandenburgenſium ſcriptore *Chriſtoph. Hendreichio* p. 619. b. Sed vtrumque ea verba ex Catalogo aliquo Francofurtano exſcripſiſſe, eamque editionem intra primos conatus ſubſtitiſſe valde mihi fit veriſimile, cum in nulla adhuc bibliotheca, aut bibliothecæ alicuius catalogo, tale quid expiſcari mihi licuerit, virique rei librariæ peritiſſimi, ipſique adeo bibliopolii Sporiani etiamnum poſſeſſores nihil ſibi huius-



Digitized by Google

iusmodi visum vnquam esse serio mihi affirmauerint.

Plures autem editiones etsi mihi non innotuerint adhuc, diuersis tamen viris eruditis id curæ fuisse mihi relatum est, vt emendatius ederetur hic libellus. Referendum ne sit ad ἔκδοσιν, de qua modo dixi, Argentoratensem, an de recentiori instituto capiendum, quod de V. Cl. *Io. Henr. Felzenio*, Pandectarum & Iuris Canonici in Academia Argentoratensi Professore, *Bæclerique* nostri ex filia nepote, refertur, eum nempe a multis iam annis edendo huic libro operam addixisse bibliopolæ cuidam Argentoratensi, nunc non definio. Id tantum pro certo nunciatur, dum de die in diem procrastinatur negotium, spem tandem omnem istius editionis penitus decollasse. Sic quoque a bibliopola Francofurtensi, apud quem antea hæc Bibliographia prodierat, accepi, dudum eum de noua eademque meliori editione adornanda egisse cum Viro Celeberrimo *Io. Frid. Pfeffingero*, Argentoratensi, Equestris Academiæ, quæ Luneburgi floret, Inspectore & Prof. Publico, Vitriario illustrato, particula Historiæ sæculi præteriti, Geographia & Mathesi practica, aliisque ingenii monimentis editis incluto; sed simul ipse fatebatur, Virum eruditissimum pluribus, & officii publici, & lucubrationum, quas ipse orbi erudito destinauit, curis distractum, videri omnia nunc alia agere, adeoque horum etiam promissorum spem sane exiguam, aut nullam potius, supersesse. Tandem

dem & amicus quondam meus, *Hieronymus Auguſtus Groſchuffius* artium liberalium, dum viueret, Magiſter, qui multam hiſtoriæ literariæ ornandæ curam impenderat, denuo hunc libellum ſub incudem reuocare, a mendis liberare, atque ſuis paſſim obſeruationibus augere deſtinauerat. Sed deſtinauerat tantum, neque vnquam eum manum operi admouiſſe credo: parum enim aberat, quin ægre ferret, mentionem huius rei a me in Relationibus vernaculis de libris nouis, anno MDCCVIII. & ſequentibus a me editis, *P. VII. p. 674.* indeque a Cel. *Struuio* in Supplementis ad notitiam rei literariæ *p. 14. ſq.* eſſe factam. Deſtinatis autem eius mors præmatura interceſſit, quæ eum multa præclara minantem in flore iuuentutis abſumſit.

His doctorum Virorum conatibus, aliorumque non minus celebrium benignis iudiciis allectus, cœpi primum inſpicere libellum curioſius, ſtatimque amaui tot præclara de bonis omne genus ſcriptoribus monita; ſimul tamen indolui, adeo mendis obſita eſſe omnia fœdiſſimis, vt ſæpe mentem auctoris ne hariolando quidem aſſequi liceret; nomina vero ſcriptorum ita corrupta & deprauata, vt aliquando nulla arte, nullaque adhibita induſtria, reſtitui poſſe viderentur. Libello igitur optaui ſerio editorem & rei librariæ peritum & ſententiarum Auctoris in primis gnarum, in ſcriptis autem eiusdem reliquis haud perfunctorie verſatum. Quales cum eſſe viros, quos laudaui, eruditos, aut noſſem penitius, aut

argumentis haud leuibus inductus mihi perſuaderem, nimis quam ægre tuli, ſpes iſtas omnino iam decollaſſe. Emendaui itaque ipſe in exemplo meo non pauca, ſed in vſus tantum priuatos, & prout in loca quædam aliud agendo incidi. Interiecto tempore, cum inter familiares cum bibliopola ſermones huius etiam libelli mentio fieret, pluribus eundem, vt merebatur, commendaui; ſed ita commendaui, vt næuos ſimul non diſſimularem: quo factum eſt, vt idem eiusdem recudendi caperet conſilium, meaque ad id opera vti peroptaret. Nolui conatibus viri optimi, vſibusque ſtudioſæ iuuentutis, cui vnice hæc commentatio deſtinatur, deeſſe, accuratioique recenſioni me protinus accinxi. Perlecto itaque denuo libello, intellexi, triplicem præcipue requiri induſtriam, ſi probe hoc munere defungi vellem: primo, vt ſphalmata typographica, cura, quanta fieri poſſet maxima, emendarentur; deinde, vt omnia ad normam, quam auctor ſibi circa initium præſcripſit, exigerentur, libellusque vniuerſus iuſto ordine diſponeretur; denique, vt ea capita, quæ methodus auctoris promittebat, & ad quæ aliquando ipſe prouocauerat, quorum tamen nihil in toto hoc libello comparebat, a me adiicerentur.

Dum autem in hoc ſum, vt his omnibus rite proſpicerem, perluſtrandum offertur mihi ab amico, nullius tamen rei minus, quam horum, quæ agitabam, conſiliorum meorum gnaro, volumen Prælectionum Bœclerianarum; quod aui-

Digitized by Google

auide euoluens, vt inde doctrinæ forte aliquam facerem acceſſionem, aut, quod optabam in primis, monita quædam de ſcriptoribus illuſtrando emendandoque libello, cui inſudabam, haurirem, inueni, præter Lectiones Ethicas & Politicas non ita pridem a Cl. *Mollenbeccio* in lucem productas, haberi inibi Locos Communes ordine ſcientiarum & artium diſpoſitos, ſingulis titulis per ſingula folia, charta etiam pura interiecta, deſcriptis. Non potuit me latere diutius, hos ipſos eſſe Locos communes, ex quibus enatus eſt libellus, ab editore *Bibliographiæ Curioſæ* titulo prænotatus: quam ſane aut meam, aut libelli potius fortunam, mihi profecto tunc exoptatiſſimam, ne quidem ſperare vnquam fueram auſus. Percurri lætus quicquid erat ſub his titulis annotatorum, quæ auditor quondam aliquis & domeſticus *Bæcleri*, partim ex ore eiusdem dictantis, partim ex libello ipſius memoriali, deſcripſerat, deprehendique, ex iis, quamuis frequentibus etiam hic mendis, quod in eiusmodi prælectionum apographis ſolenne eſt, non vacarent, multa tamen poſſe in impreſſis corrigi, multa ibidem omiſſa hinc inde reſtitui, nouem etiam tituli, quorum in vtraque editione præcedenti nec vola, nec veſtigium, tractationi huic addi, vt integrum ſcientiarum & artium ſyſtema, quod ſub initium libri promittitur, ſic demum abſolueretur.

Præterea ex ſcripto hoc exemplari didici, ſcopum auctoris non fuiſſe, vt hactenus exiſtimatum

matum eſt, plenam auctorum Bibliothecam tradere, ſed auditoribus tantum viam & ordinem oſtendere, quo commodiſſime variæ de bonis cuiuscunque generis libris obſeruationes colligi poſſent: quamuis inſigni, qua pollebat Noſter, omnis rei literariæ peritia effectum ſit, vt exempla, quæ addidit ſuppeditatis a ſe titulis, ſenſim in ſelectam quaſi optimorum, & veterum præcipue, Scriptorum excreſcerent bibliothecam. Qua autem in re vel in primis certiora me hic reperturum credidi, quo nempe tempore hæ prælectiones cum auditoribus primum fuerint communicatæ, in eo fruſtra fui; adeoque iis contentum me eſſe oportuit, quæ huic rei indagandæ iam antea ex impreſſis collegeram, argumentis. Mentio enim ibidem habetur *Procopii* ab *Eichelio* an. 1653. editi; *Manilii* cum *Scaligeri* Notis ab ipſo *Bæclero* curati an. 1655. imo & Menagianarum in *Laertium* Obſeruationum, quæ non ante an. 1664. lucem adſpexerunt. Hinc firmiter concludi poſſe exiſtimo, ſaltem poſt annum ſuperioris ſæculi LXIV. harum prælectionum natales eſſe ponendos. Ante annum 1699. eosdem eſſe ſtatuendos etſi non extra omne dubium collocari queat, aliqua tamen veri ſpecie inde coniicere licet, quod Plinianam editionem optimam eſſe dicat, quam curauit *Dalechampius*, nulla interim Gronouianæ, quæ dicto anno prodiit, mentione iniecta; quam tamen in primis laudat in Commentatione de Scriptoribus Græcis & Latinis.

Sed

Digitized by Go

Sed redeundum mihi eſt ad id, vnde digreſſus ſum, dicendumque de ſtudio, quod in recenſendo hoc opuſculo a me eſt collocatum. Princeps itaque cura mihi fuit circa emendationem textus; vbi tot monſtra errorum fœdiſſima fuerunt mihi debellanda, vt parum abfuerit, quin rei difficultate deterritus in medio opere deficerem. Sic videas laudari pro Valdero, Valdonum, pro Braſpergio, Braslerum, pro Cerono, Ceruinum, pro Piſano, Piſorium, pro Barocio, Baronium, pro Humberto Montismozellano, Mund. Moretanum, pro Bonnæo, Borromæum, pro Tuningio, Tomingium, pro Juſto, Ireſtum, pro Vomelio, Cornalium, pro Pæto, Petrum, pro Illeſca, Illeream, pro Balæo, Belleum, pro Contareno, Catharinum, pro Bracello, Baricellum, pro Maſculo, Murſulum, pro Gyrello, Cicelium, pro Caſella, Capellam, pro Doſio, Boſium, pro Coccinio, Cælinum, pro Mirtæo, Miræum, pro Kærio Retium, pro Gebvvillero, Gabuxillerum, pro Brotuffio, Brotacium, pro Cadamuſto, Cadomiſtum, pro Paſtregico, Paſtrengium, pro Democrate Democritum, pro Riualto, Riuallium, pro Coruino, Clauonium, pro Strigelio, Stengelium; vt alia innumera nominum corruptorum portenta taceam. Videas Scriptoribus ſæpiſſime aliena tribui prænomina, Hemmingumque Sixti, Foxium Candallam Pauli, Schragium Andreæ, Hondium Ioannis, Cornarium Ionæ, Amanum Ioannis, Svvartium Eraſmi, Paduanum Hieronymi, Poſſeuinum Andreæ, Schorum Hermanni,

Ly-

LydiumBartholomæi, Victorem Petri, Ferrarium Octauii, Ionstonum Ioannis, Harpsfeldium Hieronymi, Maiorem Isaaci, Apianum Petri, Aluarecium Friderici, Bitschium Georgii, Gemusæum Henrici, Gualterium Iacobi, alios alia perperam gerere prænomina. Quid quod quandoque cognominibus omissis sola habentur prænomina, sicuti Iacobus tantum vocatur, qui Vlfeldius, Georgius Bertholdus, qui Pontanus, Orontius, qui Finæus dici debebat. Neque in reliquis melius se gessit editorum industria, cum mox pro Geoponicis Georgica, pro Gromatico Grammaticus, pro Transisalano Transyluanus, pro Horoscopo Hiroscyion, pro Panathenæis Rauathenæa, pro Tabulis Frisicis Physicæ, & alia eiusdem generis ineptissima admissa sint, ita vt sæpissime vix diuinando sensum aliquem elicere possis. Non dicam de lineis sæpe aliquot omissis, indeque in vnum confusis, quæ de diuersis dicta fuerant; de paginis aliquot inuicem permutatis, quale quid in tractatione de Astronomis alibique acciderat; de signis distinctionum aut omissis, aut perperam additis, quæ sensum producebant plane contrarium, nomina vnius auctoris disiungebant, vt diuersi designari viderentnr, diuersorumque nomina, quasi ad vnum spectarent, contrahebant.

Tot itaque tantisque sphalmatibus, quæ tum typothetæ tum auditorum b. Viri culpa irrepserant, eliminandis, aliquando vix sufficere mihi videbar, nisi mentem Cl. Auctoris de rebus quam-

quamplurimis, ſcriptoribus præcipue, aliunde iam haberem cognitam. Collegi itaque ex aliis eius ſcriptis, de argumentis, quæ hic attinguntur, non pauca, quæ vſum etiam mihi præbuerunt inſignem in libello emendando, anſamque dederunt longe plura ex omnibus, quotquot nanciſci potui, Auctoris ſcriptis colligendi, quæ nunc textui ſubiecta vides; de quibus infra ſuo loco dicetur vberius. Hic addere tantum iuuat, non modo ſedulo me cauiſſe, ne quid audacius, & præter mentem auctoris mutarem, ſed etiam *παροράματα* ipſius auctoris ab exſcriptorum typothetarumque allucinationibus, quantum fieri licuit, diſtinxiſſe, eaque ſimul cum iſtis e libello non eieciſſe, ſed peculiaribus ad calcem Animaduerſionibus indicaſſe atque emendaſſe. Neque enim quisquam, puto, Noſtrum adeo ſupra humanam ſortem poſitum arbitrabitur, vt excidere ei non potuerint quædam obelo notari digna, præcipue non de ſcripto, ſed memoria ſuggerente, res longe diuerſiſſimas, in vſus tantum priuatos auditorum ſuorum, proponenti. Nam longe curatius ad examen vocaſſet omnia Auctor, ſi ea publicæ luci deſtinaſſet vnquam; ſicuti nos dubitare non ſinit ſingularis *Bœcleri* in ſcriptis, viuente ipſo & vidente, cum orbe literato communicatis *ἀκρίβεια*. Interim fateor, ambiguum aliquando fuiſſe vel maxime, auctorine, an typographo, tribuenda forent, quæ limam poſcere ſeueriorem videbantur: quare, ſi iniquius hac in re alicubi, aut benignius, de auctore exiſtimaſſe cenſear, ſuo quemque ſenſu

abundare facile patiar; modo ne quid detrahatur exiſtimationi Viri Celeberrimi, quæ ab his minime pendet, aliisque ingenii eius monimentis eruditiſſimis dudum ſatis eſt confirmata.

Perinuitus ſane acceſſi ad alterum genus mearum in hunc libellum curarum; præterquam enim quod ſpeciem ambitionis habet a me alieniſſimæ, auctoris defuncti, famamque ampliſſimam conſecuti, lucubrationibus aliam induere velle faciem, nunquam certe ſe mihi probauit præpoſtera eorum ſedulitas, qui in opere alieno ingenioſi, volente, nolente auctore, *diruunt, ædificant, mutant quadrata rotundis.* Quandoquidem tamen aliter non poterat conſtare ordinis ratio, ſatisque ex diuiſione totius tractationis quibusdam capitibus præmiſſa patebat, auctorem ipſum, ſi limam adhibere vltimam ipſi licuiſſet, multa ad normam ab initio ſibi præſcriptam exacturum fuiſſe; non dubitaui hic etiam manum operi admouere, ſingulaque, non quidem ad meum palatum digerere, ſed ad methodi potius ab auctore delineatæ leges exigere. Præ ceteris autem in oculos incurrebat Bibliotheca Philoſophorum Veterum, Hiſtoricis Latinis, variæque Hiſtoriæ Scriptoribus, non magnas ob rationes, loco ſane quam alieno, interiecta quæ cum etiam Græcos tantum, eosque non Philoſophos modo, ſed Mathematicos quoque, Philologos, Litteratores, aliosque exhiberet, non potui non vnumquemque ad ſuam reuocare claſſem; præſertim cum in Mathematicis ſemper huc prouocaret auctor, incongruumque mihi videretur lecto-

ctorem ex classe scriptori alicui propria aliorsum ablegare, vbi minus recte, & extra ordinem, de eo fuerat dictum. Capite II. probare non potui, Grammaticos Latinos præmitti Græcis, interque Latinos, veteres atque recentiores non satis ab inuicem distingui. Rhetoribus Græcis Capite III. statim adiunxi Rhetores Latinos, recentioresque, eademque ratione versatus sum deinde in Oratoribus & Epistolarum scriptoribus. Capiti VI. Scriptores Historiæ vniuersalis medii æui, suorumque temporum historicos quosdam, ab auctore variis in locis huius libelli laudatos inserui: in historia ciuili, Iudaica Græcis præmisi. Historicos Græcos atque Latinos auctor, respectu habito ad linguam, qua scripserant, ab se inuicem distinxit; hos ego, ratione argumenti, quod tractant, Capite IX, X, & XI. in Scriptores Græcos, Romanos & Byzantinos digessi, vt hac quoque in parte seruaretur debita cum reliquis capitibus de Historicis conuenientia. In Historia Europæa regnorum hodiernorum secutus sum ductum auctoris, qui non alium proposuisse videtur sibi ordinem, quam vt via breuissima, per modum iter facientium, orbem vniuersum peragraret. Ad hanc igitur normam tum historiam partium Germaniæ, tum reliquorum regnorum scriptores disposui: quamquam pauca hic in ordine iam constituto fuerunt mutanda. In scriptoribus autem cuiusque regni dedi operam, vt coniungerentur, quantum fieri poterat, qui idem fere argumentum pertractarunt; id quod non vbique ab auctore fue-

rat obſeruatum. Hiſtoriam Aſiaticam, Africanam, Americanam, rectius Europææ ſubiungi credidi, quam præmitti, quod ſemper a notioribus ad ignotiora ſit progrediendum. Hiſtoriam ciuilem ſequitur literaria; hanc Vitarum ſcriptores excipiunt, omnes hiſtoriæ partes illuſtrantes; quibus demum expoſitis Hiſtoria Varia omne illud corpus hiſtoriarum, variis ex omni hiſtoriarum genere decerptis particulis, abſoluit. Cum autem tria hæc poſtrema, quæ attigi, capita nihil ſcriptorum veterum huc pertinentium commemorarent, commode licuit defectum hunc ex tractatione de Hiſtoricis Græcis & Latinis, ſicuti caput, quod ſequitur, de variis Philologorum operibus, ex Bibliotheca veterum Philoſophorum, quodammodo ſupplere. Scriptores Mathematicos vbi percenſet auctor noſter, *Voſſium* de Scientiis Mathematicis, quem & ipſe non ſemel laudat, preſſius fere ſequitur: quod cum mature animaduerterem, inſigni ſane emolumento mihi in reſtituenda veriori lectione fuit liber hic Voſſianus, vtpote quo indice quamplurima miſere corrupta, diſcerpta & in alienum locum reiecta, omiſſa etiam, ſanare & ſupplere mihi licuit. Capiti XL, quod eſt de Scriptoribus Philoſophicis in genere, præmiſi Veteres, ex memorata ſuperius Bibliotheca Veterum Philoſophorum, qui ad alias claſſes commode referri non poterant. Totam autem hanc ſcientiarum & artium, ſimulque huius libelli diſpoſitionem, quam Noſter ex Voſſianis de Natura & conſtitutione Artium libris hauſit,

vt

vt ſtatim cuilibet conſtaret connexionis ratio, in Tabulas redegi, huic Præfationi ſubiunctas.

Non ſatis tamen erat ordinem emendaſſe, niſi expeditior etiam redderetur lectoribus libri huius euolutio. Tituli enim argumentorum ſingulorum in præcedentibus editionibus plerumque erant omiſſi, aut ſi addebantur, adeo inepte concinnati, ex medio ſæpe contextu decerpti, typisque modo maioribus, modo minoribus expreſſi comparebant, vt ad confundendos potius, quam iuuandos lectores additi eſſe viderentur. Totus libellus non aliis, quam paragraphorum numeris diuidebatur: qua in re editor titulos ab auctore in libello memoriali conſtitutos fuerat ſecutus, non habita eorum ratione, quæ idem deinde in vſum auditorum fuſe, occaſione iſtorum titulorum, differuerat. Hinc factum eſt, vt paragraphi immane quantum mole inter ſe differrent, alterque vnica fere lineola abſolueretur, alter vltra 38. paginas impleret. Cum etiam ne paginarum quidem numeri in prioribus editionibus eſſent adiecti, nulla fere ratione ab eruditis perſpicue ſatis potuit allegari; aliis interim paragraphos, aliis literas ad oram paginarum addi ſolitas, aliis paginas ſua manu adſcriptas notantibus: quod quantum incommodi ſecum ferat, quiuis facile perſpiciet. Prior enim ratio allegandi requirit, vt aliquando vltra 30. paginas perlegas ante, quam id, quod indicatur, inuenire liceat; altera illa pauciſſimis eſt familiaris, adeoque apud lectores plerosque nullum habet vſum; poſtrema his premitur difficultatibus,

quod alii numerorum ſeriem poſt Epiſtolam præfixam demum incipiant, alii eadem Epiſtolam quoque iſtam, alii titulum etiam libri comprehendant; vt ita nnius eiusdemque paginæ triplex, pro diuerſa ratione numerandi, poſſit eſſe numerus. His omnibus mederi noua hac editione cupiens, non paginis modo numeros addi curaui, ſed totum etiam libellum in XLVIII. Capita, ſingulaque capita in ſuos Paragraphos pro ratione argumenti diſtinxi; titulos perſpicuos, tum in limine ſingulorum Capitum, tum ad oram cuiusuis paginæ adieci, ſeruato vbique eodem typorum genere; Nomina auctorum maioribus literis vt exprimerentur effeci, appoſitis etiam in margine, veterum præcipue, de quibus prolixius aliquando agitur, nominibus.

Hactenus de opera, quam iis adhibui, quæ in prioribus continebantur editionibus. Nunc de nouis, quæ hanc quam habes præ manibus, ἔκδοσιν augent, acceſſionibus. Et quidem plura dediſſe auctorem, aut ſaltem dare voluiſſe, quam adhuc euulgatum legebatur, ex variis ipſius libelli huius locis colligere licuit. De Macrobio enim vberius ſe dicturum alibi recepit, cum de Homero ſermo eſſet, cuius tamen denuo mentionem fieri non video: ad Caput de Philoſophis prouocat vbi de Plutarcho inter Oratores Græcos loquitur: ad tractationem de Theologis lectores ablegat, Adagiorum opus Eraſmi commendans: de ſcriptoribus etiam Iuris Publici dicere eum voluiſſe ex eo loco patet, vbi Voluminum Goldaſti inter Scriptores rerum Germani-

manicarum meminit: quid quod plura, quam etiamnum exhibentur in Capite de Aſtrologis, expectare nos iubet Cardani inter Aſtronomos mentio? Supra dixi de exemplo MSto, impreſſis longe locupletiori; cuius adminiculo quantum longe plurimis in locis huic libello acceſſerit, deprehendent, qui, ſi plura non libeat, duo ſaltem capita priora cum reliquis editionibus conferre non fuerint dedignati. Præcipuum autem idem codex mihi præſtitit vſum circa poſtrema libelli capita, quæ plane in vulgatis antea deſiderabantur; vbi diſtincte hic legabatur tractatio de Scriptoribus Logicis, de Phyſicis, de Metaphyſicis, de Ethicis, de Politicis, de Oeconomicis; itemque de Theologia, de Jurisprudentia, deque Medicina: quæ omnia nunc primum ex eodem libro MSto prodeunt. Deerat tamen & hic inter Mathematicos Scriptorum Geographiæ, Mechanicesque notitia; quam, cum in reliquis etiam Matheſeos partibus, vt dixi ſupra, *Voſſium* ſtricte ſequi auctorem animaduertiſſem, non dubitaui ex eodem ipſe huc transferre, ne hac etiam in parte libello ſua deeſſet integritas. Vt tamen ab auctoris verbis mea diſtingui poſſent, hæc literis, quas vocant, Italicis exprimi curaui. Patebit inde, in Capite de Geographis non niſi §§. duos poſtremos ad *Bæclerum* tanquam auctorem ſpectare, quos ex capite V. de Geographia hiſtorica huc tranſcripſi; in capite vero de Mechanicis paſſim meis intermixtas eſſe annotationes ex Bibliotheca Veterum Philoſophorum, de qua ſupra dixi, huc pertinentes: quæ auctoris

ris noſtri verba vtrobique eodem, quo cetera omnia, typo exhibentur. Nolim tamen turbari quenquam, ſi deprehenderit, a *Io. Frid. Reinhardo* in Theatro Prudentiæ Elegantioris, a *Kœnigio* in Bibl. Vet. & noua, vbi de *Thuano* & *Naudæo*, & ab aliis forte etiam citari ſubinde verba, ex Bibliographia Politica, quæ in præſenti libro non leguntur; ſolent enim multi Bibliothecam Politicam, huic opuſculo in prioribus editionibus ſubiunctam, cum præſenti libro confundere.

De Excerptis ex reliquis ſcriptis Bœclerianis, quæ textui huius libri adiecta leguntur, vncinulisque ab eodem diſtinguuntur, ſupra quædam attigi, ſimulque indicaui, qua occaſione id genus laboris in me ſuſceperim. Vt autem omnes, quæ modo poſſent a me indagari, *Bœcleri* de bonis ſcriptoribus obſeruationes coniungerem, varia ſunt, quæ me permouerunt. Primum enim præclara multa in iis, quæ iam perlegeram, reperiri de Scriptoribus, antiquis præcipue, monita, non alibi a me obſeruata, deprehendi: vidi deinde non pauca huius libelli loca iis poſſe illuſtrari, varia etiam ab auctore, in antiquis præſertim, prætermiſſa commode ſatis ſuppleri. Habent enim hoc ſcripta Bœcleriana, vt lucem ſibi inuicem fœnerentur, & ea, quæ aliquando traduntur conciſius, aut vix attinguntur, eadem alibi explicentur clarius & vberius. Solent eadem fere de cauſſa non inepte, vt arbitror, hodie optare curioſiores, vt loca ſcriptorum celebrium de vno eodemque argumento diligentius ex

variis

Digitized by Google

variis eorum commentationibus colliganrur atque inter ſe conferantur, vt, quid diuerſis temporibus eadem de re ſenſerint, facilius inde pateat: quale quid de Bælianis commemorari legas in *Hiſtoria Critica Reipublicæ Litterariæ T. VI. p. 244.* Imo etiam cum præſenti libello *Bæcleri* Clariſſimus *Neu in Acceſſionibus ad Wheatum* p. 16. diſerte ſuadet coniungendam eſſe eiusdem de Scriptoribus Græcis & Latinis Commentationem, & cum eodem Cel. *Mollerus* in Præf. ad Tomos poſteriores Polyhiſtoris Morhofiani §. 11. p. 14. eiusdem de Eloquentia Politici diſſertationem comparari iubet: qua vtraque nos ita vſi ſumus, vt nihil eorum omitteremus, quæ vllo modo ad argumentum libri præſentis ſpectare videbantur. Non autem hæc tantum, ſed quicquid omnino ſcriptorum *Bæcleri* inſpicere mihi licuit, euolui, & quid de ſcriptoribus memoratum inueni, huc retuli. Quo vel vno gratiam me apud lectores beneuolos initurum confido, ſi cogitauerint, tanta *Bæclerum* quondam in hoc genere inſtitutionis literariæ dexteritate vſum eſſe, vt vnum hunc ſuo tempore, ſi a *Conringio* diſceſſeris, idoneum iudicauerit Cel. *Morhofius Polyhiſt. Lit. L. I. c. 2. extr.* qui Hiſtoriæ Literariæ iuſtum aliquod opus exſtrueret: ſi etiam cognouerint certatim viros celeberrimos iudicia eius tum nominatim petiiſſe, atque commendaſſe, tum ſuppreſſo eius nomine exſcripſiſſe. Sane magni noſtrum facit & vbique fere ſequitur ſummus Ienenſium Polyhiſtor *I. A. Boſius* in diſſ. *de Prudentia & Eloquentia*

*tia ciuili comparanda;* iudicia eius quauis data occaſione ſua faciunt V. Cl. *Io. Mollerus*, *Th. Crenius*, *Io. Chriſt. Neu*, aliique in ſcriptis ſuis; imo *Morhofius* etiam in Polyhiſtore ſuo non ſemel verbis eiusdem ſententiam ſuam confirmat: *Bailletus* vero libello præſenti tantum non omnia debet, vt credibile ſit, Iudicia de eruditis, quæ dedit, vix nos habituros, niſi *Bæclerus* ipſi exemplum præiuiſſet, viamque monſtraſſet, qua foret incedendum: adeo iudiciis libelli noſtri vtitur diligenter, adeo errores eiusdem ſequitur incaute, adeo ſæpe nihil præter Bibliographum, quem vocat, Anonymum ſapit, maius dubio procul operæ facturus pretium, ſi, quæ nunc adiecta conſpiciuntur, *Bæcleri* ex aliis etiam ſcriptis de auctoribus monita, cognita habuiſſet.

Non tem anguſtos adeo induſtriæ huic meæ conſtitui fines, vt non aliis de ſcriptoribus Bœcleriana adiicerem, quam qui libello hoc memorantur: gratum enim & hoc lectoribus fore ſperaui, ſi de iis quoque adderem quædam, quos, ex antiquis præcipue, hoc in opuſculo forte præterierat Noſter, adeoque ſupplerem aliunde, quod huic opellæ vel in primis deeſſe videbatur. His tamen vt plurimum me continui terminis, vt ea tantum excerperem, quæ ad iudicium de vniuerſo aliquo libro ferendo ſpectarent; præterminis interim, quæ vnice de ſententia, inter alias in libro propoſita, agerent. Neque etiam ea placuit repetere loca, vbi auctorum de argumentis quibusdam nomina ſolummodo recitantur:

tur: nisi quod nonnulla, in capitibus maxime de Scriptoribus Politicis, & Ethicis, huius commatis, loco speciminis attuli. Quoties autem praeterea memorantur in additionibus his libri quidam, nulla de iisdem Crisi addita, eo id quidem fine factum esse scias, vt praelectionibus, quas instituere in hunc libellum est animus, plura de iis scriptoribus commentandi praeberetur mihi occasio. Praetermisi etiam data opera, sicubi forte locus aliquis prorsus eadem exhiberet, quae iam in praecedentibus continebantur omnia aeque perspicue. Quamquam in huiusmodi collectione nulla id effici cautione queat, vt non subinde repetantur quaedam iam antea dicta; nisi a verbis auctoris omnino discedere, iisque saepius alia substituere velis; quod ab instituto nostro erat alienum. Accidere etiam mihi potuit, vt aliquando reliquis inserta relinquerem, quae, cum ea verbis postmodum ex alio libro adiectis enarrarentur vberius, inducere fuerat satius, & inducta esse forte optabo, quamprimum ea otiose adiecta esse deprehendero. Quis enim tam perspicax in his est minutiis, vt nihil vnquam eum fugisse, nihil oculorum eius aciem fefellisse compertum sit? Maior mihi cura fuit, ne quid admitterem, aut ab exscriptoribus, aut a typographis depraüatum: quorum si me non pauca ex his etiam locis eieciſſe asseram, nihil forte a veritate dixerim alienum.

Ceterum non mirabitur Lector, de plurimis scriptoribus nihil, de multis vero, antiquis praecipue, admodum multa ex aliis scriptis Boecleria-

nis

nis depromta hic afferri. Tanta enim Noſtro cum antiquis Auctoribus ab ineunte ætate interceſſerat familiaritas, vt intima quæque & recondita eorum introſpiceret, plurimaque obſeruaret, quæ alios latere ſolent. Cui laudi perſonatus etiam ille, Noſtrique alioquin non ſatis æquus per omnia cenſor, *Sarcmaſius*, adeo detrahere auſus non eſt, vt antiquitatis potius notitiam, elegantiam ſtili, hiſtoriarumque, præſertim Romanorum, peritiam protinus illi adſereret. Quare gratum id futurum Lectoribus confido, ſi omnia cenſoris peritiſſimi, longoque vſu in hac palæſtra exercitatiſſimi, monita in vnum hic locum congeſta repererint. Quamquam tamen id mihi non arrogo, vt nihil omnino meam hic effugiſſe diligentiam exiſtimem: præterquam enim, quod obiter quaſi inſerta aliquando tractationi longe ab hoc inſtituto diuerſæ, facilius non animaduerſa prætermittuntur; eſſe etiam, fateor ſcripta b. Viri, in quibus indagandis nihil mihi profuit omnis illa, quam adhibui, induſtria; neque editiones veterum Scriptorum ab eo procuratas omnes conquirere mihi licuit, quibus ille, quoties iterarentur, nouas fere Præfationes ſolebat adiicere. Imo longe plura nos habituros nullus dubito, ſi venerint in manus hominum, quæ etiamnum latent apud auditores quondam Viri celeberrimi, cumque tineis forte & blattis colluctantur commentationes eruditiſſimæ. Saliuam profecto mouent, quæ in prælectionibus de S. R. Imperio, in Inſtitutionibus Politicis. Ethicis, aliisque communicata cum audi-

auditoribus ſunt ab auctore noſtro, quæ verbo tantum indicantur in libellis, quæ publice nunc proſtant, memorialibus. Et guſtum quodammodo dare poſſunt, quæ in animaduerſionibus noſtris ad calcem libelli huius ex Commentario de rebus Turcicis prolata ſunt: alia vero exſpectabunt lectores deliciarum iſtarum cupidi, a Cl. *Mollenbeccio*, qui in præfatione ad Tractatus Bœcleri poſthumos plura eiusdem editurum ſe recepit; nec non ab aliis, in quorum manibus multa ſibi viſa Bœcleriana nondum edita teſtatur Summe Reuer. *Fechtius* in Præfat. ad Hiſtoriam IV. a C. N. ſæculorum.

Eadem de cauſſa indolui ſæpe, carere nos adhuc Epiſtolis Bœclerianis, quibus quantum doctrinæ contineatur elegantioris ſolidioriſque, vel ex eo fieri coniectura poteſt, quod rebus eruditis vt maxime in Suecia florentibus interfuit, quod Bibliotheca ibidem inſtructiſſima vſus eſt, quod amicitiam cum viris per Galliam, Germaniam, Sueciam eruditiſſimis per literas coluit. Equidem non latet me vulgatam iam haberi vnam alteramue, aut integram, aut excerptam, inter collectas ab *Arnoldo* de Teſtimonio Fl. Ioſephi de Chriſto epiſtolas, in Grotianis ad Iſr. Iaski, in Cl. *Struuii* Actis Litterariis ex MSStis, in *Græningii* Bibliotheca Iuris Gentium Europæa, in *Felleri* Monumentis ineditis, & alibi; ſed non eſſe has conferendas cum numeroſo earum exercitu, quæ lateant neceſſe eſt in ſcriniis eruditorum, nemo temere dubitauerit. Et haberi Bœclerianas in Bibliotheca Gudiana inſtructiſſima,

lima, cuius Codices MSSti Thesauro librario Sereniſſimi Ducis Guelferbytani poſtmodum ſunt adiecti, diſerte tradit Cel. *Morhofius*; ſimiliaque de Spizeliana, quæ Auguſtæ eſt, teſtatur *Meelfuhrerus* in *Acceſſionibus ad Almeloueenium*. Heredes autem Viri Celeberrimi, eiusque, quos coluit, amicorum quamplurima huius commatis apud ſe ſeruare, per mihi vero videtur ſimile. Compellandi igitur publico hic mihi ſunt nomine omnes, quorum in manu id poſitum eſt, vt ne diutius tum Epiſtolas, tum alia ingenii Bœcleriani monimenta Orbi inuideant literato, & ſi minus lucem ferre publicam queant immaturi quidam Viri præſtantiſſimi fœtus, inſigniorum ſaltem locorum inde decerptorum vſum ſolidioris elegantiorisque doctrinæ cultoribus ingenuis concedere ne dedignentur.

Cum autem loca iſta, in vnum hic a me congeſta, ex ſcriptis *Bœcleri* tum imperfectis, prælectionibusque extemporalibus, tum vltimam eius limam expertis, ſint depromta, nemini mirum videri debet, non eandem hic deprehendi per omnia ſtili formam, non idem vbique ingenium. Solebat enim Vir eruditiſſimus quoties præmeditatus ad ſcribendum accederet, magno conatu voces conquirere ſelectiſſimas, paucisque lineis ſenſus comprehendere ampliſſimos: qua quidem cura non poſſunt non carere, quæ, ſimulac animum ſubierant, in gratiam auditorum liberaliter ſunt effuſa. Hæc tamen extemporalia adeo non ſunt ſpernenda, vt Summe Reu. *Fechtius* etiam plerorumque ſaltem lectorum captui

captui magis præ illis esse accommodata contendat in Præfatione, cuius modo memini, ad Historiam IV. post C. N. Sæculorum. *Compertum*, inquit, *erat, quæ extemporali diligentia scriberentur* (a Bœclero) *faciliorem habere sensum, ac proinde vsum etiam lecta de sese diffundere maiorem.* Et paulo post: *Tu, quisquis es, Bœclerianas dissertationes, ceteraque non sine studio scripta, lege; sponsione certare ausim multo tempore, multaque relectione opus esse, nisi & eruditissimus sis & exercitatissimus, vt intelligas. Quæ vero peruia tibi erunt, nec indigebunt Oedipo, si versaueris extemporalia.* Quæ autem a Nostro paulo sollicitiore cura sunt edecumata, vt elegantiæ quadam specie blandiuntur decoris ingeniis; ita obscuritatis vitium effugere haud potuerunt; ita peregrinitatem quandam præ se ferunt, iis, quibus purioris Latinitatis cura est, non satis probatam. Vt adeo non inique de Nostro censuerit elegantissimus *Sleuogtius* in Epistola ad Cel. *Fabricium* Ferrariano de Pantominis opusculo adiecta, eum, *dum sibi nimium indulget, ac professo pæne studio detrectat vllam loquendi formulam antiquis integram debere; dum verba latina quidem, sed constructione inusitata, suis, id est nouis, itidem a Romanorum consuetudine alienis animi sensis applicat, id effecisse, vt dicendi, quod sibi formauit, genus, neque aureæ, neque sequioris ætatis respondeat genio: sed prorsus nouum sit, ac nescio quid resonet peregrinitatis.* Non addam nunc voces etiam aliquando minus latinas & a Nostro de-

demum, vt quidem videtur, excogitatas, in locis hunc in libellum relatis me deprehendiſſe; cum Ciceronianæ dictionis ſectatorem nunquam ſe profeſſus ſit *Bæclerus*, idque argumentum alii loco rectius reſeruari a me exiſtimem.

Non minor eſt in ſcriptis Bœclerianis orthographiæ in vocibus quam plurimis diſcrepantia; cum in iis, quæ poſt fata Viri edita ſunt, aut recuſa, data quaſi opera probata auctori ſcribendi ratio, neſcio an laudando ſatis conſilio, ſit immutata. Nobis & hic negligere eruditas Viri præſtantiſſimi rationes religioni fuit, ſatiusque duximus omnia ad eandem, quam ipſe in ſcriptis a ſe in lucem emiſſis ſequitur, normam reuocare, quam variam pro captu editorum & vitioſam ſæpe ſcripturam retinere, lectorique hac inconſtantia nauſeam creare.

Dixi ſupra, intacta me reliquiſſe ea, quæ perperam quidem aſſeruntur, ita tamen ſunt comparata, vt culpa in typographum, aut auditores *Bæcleri* transferri non facile queat, adeoque ipſi potius auctori videatur tribuenda. Notaueram quædam huius generis, eo fine, vt ſpecimenis loco a me huic præfationi inſeri poſſent: ſed, vt vidi, prolixiora ea fore, quam vt locum hic poſſent inuenire, ipſo libello iam tum impreſſo, demum ſtatui ea ad calcem eiusdem reiicere. Amplius itaque ſpatium nactus explicandis quæ annotaueram, ſingula denuo ſub examen vocaui, quæ aliquo modo, tam in textu libri huius quam in additamentis, quæ huic editioni acceſſerunt, ſuſpecta mihi eſſe videbantur, pluresque

errores

Digitized by Google

errores detexi, quam vnquam libello ineſſe putaſſem. His dum intentus ſum, inſtant nundinæ, bibliopolaque editionem vrgente, vix mihi tantum conceditur temporis, vt aliquot capita curatius poſſem excutere: quare coactus ſum, neglecta vlteriori diſquiſitione, ea tantum lectoribus meis propinare, quæ tum quidem in promtu mihi erant. Tædioſum autem nimis fore credidi, ſi perpetuo tantum Noſtri emendarentur ἁμαρτήματα; quare interpoſui quandoque iis monita quædam, quæ non ingrata futura lectoribus exiſtimaui. Ne autem credas velim, vlla me ratione his Animaduerſionibus ſupplere voluiſſe, quæ libello huic deeſſe adhuc viderentur; conſulto enim ab his manus abſtinui. Non equidem improbo vtiliſſimam, quam libello de rebus Sæculi XVI nauauit V. Cl. *Io. Burchardus Maius*, operam, quem ille non emendauit modo, ſed ſuis etiam amplificauit obſeruationibus, quibus, quod cœperat auctor argumentum, pæne abſoluit. Sed longe diuerſa erat huius illiusque commentationis ratio. Illa enim, præterquam quod perfectior hac præſenti lucubratione exiiſſet, etiam terminis longe anguſtioribus abſoluebatur, adeoque facilius & commodius ſuppleri poterat; hæc noſtra argumento ampliſſimo, quod omnes artes atque ſcientias, & optimos quoque qui extiterunt vnquam, libros pro obiecto habet, adeo non ſatisfacit, vt vix Veterum præcipuos commemoret, ex recentioribus oppido paucos attingat. Si voluiſſem itaque adiicere, quæ forte poſſent deſiderari, non modo de



Digitized by Google

iis libris, quorum iam facta eſt ab auctore mentio, eorumque editionibus, interpretationibus, aliisque huc ſpectantibus dicendum fuiſſet, ſed de præteritis etiam ab eodem innumeris aliis, deque iis, quibus a tempore *Bœcleri* adhuc ornarunt rem literariam eruditi. His perpenſis facile patet, non laborem tantum me defugiſſe, qui tamen & ipſe, non dierum, ſed annorum futurus erat; ſed libellum, qui portatili ſe nunc etiam forma commendat, hac ratione facile in volumen maximæ, & formæ, & molis euadere potuiſſe; quo neque noſtrum neque bibliopolæ ſpectabat conſilium. Huiusmodi tamen etiam pleniori opere commodis rei librariæ literariæque ſtudioſorum ſubuenire non detrectabimus, ſi Deus hoc otium, viresque corporis & animi integras porro nobis conceſſerit.

Poſtrema mihi de Titulo libelli cura fuit; priorem enim inſcriptionem tractationi minime reſpondere quilibet fatebitur, qui viderit, hic non de Hiſtoriæ modo, Philologiæ, (quæ quidem illam ſub ſe comprehendit) Politicesque, ſed etiam de Matheſeos, Philoſophiæ vniuerſæ, aliarumque ſcientiarum ſcriptoribus agi. *Bibliographiæ* tamen vocem retinere volui, tum quod ſub hoc nomine vbique iam innotuerit hic libellus, tum quod rei ſatis bene conuenire eandem exiſtimarem. *Criticam* vt inſcribere mallem, quam *curioſam*, argumentum libri me permouit, quo perpetuam fere in auctores eorumque ſcripta Criſin exercet Auctor. Parum abfuit, fateor, quin hanc variorum *Bœcleri* iudi-

ciorum

ciorum collectionem BOECLERIANA vocarem, quod libellis, qui adhuc sub huiusmodi titulis innotuere, hic noster admodum similis esset. Quid enim aliud exhibent *Conringiana*, quam varias *Conringii* Crises ex epistolis eius excerptas? Nonne Crises Melanchthonianæ, quas non incommode *Melanchthonianorum* nomine venire posse Cl. *Wolfius* in Præfatione ad Casauboniana censet; nonne ipsa hæc *Casauboniana* ex scriptis istorum auctorum sunt congesta? Hæc præsentia tum ex epistolis, tum ex aliis scriptis *Bœcleri* sunt excerpta, maximam vero partem ex ore eius ab auditoribus excepta; quod maxime fuit eorum consilium, qui primi hunc titulum excogitauere.

Mirabuntur forte nonnulli, non omnia hic a me exhiberi, quæ fuerunt in binis editionibus prioribus, vbi præmittitur *Bœcleri* dissertatio *de studio Politico bene instituendo*, subiungiturque ad calcem *Bibliotheca Politica Contracta*. Sed prior quidem illa, tota fere, saltem quantum agit de libris politices studioso necessariis, præsenti editioni suis locis, pro instituto nostro omnia *Bœcleri* iudicia colligendi, inserta est; vt adeo superuacaneum videri potuerit, eandem denuo in limine operis legendam dare. Qui vero totam istam dissertationem, quam decerptas inde particulas legere maluerint, poterunt eandem, vel ex libello *Bœcleri* vernaculo *Anweisung wie die Auctores zu lesen*, vel ex Tomo etiam Dissertationum Bœclerianarum tertio commode satis repetere. *Bibliothecam* autem, quæ vocatur,



Digitized by Google

catur, *contractam* ex mendosiori hac editione reproducere, ineptissimum esse videbatur, postquam ea vero auctori suo *Io. Andr. Bosio* V. Cl. restituta emendatius atque integrius ab heredibus Bosianis, operam nauante percelebri olim Ienensium Polyhistore, *Georgio Schubarto*, sub titulo Diatribes *de Prudentia ciuili comparanda*, cum altera illa *de eloquentia ciuili*, Ienæ 1678, 4. est euulgata, indeque a Cl. *Crenio* Opusculis de Philologia & studiis liberalis doctrinæ s. Methodorum Tomo II Lugd. Batau. 1696, 4. inserta, variisque annotationibus illustrata, & denuo a *Schubarto* Ienæ 1698, 4. repetita & adiectis nonnullis aucta. Non possum autem non mirari, supereſſe etiamnum quosdam, qui, *Bæclero* ne an *Bosio*, tribuenda sit hæc commentatio, in dubio relinquere, aut disertim etiam *Bæclero* eandem tribuere audeant, cum heredes Bosiani ex autographo auctoris eam semel iterumque ediderint, adeoque nihil dubitationis fecerint reliquum. Vnus est Cel. *Fechtius*, cui hoc, rem credo non satis pensitanti, neque editiones Ienenses, de quibus dixi, in animum reuocanti excidit, vt in Præfatione ad Historiam IV. Sæculorum eundem & Bibliographiæ & Bibliothecæ contractæ auctorem esse diceret. Verbo enim id tantum attigit, neque vllis, vt quidem credidit *Arndius*, argumentis confirmauit. Nam rationes, quas ibidem affert, vnice pro Bibliographia, non autem Bibliotheca Contracta *Bæclero* afferenda militant: vt adeo ridiculum pæne sit omnes eas rationes a *Car. Arndio* prolixius repeti in *Bibliothecæ*

Digitized by Google

*theca Politico-Heraldica p. 33.* pro Bibliotheca contracta *Bœclero* vindicanda, cum illæ tamen huc minime quadrent. Idem *Arndius* ad *Henr. Meibomium* & *Clarmundum* ſimul prouocat; quorum vero ille, cum Bibliographiæ & Bibliothecæ contractæ meminiſſet, expreſſe in ſequentibus de *primo libro* i. e. de Bibliographia agere ſe profitetur, nulla vlterius Bibliothecæ mentione facta; hic vero de Auctoribus plane nihil addit. Fallitur etiam *Arndius*, cum *Crenium* Bibliothecam iſtam *Boſio* tribuere aſſerit; verba enim, quæ allegat, ex *Schubarti* Præfatione deſumta ſunt, quam *Crenius*, vna cum libello ipſo, ex priori editione repetiit. Longe deterius vero circa hoc argumentum allucinatur, qui nuper ſub *Bibliothecarii* titulo iudicia eruditorum de libris colligere illotis, quod aiunt, manibus aggreſſus eſt. Is enim, cum P. VII. p. 617. tractationem de Bibliographia Bœcleriana in fronte illius articuli promiſiſſet, deinde tota illa diſſertatiuncula non niſi de Boſiana Diatribe agere ſe profitetur, *Arndiique* de eadem collectanea, ſimul cum eiusdem erroribus ſtrenue exſcribit; in hoc tantum ab eo diuerſus, quod *Diſſertationem Bœcleri Epiſtolicam de ſtudio politico bene inſtituendo* cum *Boſii Diſſertatione Iſagogica de Prudentia ciuili comparanda* turpiſſime confundit, illique hunc ex ſuo cerebello comminiſcitur titulum: *Diſſertatio Iſagogica de libris & ſcriptoribus ad ciuilem prudentiam comparandam maxime aptis.* Cum autem vbique de diſſertatione Bibliographiæ

phiæ præmiſſa capiat, quæ *Arndius* de Bibliotheca contracta eidem ſubiuncta (& ipſe minus recte, vt vidimus) tradiderat, palam fecit, neque ipſum ſe quid ſibi vellet, attendiſſe, neque librum, de quo alios docere inſtituit, vnquam manibus tractaſſe.

Accipe igitur vultu ſereno, Lector Beneuole, quam tui in gratiam impendi libello huic operam, commodi inde aliquid ad Te redundare poſſe ratus. Quamquam enim non fugiat me, plures extare virorum doctorum lucubrationes, quibus idem eſt propoſitum, vt harum rerum cupidos manu quaſi ducant ad parandam rei literariæ librariæque cognitionem; non tamen omnes eundem attingere ſcopum, aut eodem cum fructu legi, exploratiſſimum habeo. Sunt, qui ordine temporum, præſtantiſſimorum omni ætate ingeniorum recenſent hiſtoriam; ſunt qui ordine Alphabetario omne genus doctorum virorum, additis etiam eorum ſcriptis, exhibent; ſunt denique, qui ad fontes nos tantum deducunt, ex quibus rei librariæ literariæque notitia ſit haurienda. Horum illud iſtudue genus ad vitarum potius ſcriptores retulerim, ex quibus lucem rei literariæ aliquam mutuari licet, quique adeo operam non niſi ſubſidiariam nobis hic præſtant: poſtremos hos, vti laude ſua, ſi inſtitutum eorum ſpectes, non eſſe defraudandos ſtatuo, ita ab iis non ſine magno errore in conſilium vocari exiſtimo, qui aliquam ipſius Hiſtoriæ Literariæ reique librariæ notitiam acquirere ſibi

ſata-

Digitized by Google

ſatagunt. Noui enim, qui oleum & operam ſe perdidiſſe quererentur, cum huius generis libello aliquo bonas horulas impendiſſent; fructum tamen inde, quem ſperauerant, minime cepiſſe ſe, neque in cognitione bonorum auctorum, eius, qua imbui cupiebant, artis aut diſciplinæ vel tantillum ſe profeciſſe ſentirent. Quanto autem hunc in vſum adhibeatur commodius vtiliusue præſens hic libellus, intelligent ii, qui diligentius eum ſunt perlecturi. Nobis ſané huiusmodi nihil adhuc ſe obtulit. Nam, vt Pandectas Geſnerianas, Bolduanum, Draudium, Lippenium, aliosque Catalogorum ſcriptores nunc non memorem, *Morhofii* Polyhiſtor, præſtantiſſimum alias in hoc genere opus, ipſa amplitudine ſua a lectione deterret plerosque, qui compendia ſectantur; & prælectionibus ſaltem Academicis, propter molem, minime poteſt explicari; *Bailletus*, præterquam quod longe ipſo etiam *Morhofio* eſt prolixior, in ipſo pæne limine operis defecit, & vix vigeſimam operis, quod meditabatur, partem nobis dedit. Alios, qui longe maioribus premuntur difficultatibus, lubens prætereo. *Bœcleri* autem inſtitutum in hos vſus mire ſe nobis probauit, & breuitate ſua, & exquiſitis iudiciis, & facili methodo, quo, non interrupta ſerie, omnem illum artium ſcientiarumque ambitum abſoluit.

Ceterum ad indulgentiam tuam L. B. hic mihi eſt confugiendum, veniaque exoranda, ſi forte & ipſe hic rem acu non vbique tetigiſſe fuerim deprehenſus: quam quidem iure quodam meo

abs te poſtulare mihi videor, cum mea qualicunque induſtria tot perperam dicta ex hoc libello fuerint ſublata, quibus tute etiam in errorem induci forte potuiſſes. Sane non dubito futurum, vbi me non aduertente remanſerint Lappæque tribulique, interque nitentia culta, Infelix lolium. Erant enim ſcriptores quidam, quos nulla indagare induſtria potui, quos tamen ideo omnino eijcere nolui, etſi extare eos certo aſſererere non auſim, cum alios in iis detegendis me feliciores futuros confiderem; erant, quæ corrupta eſſe, neminem latere poteſt, quibus medicam adhibere manum nunc quidem non valui; erant alia leuiora quibus imparem me in animaduerſionibus quoque meis ingenue faſſus ſum. Sed tuum erit, L. B. in meliorem hæc partem interpretari, & a me vberiora in hoc argumento, procedente tempore expectare. Vale, & his interim mecum, ſi placet, fruere.

# VARIORVM IVDICIA ET CENSVRAE, ORDINE ALPHABETICO DISPOSITAE.

ANONYMVS in Prælectionibus MSStis in hoc opuſculum (*de quibus dictum infra p. 882. ſq.*) ita de eo mox ab initio loquitur:

*PRodiit non ita pridem, neſcio quo editore, ſuppreſſo etiam loci, vbi in lucis auras emerſit, nomine*, Bibliographia, *quam vocat*, Hiſtorico-politico-philologico-curioſa; *cui præfixa eſt diſſertatio epiſtolica de ſtudio Politico bene inſtituendo. Et hæc dubio procul maximi, dum viueret, Politici Argentoratenſium* Ioannis Henrici Bœcleri, *eſt, vti literæ initiales ſub finem additæ luculenter oſtendunt. Eidem Bibliothecæ acceſſit in fine prolixior adhuc & præſtantior inſtructio de eodem ſtudio, quæ citra dubium* Ioannem Andream Boſium, *virum* πολυμαθέστατον, *Auctorem agnoſcit. Certe, cuiuscunque ſit, erudita & accurata eſt diſſertatio, quæ cuiuis progredi feliciter cupienti in ſtudio Politico, quam commendatiſſima eſſe debet. Quod vero attinet libellum intermedium, quem in primis conſiderandum nobis ſumſimus, ille variis de Auctoribus agit, præcipue tamen Philoſophis, & Philologis. Sæpenumero hic liber a rerum iſtarum ſtudioſis hinc & inde deſcriptus fuit; & prope octennium eſt, ex quo primum eum manu exaratum videre contigit. Eſt vero hæc opera, niſi plane fallor, ab eruditiſſima manu iam ante laudati* Bœcleri. *Id quod*



Digitized by Google

*forſan inde colligi poteſt, quod diſcurſus de methodo docendæ Rhetoricæ (videatur infra §. 15. ſub finem, ibi:* In methodo docendæ Rhetoricæ) *iisdem prope verbis perſcriptus quondam eſt a* Bœclero *ad Sereniſſimum Ducem Ioannem Erneſtum, piiſſimum & nunc inter cœlites triumphantem Principem. Et optandum vtique foret, vt maiori diligentia, nec adeo inſubite, quod dolemus, nec fraudulenter adeo typis fuiſſet euulgatus. Nam dubio procul nitidius compareret & ornatius vtiliſſimus hic liber. Ceterum fruamur præſentibus, &, qua fieri breuitate poteſt, librum, præcipue tamen medio loco inſertum, perluſtremus. Neque enim opinor, ſupra captum omnino veſtrum futurum eſt, quicquid proponetur, nec alienum a veſtris ſtudiis. Eſt enim magna pars eruditionis veræ ac ſolidæ, bonos Auctores noſſe. Et quid ere veſtra magis eſſe poteſt, quam iudicia eruditorum de Auctoribus & cenſuras mature addiſcere? Certe hæc opera & facilis eſt, & iucunda. Poteſt etiam hic liber indicis inſtar eſſe, cui inſerere poſthac poteſtis, quicquid ad notitiam Auctorum ſiue in Philologicis ſiue in Philoſophicis vtilitatem afferre aliquam poteſt. Conſultum etiam eſt, ut, ſi qui alii occurrant Auctores (occurrunt autem quamplurimi ac prope infiniti) ſuis quique locis in hoc libro inſerantur. Vtique tanquam προπαιδεία quædam in ſtudiis humanioribus ac ſapientiæ hic liber eſſe poteſt. Neque enim parum refert, noſſe, quid in quauis arte, ſcientia, ac diſciplina, item in hiſtoria extet Auctorum. Vnde etiam ὁ πάνυ* Hermannus Conringius *diſſertatione de iis,*

*quæ*

*quæ in ſtudioſo quouis requiruntur, qui in Academia velit ſtudiorum fructum capere, hanc notitiam inter alia vrget. Verba eius hæc ſunt: Commodum fuerit præclariſſimorum quorumuis Doctorum, cum viuorum, tum mortuorum, vt ita loquar, iudicia & cenſuras de cuiusuis generis Scriptoribus magna cura & inquirere & annotare, donec maturior ætas ſuapte trutina vti conceſſerit. Quæ opera & leuis eſt, & iucunda; quod meo exemplo poſſum bona teſtari fide.„ Hactenus ille. Cum igitur in hoc ipſo libello variæ de variis cenſuræ hinc & inde occurrant, ideo, quantum nobis profuturus ille ſit, hariolari quiuis ex facili poteſt.*

IO. ALBERTVS FABRICIVS in præfatione ad Bœcleri diſſertationes Academicas pag. 14.

*Bibliographia Hiſtorico-Politico-Philologica curioſa, quid in quouis Scriptore laudem cenſuramue mereatur, exhibens: 1677, 8. liber minime contemnendus; ſed poſt Auctoris mortem, adeoque, quod dolendum, inemendate excuſus, & næuis hinc inde ſcatens.*

IDEM Bibliothecæ Græcæ Lib. IV. P. II. c. 34. p. 524.

*Bibliographia curioſa, Germanopoli, vt inſcriptio præ ſe fert, in lucem edita, propter varias interpolationes, truncationesque ac mutationes,* Bœclero, *ad quem auctorem refertur, indigna.*

IO.

Digitized by Google

IO. FECHTIVS in præfatione Isagogica ad Bœcleri Sæcula IV. pag 14.

*Refertur quoque huc, me iudice haud immerito libellus ab Anonymo Germanopoli A. 1677. editus sub nomine: Bibliographia Historico Politico-Philologica Curiosa, quid in quouis Scriptore laudem censuramue mereatur, exhibens. Cui præmittitur Dissertatio Epistolica posthuma de studio Politico bene instituendo; subiicitur vero Bibliotheca Politica contracta, h. e. recensus & iudicia de Scriptoribus Politicis & ad politicam pertinentibus, in primis autem historicis. Quamquam vero sola illa Dissertatio Epistolica* Bœcleri *nomen per initiales literas: I. H. B. præferat, cetera vero opuscula de* Bœclero, *tanquam de alio scriptore loquantur; mihi tamen dubium nullum est, horum quoque eundem verum auctorem esse quantumuis occultare id editor voluerit. Arguit id & stilus* Bœcleri *extemporaneus (nam quæ præuia meditatione scripsit, tersius nitidiusque incedunt:) & consueta ipsi proponendi ratio, & scriptorum elogia ipsi familiaria. Sæpe meminit Bibliothecæ Suecicæ, cui quondam præfectus fuerat, & codicum variorum, quos Regina sibi comparauerat; sæpe Argentoratensium. Nec etiam quisquam, præter ipsum, tam idoneus erat, qui tam vastæ, perque omne doctrinarum artiumque genus late diffusæ eruditionis scriptum procudere posset. Vere enim admirandum est. Nonnunquam equidem nec nomina scriptorum recte expressa sunt; nec in rebus ipsis auctoris sensum qui excepit, semper est assecutus; quandoque mendosa comparet transpositio,*

*aut*

Digitized by Google

*aut aliquid, quod neceſſarium fuerat, omittitur: ſed hi defectus tanti non ſunt, quin ceterorum inæſtimabili vtilitate compenſentur. Nec enim quicquam ſimile in hoc Bibliographiæ genere, quodque maioris vſus eſſet, vllibi occurrit. Non poſſunt viri πολυμαθεῖς hoc libro carere. Et ne ex qualibuscunque næuis aliqua ad* Bœclerum *macula rediret, nomen viri non expreſſit editor: cui de cetero ob hoc bene de re literaria merendi ſtudium, quicquid dicant, qui aliter ſentiunt, multum debent vniuerſi.*

## CHRISTOPHORVS HENDREICH in Pandectis Brandenburgicis p. 619.

*Bibliographia Hiſtorico-Politico-Philologico curioſa prodiit poſtea ſub hoc titulo: Bibliotheca ſelecta, vero Auctori vindicata & ab innumeris mendis, quibus ſub tit. Bibliographiæ Hiſtorico Phil. &c. impreſſ. Germanopoli, ſcatet, repurgata in 8. Argent. Hic liber infra genium & eruditionem* Bœcleri *eſt, vt in plurimis locis patet.*

## HENRICVS MEIBOMIVS in Additamentis ad Vogleri introductionem in notitiam Scriptorum p. 193. ſeqq.

*Pertinet huc Bibliographia Hiſtorico-Politico-Philologica: item Bibliotheca Politica contracta, hoc eſt recenſus & iudicia de Scriptoribus Politicis, in primis autem hiſtoricis. Editæ ſimul Germanopoli 1677. Quamuis enim de Scriptoribus in omni fere parte eruditionis in primo libro agatur, tamen de Hiſtoricis optima ibi habentur iudicia, & ſunt Bœcleriana. Non accepit quidem hic liber a magno illo viro vltimam manum (vti nec poſthu-*

*ma*

Digitized by Google

*ma de Scriptoribus Græcis & Latinis commentatio, tribus annis ante edita) & ex discursibus eius a nonnemine congestus est: tamen propter multa iudicia, quæ acumen & grauitatem* Bœcleri *sapiunt, merito æstimandus est.*

AEGID. MENAGIVS Anti-Bailleti T. I. c. 47. p. 174.

*Mr.* Baillet *puise dans les ruisseaux, & dans les ruisseaux éloignez des sources & remplis d' ordures. Le Bibliographe Anonyme est un des Auteurs Classiques de Mr.* Baillet, *quoi qu'il ne soit d' aucune autorité parmi les savans.*

IO. MOLLERVS in Homonymoscopia p. 16.

Io. Henrici Bœcleri *Bibliographia Historico-Politico-Philologico-Curiosa, Germanopoli Ann. 1677. ἀνονύμως publicata, ex* Vossio, *& aliis maximam sui partem verbotenus est compilata, mendosissima insuper, & paucis admodum auri ramentis, ex stercore colligendis, Lectori se commendans.*

IDEM in præfatione ad Tomos posteriores Polyhistoris Morhofiani §. 11. p. 14.

Io. Henr. Bœcleri *Bibliographia Historico-Politico-Philologica Curiosa, ἀνονύμως Germanopoli A. 1677. & 1696. in 8. excusa, fœtus est posthumus, affectus potius quam perfectus, atque idcirco informis ac mendosus, ob iudicia tamen de variis Scriptoribus haud plane contemnendus, sed cum Libello eiusdem de Eloquentia Politici, Argent. A. 1654. edito, sociandus.*

IO.

Digitized by Google

IO. CHRISTIANVS NEV in Acceſſionibus ad Wheari Relectiones hyemales, pag. 16. ſeqq.

*Bibliographia Hiſtorico-Politico-Philologica, cuius Auctor* Bœclerus *affirmatur a* Io. Fechtio *in Præfatione Iſagogica ad Hiſtoriam eiusdem Quatuor Sæculorum a C. N. optima quoque de Hiſtoricis Græcis iudicia ſuppeditat. Excuſa eſt Germanopoli A. 1677. 8. quamquam plurimis ſcatet mendis typographicis, ſæpius non niſi exercitato lectori obuiis. Iungitur illi in prædicta editione Bibliotheca Politica Contracta, h. e. recenſus & iudicia de ſcriptoribus Politicis, in primis autem Hiſtoricis; quæ deinceps cura V. Cl.* Ge. Schubarti *edita Ienæ, ſub tit. Diſſ. Iſagogicæ de Prudentia & Eloquentia ciuili comparanda* Io. Andr. Boſii, *vbi Lectorem de imperitia Cenſoris, qui primam illam editionem illuſtrare, vel potius inquinare voluit, in Præfat. monuit. Merentur hæc legi omnino cum Diſſert. poſthuma de Script. Græcis & Latinis* Bœcleri, *Argentorati A. 1674. excuſa, vel propter* Meibomii *V. Cl. elogium in Additamentis ad Vogleri Introd.*

IACOB FRIEDRICH REIMMANN in der Einleitung in die Hiſtoriam Literariam insgemein T. I. pag. 229 ſeqq.

*Wolteſtu zum Anfange ein klein enchiridion in dieſer materia haben, ſo will ich dir rathen, daſz du dir nebſt des obgedachten* Labbei *Bibliotheca, eines Anonymi Bibliographiam Hiſtorico-Politico-Philologico-curioſam ſchaffeteſt, welche 1677. in 8.*



ge-

*gedruckt, vnd dem gelehrten* Bœclero *zu Straſzburg von einem vnter ſeinen Auditoribus als ein Collegium nachgeſchrieben, vnd hernachmals ans Licht gegeben iſt. Ich habe meine Edition mit Papier durchſchieſſen laſſen, vnd nebenſt vielen Additionibus vnd emendationibus auch einen vollkommenen Indicem darzu gemacht, welches du an deinem Orte zu imitiren Freyheit haſt. Inmaſſen denn dieſes Büchelgen nebſt ſeinen vielen Vortrefflichkeiten auch dieſe Gebrechen hat, daſz der editor 1) ein Hauffen ſphalmata, ſowohl in denen ſcriptis, als ſcriptoribus, mit einflieſſen laſſen, 2) daſz er in etlichen materien v g. de Hiſtoricis Latinis ſonſt nichts anders, als bloſſe Titul der Bücher, ohne Benennung des Orts und der Zeit, und des Formats, wo ſie gedruckt, geſetzet, 3) daſz er keinen Indicem darzu gemacht, &c.*

## MICH. RICHEY in Prælectionibus ad Struuii Introductionem ad Rem Literariam MSStis ad c. 1. §. 17.

*Bibliographia hæc eadem forma eodemque loco ficto recuſa eſt A. 1696. ſed nihilo comtior aut emendatior. Errores enim ex MSto vitioſo primum natos, typographi oſcitantia in vtraque Editione cumulauit; nec ſine tædio lectoris paginarum numeri ac indices neceſſarii ſunt neglecti. Opuſculum ipſum facile prodit Auctorem: ex varia enim doctrina iudiciorumque indole ac neruo* Bœclerum *agnoſco, velut ex vngue leonem. Nec obſtat, quod ille paſſim expreſſo nomine allegetur: nam id vel latendi cauſſa factum eſt, vel ab eo adiectum, qui dicta-*

*dictantem calamo excepit, & sermones libere fusos consignauit Quam exiguus autem libellus est, tam magnum spondet fructum, iis præsertim, qui de vnoquoque Scriptore optimo breuem & fide dignam idonei Censoris sententiam expetunt. Hinc non in Germania tantum auide adhuc emtus fuit, sed etiam exteris æstimatus, & a* Bailleto *sæpius allegatus. Quamuis non dubitem meliorem futurum fuisse, si ab ipsa Auctoris manu in lucem publicam emissus esset. Passim enim incondita quædam & tumultuaria bonis & bene coctis intersunt, sigillatim, quando de Scriptoribus Vitarum & Indicibus Bibliothecarum agit, vbi multa deprehendo sine ordine iniecta & parum elaborata. In antiquis Scriptoribus Historicis, Oratoribus, Poetis, Philosophis, tam Græcis, quam Latinis, cum iudicio percensendis diligentior est; in recentioribus, præsertim Historicis singularum Gentium, libri quidem plures afferuntur, sed Censuræ rariores. Epistola præmissa de studio politico bene instituendo ad Iuuenem quendam illustrem vere aurea est, & iterum iterumque legenda iis, qui videri volunt ciuilis prudentiæ & Iuris studio non leuiter, vt vulgo fit, & perfunctorie, sed docte ac solide operam dedisse. Breuissimo enim compendio laudantur Scriptores præcipui, ex quibus in Philosophia ciuili ac morali, in historiis item, eloquentia, & Iurisprudentia proficitur. Hanc Epistolam a* Bœcleio *esse nemo dubitare potest; non tantum, quod subscriptio litteras I. H. B. ostendat, sed & quod passim ad scripta sua alia vulgo cognita* Bœclerus *diserte prouocat. Totus denique libellus ex tempore suo iudicandus est, quo nondum illa prodierant, quæ*

*nunc quidem Bibliographiam Bœclerianam copiosa accessione possent locupletiorem facere.*

BVRCARDVS GOTTHELFF STRVVIVS in Introductione ad Notitiam Rei literariæ cap. I. § 17.

*Facit huc etiam Bibliographia curiosa Ipsa hæc Bibliographia sine omni dubio* Bœcleri *est, qui eandem in calamum auditoribus dedit. Dispositionem exhibet Litterariæ rei non solum, sed etiam selectum scriptorum docet, breuibus hinc inde additis iudiciis. Verum, licet non sine vtilitate labores sint, neque tamen ita comparati, vt* Bœclerus *hanc Bibliographiam edi voluisset. Accedit, quod ex tam deprauato Msto edita, vt nomina, præsertim propria, plurimum sint corrupta.*

IDEM in Bibliotheca Historica cap I. §. 1. p 4.

*Prodiit, postea Bibliographia Historico-Politico-Philologica, Germanopoli 1677 8 Collegium hoc est a* Bœclero *Argentorati olim habitum, quod post mortem eiusdem ab anonymo quodam fuit editum. Videmus in eodem scriptores non solum disciplinarum recensitos, sed etiam scriptores historiæ particularis secundum terras suas digestos. nonnunquam addita iudicia certe non leuia. Dolendum tamen; tam vitiose esse editam, multos enim, tum in auctoribus, tum in librorum titulis deprehendere licebit næuos. Hoc quidem non vitio auctoris, sed vitio describentium, prout in Collegiis fieri solet. Addita quoque est* Bosii *diatriba de eloquentia & prudentia ciuili, sub titulo: Bibliotheca Politica contracta, quæ non sine bile heredum Bosianorum sæpius etiam corrupte fuit edita.*

IN-

# INDEX
## LIBRORVM ET EDITIONVM I. H. BOECLERI
ex quibus Acceſſiones huius libelli ſunt collectæ;

*Ad explicanda ſcripturæ compendia quibus in Allegationibus vſi ſumus.*

*Annotata in Herodian.* Prodierunt hæc Annotata in Editione *Herodiani* Bœcleriana Argent. 1644. repetita ibid. 1662. & 1694, 8. Ego poſtrema hac vſus ſum editione, ex cuius etiam *Præfatione* quædam adduxi.

*Annotata in L. I. Hiſt. Taciti.* Hæc in *Taciti* Primordia Annalium & Hiſtorias Commentatio lucem primum vidit, quod ad Annales, Argent. 1643, 4. quod ad Hiſtor. Libros, Argent. 1648, 4. repetita vtraque 1664, 8. quam ego adhibui.

*Annot. in Velleium.* Hæc cum *Velleio* edidit Noſter Argent. 1642, 1648. itemque Lipſ. 1657. & denuo Argent. 1663. (quæ mihi ad manus fuit) & 1672, 8.

*Characteres Velleiani* prodierunt Argent. 1642. & 1672, 8. ex quibus editionibus poſteriorem poſſideo.

*Comment. ad Grotium.* Huius Commentationis pars I. ad librum I. Operis Grotiani exiit Argent. 1663, 4. quam pars II. ad librum II. an. 1664. eſt inſecuta, adiectis nonnullis *in Grotium diſſertationibus.* Repetita vtraque pars ibid. 1677. & Gieſſæ 1687, 8. Loca autem hic a me producta ad paginas editionis recentiſſimæ, quæ cum Præfatione Cel. *Schilteri* Argent. 1704, 8. comparuit, reſpiciunt.

*Comment. de Script. Gr. & Lat.* Lucem adſpexit hæc Commentatio Argent. 1674, 8. cura Illuſtr. *Obrechti;* repetita Vltraiecti 1700, 8. itemque a *Iac. Gronouio* T. X. Theſauri Antiquitatum Græcarum an. 1701. & tandem Argent. 1704, 8. quam allegare ſo-

leo; nam in Belgica editio ie paginæ differunt. Egi de hoc libello vberius in Hiſtoria librorum vernacula P.I. p. 120. ſqq. quibus nunc addere poſſem non pauca, ſi inſtituti ratio id ferret.

*De rebus Sæculi IX. & X.* Prodiit hic Commentarius Argent. 1656, 4. itemque 1685. repetitus denuo ſub initium Tomi III. Diſſertationum Bœclerianarum, ibid. 1712, 4. Ego ante oculos habui primam editionem, cuius paginas retinuerunt etiam poſteriores.

*De rebus Sæc. XVI.* Primum hic libellus excuſus eſt poſt auctoris obitum, cura *Obrechti*, Argent. 1685, 8. ſed longe auctior & emendatior, opera V. Cl. *Io. Burch. Maii*, Kilonii 1697. ad cuius editionis paginas hic prouocare ſoleo.

*Diſſ. ad Grotium.* Vid. ſupra *Comment. in Grotium.*

*Diſſ. ad Lipſii Politica.* Editæ ſunt hæ Prælectiones a Viro Conſultiſſ. *Io. Henr. Mollenbeccio* inter Tractatus Poſthumos *Bœcleri*, Francof. 1709, 8. pag. 67. ſqq. Non confundendæ ſunt hæ Prælectiones cum Diſſert. de Politicis Lipſianis, edita ab Auctore Argent. 1642, 12. repetita Francof. 1674. itemque in Tomo III. Diſſertationum Academicarum p. 352. ſqq.

*Diſſert. Politicæ*, habentur ad calcem *Inſtitutionum Politicarum*, de quibus deinceps.

*Diſſ. Polit. in Suetonium.* Subiectæ ſunt *Suetonio* cum Comment. *Caſauboni* Argent. 1674. & denuo 1688, 4. recuſo; qua poſtrema editione hic vſus ſum; etiam cum *Præfationem Bœcleri* allegarem.

*Diſſertat. Tom. I. II. III.* Diſſertationes *Bœcleri* Academicæ editæ ſunt ab ipſo Argent. 1658, 8. repetitæ ab heredibus, aliis quam plurimis adiectis ibid. 1701, 4. Hunc Tomum ſecutus eſt alter an. 1710. tertiusque 1712, cui etiam Orationes & Programmata acceſſerunt, antea ſeorſum 1654, 8. impreſſæ; præfixusque vniuerſæ collectioni titulus: *I. H. Bœcleri Opera in IV. Tomos tributa, Hiſtorici, Politici, Moralis, Literarii & Critici Argumenti; cum Præfatione Io. Alb. Fabricii.*

*bricii.* In his variæ habentur dissertationes rem literariam illustrantes. & quidem T. I. diss. *de Eloquentia Viri Ciuilis*, diss. *de Lexicis, Historia Principum Schola*, & diss. *de Vtilitate ex Historiæ Vniuersalis contextu capienda*; ex quibus duæ illæ, quas postremo loco commemoraui, tum seorsum, hæc 1670, 4. illa 1640. & 1643. tum vtraque vna cum Historia vniuersali ab O. C. 1680. & 1709. prodierunt: illa autem *de Eloquentia Politici* an. 1649. & 1664, 8. separatim lucem viderat. Tomo II. pauciora huc pertinentia exhibentur; Tomo III. autem habetur 1) *Bœcleri Museum*, elegantissimum sane opusculum, & bonæ frugis plenissimum, de quo infra dicam; 2) Diss. *de Studio Politico bene instituendo*, aliquoties edita, vt in Præfatione huic Bibliographiæ præmissa indicaui; 3) *de Politicis Lipsianis* Dissertatio, de qua supra dixi, cum de Diss. ad Lipsii Politica agerem; 4) *Excerpta ex Præfatione ad Ambrosii Officia*, a Nostro Argent. 1644, 12. edita, itemque *Rudimenta Officiorum*, quem fœtum posthumum *Obrechtus* cum *Ciceronis Officiis* Argent. 1680, 8. emiserat; nec non 5) Diss. *de comparanda Latinæ Linguæ facultate*, quæ inscio auctore Ienæ 1669, 8. prodiit, cum *Schefferi* libello de stilo non semel, & primo quidem, vt arbitror, Ienæ 1679, 8. repetita, tandemque hic inter Dissertationes Bœclerianas recepta, etsi auctor de ea grauissime in Præfatione Notitiæ S. R. Imperii an. 1670. his verbis conquestus sit: „ Sed petulantiori etiam facinore in famam meam grassatus est Bibliopola Ienensis, typis vulgata mihique falso attributa Dissertatione *de comparanda Latinæ Linguæ facultate*. Non credam, habuisse eum in consilio quenquam ex eruditis viris; quos non latebat scilicet, me huic contumeliæ, ne inferretur, iampridem non vna iuris optimi via, obicem posuisse. Cum enim inaudiuissem, aliquid tale meo nomine circumferri, eo quod intercalari lectione de eo argumento ante triginta circiter an-„

„ nos ita diſſeruerami, vt in chartam nihil coniectum „ haberem, &, ſi teſtimonio opus eſſet, ex allato li- „ bro legerem; ſtatim ſubuereri cœpi, ne quis ea, „ quæ varie ſuo ſtilo aſſequi auditorum nonnulli co- „ nati erant, meo nomine publicaret. Igitur quo- „ modo illa meis verbis explanari legique vellem, „ in libro *de eloquentia viri ciuilis & exercitationi- „ bus oratoriis ad librum IV. Flori*, non oſtendi modo „ ſubinde, ſed *Diſſertationibus Academicis* denuo in- „ ſeruéram, & in Præfatione eius voluminis, ne „ quid deinceps pro meo haberetur, quod non ipſe „ vulgaſſem, ſolicite mbnueram. Quid eſt abolere „ famam temere ſparſam, & ſtruendæ ex ea iniuriæ „ occaſionem amoliri, ſi hoc non eſt?„ Paucis vero interiectis addit: „ Hinc eſt, quod bona me ſpes te- „ net, fore, vt florentiſſima viris doctiſſimis inclyta „ Ienenſis Academia, ea, qua par eſt, ſeueritate, coer- „ ceat facinus ſui bibliopolæ, librum edentis, qui non „ modo auctorem mentitur, ſed præterea adeo cor- „ ruptus & inquinatus eſt, vt nulla periodus ſana aut „ tolerabilis occurrat, ſenſus hient, oratio non co- „ hæreat, Græca monſtroſa ſint: quod genus abu- „ tendi typis, etiam legibus publicis vetari, ſatis con- „ ſtat.„ Harum autem Diſſertationum nullam, ſi vnice *Muſeum* illud excipias, nominatim allegaui; ſed Tomum tantum Diſſertationum Academica- rum, quo continentur, & paginam indicaui; quod ita loca iſta & breuiſſime allegari, & facillime inue- niri poſſe exiſtimarem.

*Epiſtolæ.* Has ita ſemper citaui, vt nihil dubii ſuper- eſſe lectori poſſit. Vide præterea, quæ de iis monui in Præfatione.

*Hiſt. Vniuerſalis ab O.C.* Huius tres ætates priores in lu- cem produxit publicam Cel. *Obrechtus* Argent. 1680, 8, quas recudi curauit, ætatemque quartam & quintam ex MS. addidit Cl. *Mollenbeccius* inter Tractatus Bœcleri Poſthumos Francof. 1709, 8. quam pleniorem editionem ideo hic etiam ſecutus ſum.

*Inſti-*

Digitized by Google

*Inſtitutiones Politicæ* prodierunt Argent. 1674, 8. itemque, 1688, 8. adiecto *libello memoriali Ethico*, quem recudi etiam Gedani curauit Vir doctus *Io. Gottlieb Mollerus*. Mihi ad manum fuit poſterior editio Argentoratenſis.

*Lectiones Polybianæ*. Exierunt Argent. 1670, 4, cum diſſ. de Polybii Liuiique diuerſa ſcribendi ratione, itemque Diodori Siculi Polybiana Imitatione.

*Liber Commentarius ad Nepotem*. Hunc poſſideo a V. Cl. *Io. Andr. Boſio* editioni Nepotis Ienenſi 1678. adiectum.

*Liber memorialis Ethicus*. V. ſupra *Inſtitutiones Polit.*

*Memoriale Politicum* editum eſt a Cl. *Mollenbeccio* inter Tractatus Poſthumos plus ſimplici vice laudatos.

*Muſeum*. Præterquam quod libellus hic, vt dixi, inſertus eſt Tomo III. Diſſertat. Academicarum, ſeorſum etiam prodiit Argent. 1663. & 1672, 8. quam poſtremam editionem ego hic adhibui. Dignus foret libellus, qui recuderetur, adiectis Annotationibus, quibus obſcuriora quædam explicarentur; quam in rem mihi non pauca ſunt annotata.

*Notæ in AEn. Syluium*. Hæc Vita Friderici III. Imperatoris ab *AEn. Syluio* deſcripta & a *Bæclero* ex MS. edita & notis eruditis illuſtrata viuo etiam tum *Bæclero* eſt excuſa; ſed cum varia ex Bibliotheca Auguſtiſſ. Imperatoris expectaret, neque ob id abſoluere poſſet Notas ſuas; tandem operi eſt immortuus. *Io. Georg. Kulpiſius* igitur alios nonnullos Scriptores addi curauit, atque ſub titulo Hiſtoriæ Friderici III. ab AEn. Sylvio delineatæ, publicauit Argent. 1685. f. Cum autem emtores non inueniret liber, nouum hunc titulum: *Scriptores rerum Germanicarum a Carolo M. ad Fridericum III.* nec non Præfationem aliam, priori remota, addidit *Io. Schilterus*, Argent. 1702, f. Vna igitur eſt huius libri editio, *Bæcleri*

ſtudio & induſtria impreſſa, ſub nomine autem *Kulpiſii* primum, dein *Schilteri* in publicum producta.

*Notitia S. R. Imperii* prodiit Argent. 1670, 4. repetita & hinc inde aucta ab *Obrechto*, ibid. 1681, 8. quamquam non adiectis, quæ auctor ad titulos in hoc libello ſuppeditatos differuerat, quorum ſpecimen habes in limine Animaduerſionum *Bœcleri* in Hippolytum a Lapide. Ceterum Illuſtr. Lynckerus in Catalogo ſcriptorum ſuorum plenum in hunc librum *Bœcleri* promittit Commentarium, quem auide expectant omnes, quos hæc ſtudia iuuant.

*Orat. & Programata.* Vid. ſupra *Diſſ. T. I. II. III.*

*Præf. in Epiſt. Paulinas.* Prodiit Nouum Teſtamentum Græcum cura *Bœcleri* Argent. 1645. & 1660, 12. in quibus editionibus illa comparet Præfatio. Ego poſteriorem adhibui.

*Præf. ad Grotium.* Vid. ſupra *Comment. ad Grotium.*

*Præf. Herodiani.* Vid. *Annotata in Herodianum.*

*Præf. in Nepotem.* Nepotem cum *Bœcleri* curis ediderunt Argentoratenſes 1640. 1644. 1648. 1653. 1656. 1681, 8. aliique ſæpius. Ego ſextam illam Argentoratenſem euolui.

*Præf. in Suetonium.* Vid. *Diſſ. Polit. in Sueton.*

*Præf. in Velleium.* Vid. *Annotata in Velleium.*

*Praxis Philoſophiæ πολιτικῆς.* Edidit hanc inter Tractatus *Bœcleri* poſthumos ſæpius a nobis laudatus *Mollenbeccius* p. 185.

*Rudimenta Officiorum.* Vid. *Diſſ. T. I. II. III.*

*Sæc. IX. & X.* Vid. *De rebus Sæc. IX. & X.*

*Sæcula IV.* Hanc Hiſtoriam Vniuerſalem IV. primorum a N. C. Sæculorum primus edidit Vir diligentiſſimus *Io. Gottlieb Mollerus* Roſtochii 1695, 4. colla-

collatis variis Prælectionum *Bœcleri* exemplis, quæ discipuli b. Viri ipsi indulserant; recudi curauit Sedini 1699, 8. *D. M. Frisius* quidam, quem *Mollerus* in Præfatione etiam sua laudauerat, nitidius equidem, nihil tamen emendatius, neque auctius, vt in præmissa Dedicatoria Epistola quidem inquitur; loco vno & altero ab editore non satis feliciter interpolato; prætermissis, quas *Mollerus* ex MS. addiderat, *P. Sarpii* & *Is. Casauboni* Epistolis, earumque in locum adiecta *Bœcleri* Oratione de *Taciti* Historia, quæ plus simplici vice antea, tum inter Orationes Bœcleri, tum ad calcem Politicorum Lipsii Argent. 1642, 12. prodierat. *Molleri* autem, non Præfatio solum, in hac editione est omissa, sed ipsum etiam eius nomen e titulo sublatum. Sed de hoc libello fors alibi dicetur vberius. Nunc tantum monendum est, me paginas posterioris editionis hic semper indicasse, quod ea facilius in bibliopoliis haberi possit.



# DISPOSITIO TOTIVS OPERIS.

## I.

ARtes, ſcientiæ & diſciplinæ ſunt vel

I. Vulgares, ſeu illiberales. Cap. I. §. 3.

II. Populares, vt

1. Grammatiſtice, quæ exercetur,
   a ſcribendo. C. I. § 5.
   b. Typis imprimendo. C. I. §. 6.
2. Gymnaſtice. §. 7.
3. Muſice. §. 8.
4. Graphice §. 9.

III. Liberales C. II. vsque ad XXXIX. Vid. n. II.

IV. Philoſophicæ. C. XL—XLVIII. Vid. n. V.

Artes

Digitized by Google

II.

Artes Liberales comprehendunt
I. Philologiam ; quæ exhibet vel
1. Separatim
a. *Grammaticam*, eiusque Scriptores
α Græcos, qui excoluerunt partem vel
1. *Technicam*. C.II. §. 4.
2. Exegeticam, vt
a *Scholiaſtæ* C. II. §. 5.
b. *Lexicographi* & Paræmiographi C.II. §.6-12.
β. Latinos, qui ſunt
1. *Technici* C. II. §. 13-15.
2. Exegetici,
a *Commentatores*. §. 16. 17.
b. *Lexicographi*; particularum item & paræmiarum collectores. §. 18-22.
γ. Vtriusque Linguæ Criticos. §. 23.
b. Rhetoricam, vbi de
α *Rhetoribus* Græcis, Lat. & recentioribus C.III. § 2-12
β *Oratoribus* Gr. Lat. & recent. §. 13-26.
γ *Epiſtolographis* Gr. Lat. & recent. §. 27-30.
c. Poeſin, vbi
α *Artis Poeticæ ſcriptores*. C. IV. §. 1-4.
β *Poetæ*.
1. Græci. §. 5.—19.
2. Latini. § 20—37.
3. Recentiores. §. 38—40.
γ *Critici Poetarum*. §. 41.
d. Hiſtoriam. C. V.—XXVII. Vid. n. III.
2. Promiſcue Varia Opera Philologorum. C. XXVIII.
II. Matheſin C. XXIX-XXXVIII. Vid. n. IV.
III. Logicam. C. XXXIX.

Hiſto-

Digitized by Google

## III.

Hiſtoria eſt vel
- I. Separatim
  - 1. Temporum ſ. *Chronologia*. C. V. §. 1—11.
  - 2. Locorum ſ. *Geographia*. C. V. §. 12—24.
  - 3. Familiarum. ſ. *Genealogia*. C. V. §. 25--28.
  - 4. Actionum, quæ eſt vel
    - a *Vniuerſalis*. C. VI.
    - b Particularis, & quidem vel
      - α *Eccleſiaſtica*, C. VII.
      - β *Ciuilis*, eaque aut
        - 1. Antiqua, vt
          - a. Iudaica. C VIII.
          - b Græca. C. IX.
          - c. Romana. C. X.
          - d. Byzantina. C. XI.
        - 2. Recentior,
          - a. Europæa. C. XII-XXII.
          - b. Aſiatica, C. XXIII.
          - c. Africana. C. XXIV. §. 1. 2.
          - d. Americana. C. XXIV. §. 3. 4.
      - γ *Literaria*. C. XXV.
  - c. Specialiſſima Perſonarum, ſ. *Vita*. C. XXVI.
- II. Promiſcue *Varia*. C. XXVII.

Mathe-

## IV.

Matheſis eſt vel
I. Pura, vt
1. *Arithmetica.* C. XXIX.
2. *Geometria.* C. XXX.
II. Mixta, vt
1. *Logiſtica.* C. XXXI. §. 1.
2. *Muſica.* C. XXXI. §. 3. ad fin.
3. *Optica.* C. XXXII.
4. *Geodæſia.* C. XXXIII.
5. Coſmographia, quæ ſub ſe comprehendit
a. Aſtronomiam, quatenus.
α Motus Aſtrorum conſiderat, & vocatur κατ' ἐξοχὴν *Aſtronomia.* C. XXXIV.
β Futura prædicit, & appellatur *Aſtrologia iudiciaria* C. XXXV.
γ Tempora dirigit, diciturque *Chronologia.* Cap. XXXVI.
b. *Geographiam* Mathematicam. C. XXXVII.
6. *Mechanica.* C. XXXVIII.



Digitized by Google

## V.

Philosophia consideratur

I. In genere, vbi *de Philosophis antiquis & recentioribus.* C.XL

II. In specie, & diuiditur in scientias

1. Theoreticas, vt sunt
   a *Physica.* C. XLI.
   b. *Metaphysica.* C. XLII.
2. Practicas, vt sunt
   a. *Ethica.* C. XLIII.
   b. *Politica.* C. XLIV..
   c. *Oeconomia.* C. XLV.

Adduntur, quas ad Philosophiam etiam Vossius refert,

1. *Theologia.* C. XLVI.
2. *Iurisprudentia.* C. XLVII.
3. *Medicina.* C. XLVIII.



INDEX

Digitized by Google

# INDEX CAPITVM.

Caput I. De artibus vulgaribus & popularibus.
II. De Grammaticis, Scholiaſtis, Lexicographis, & Criticis.
III. De Rhetoribus, Oratoribus & Epiſtolographis.
IV. De Poetis, artisque poeticæ ſcriptoribus.
V. De Scriptoribus Chronologicis, Geographicis & Genealogicis.
VI. De Hiſtoricæ artis, Hiſtoriæque vniuerſalis ſcriptoribus.
VII. De Scriptoribus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.
VIII. De Scriptoribus Hiſtoriæ Iudaicæ.
IX. De Scriptoribus Hiſtoriæ Græcæ.
X. De Scriptoribus Hiſtoriæ Romanæ.
XI. De Scriptoribus Hiſtoriæ Byzantinæ.
XII. De Scriptoribus Hiſtoriæ Germanicæ.
XIII. De Scriptoribus Hiſtoriæ Belgicæ.
XIV. De Scriptoribus Hiſtoriæ Britannicæ.
XV. De Scriptoribus Hiſtoriæ Danicæ & Suecicæ.
XVI. De Scriptoribus Hiſtoriæ Moſcouiticæ, Ruſſicæ, Tartaricæ; itemque Polonicæ & Lithuanicæ.
XVII. De Scriptoribus Hiſtoriæ Hungaricæ & Tranſyluanicæ.
XVIII. De Scriptoribus Hiſtoriæ Turcicæ & Saracenicæ.
XIX. De Scriptoribus Hiſtoriæ Hiſpanicæ.
XX. De Scriptoribus Hiſtoriæ Francicæ & Gallicæ.
XXI. De Scriptoribus Hiſtoriæ Helueticæ.
XXII. De Scriptoribus Hiſtoriæ Italicæ.
XXIII. De Scriptoribus Hiſtoriæ Aſiaticæ.
XXIV. De Scriptoribus Hiſtoriæ Africanæ & Americanæ.

XXV. De

Digitized by Google

Caput XXV. De Scriptoribus Hiſtoriæ Literariæ.
XXVI. De Scriptoribus Vitarum.
XXVII. De Scriptoribus Hiſtoriæ Variæ.
XXVIII. De Variis Operibus Philologorum.
XXIX. De Scriptoribus Arithmeticis.
XXX. De Scriptoribus Geometricis.
XXXI. De Scriptoribus Muſicis.
XXXII. De Scriptoribus Opticis.
XXXIII. De Scriptoribus Geodæticis.
XXXIV. De Scriptoribus Aſtronomicis.
XXXV. De Scriptoribus Aſtrologiæ Apoteleſmaticæ.
XXXVI. De Scriptoribus Chronologicis.
XXXVII. De Scriptoribus Geographicis.
XXXVIII. De Scriptoribus Mechanicis.
XXXIX. De Scriptoribus Logicis.
XL. De Operibus Philoſophorum.
XLI. De Scriptoribus Phyſicis.
XLII. De Scriptoribus Metaphyſicis.
XLIII. De Scriptoribus Ethicis.
XLIV. De Scriptoribus Politicis.
Farrago Monitorum Bœcleri de Scriptoribus Politicis.
XLV. De Scriptoribus Oeconomicis.
XLVI. De Theologia. *Accedit*
*Mantiſſa Obſervationum Bœclerianarum de Scriptoribus Sacris & Eccleſiaſticis.*
XLVII. De Iurisprudentia.
*Appendicis loco additur Bœcleri Conſignatio de Scriptoribus Iuris publici præcipuis.*
XLVIII. De Medicina.

)o(

BIBLIO-

Digitized by Google

# BIBLIOGRAPHIA CRITICA.

## CAPVT I.

### DE ARTIBVS VVLGARIBVS ET POPVLARIBVS.

§. 1.

DVo fere modi ſunt, quibus omnia docenda, diſcendaque a doctoribus ſolent pertractari, quorum alter ſecundum diſciplinas procedit, alter ſecundum res ſeu materias diſponitur ab iis, qui paulo accuratiores eſſe volunt: quod in eleganti ſuo libello fecit CHRISTOPHORVS MYLAEVS, ex quo IO. STVRMIVS methodum ſuam deſumſit.

§. 2.

Nos hoc loco *Voſſium* ſequemur, qui opere *de IV. Artibus popularibus* artes, ſcientias & diſciplinas in VVLGARES, POPVLARES, LIBERALES & PHILOSOPHICAS diſtribuit.

Cap. I. Artes vulgares & populares.

§. 3.

De ARTIBVS VVLGARIBVS ſive ſordidis, quæ etiam illiberales, viles, mercenariæ, dicuntur & circumforaneæ (*die Handwercker und allerhand Handthierungen;* ap. Liuium IIX, 20, Opificum genus, ſellularii) & quare ita vocentur, videndus *Voſſius*. Harum conſideretur varietas & vſus. In vtroque ſpectetur *αὐτάρκεια* ciuitatis ſiue Reipublicæ. Vnde illiberales non ſimpliciter, ſed in comparatione & ex accidenti dicuntur. Ipſi Apoſtoli non abhorruerunt ab opificiis, & artibus variis; ſicut exemplo Pauli patet: neque ipſi Principes. Sicut enim Auguſtus neptes ſuas etiam lanificio aſſuefieri iuſſit, apud *Sueton.* 64. ita & hodie ſummi Principes, præter ſtudia ſapientiæ, etiam tractaſſe comperiuntur opificia & varias artes. Quamquam cautione opus eſt; ſicut admonet exemplum Clementis VII. Pontificis, qui, cum ſummam omnium minimarum in opificiis rerum haberet peritiam, in maioribus rudis fuit, *Paul. Iouius* L. 32. Ceterum de variis opificiis egit GARZONVS in libro Italico, cui titulus eſt *Piazza Vniuerſale*. Germanus interpres vocat *Schau-Plaz des menſchlichen Lebens*.

§. 4.

POPVLARES vocat *Voſſius* illas artes, quibus vulgo exercebantur honeſtiorum e populo liberi. Græci veteres, a quibus omnia fere ad Romanos, & hinc ad nos peruenerunt, quatuor numerant GRAMMATISTICEN,

Digitized by Google

CEN, GYMNASTICEN, MVSICEN & GRAPHICEN. Cap. I. 1. Grammatiſtice.

§. 5.

GRAMMATISTICE autem vocatur legendi ſcribendique peritia & a Grammatica diſtinguitur. Qui eam artem pueros docebant, *Grammatiſtæ* vocabantur. Huc pertinet 1) Inuentum literarum, de quo extat elegans libellus HERMANNI HVGONIS *de prima ſcribendi origine*. 2) De vtilitate literarum multifaria. 3) De miraculis literarum & ſcripturæ, e. g. de varietate infinita in transponendis literis; quam in *Phyſiologia* ſua *Epicurea* conſiderat PETRVS GASSENDVS, qui exemplis Arithmeticis quoque oſtendit, ſi 3. 4. aut plures literæ componantur, quoties poſſint immutari; & THEODORVS BIBLIANDER in eximio opuſculo *de communi ratione Linguarum* integra diſſertatione oſtendit, quantum miraculum ſit literarum inuentio, & quod ex paucis literulis tot vocabulorum millia conficiantur. Item de facultate loquendi cum abſentibus: quam in rem extat illa hiſtoriola de mancipio Peruano apud *Voſſium* de Grammatiſtica p. 7. 4) De Calligraphia ſ. de arte eleganter ſcribendi. 5) De Inſtitutione ad legendum & ſcribendum, de qua *Voſſius* ex *Quintiliano*. Addatur BONNAEVS *de ratione diſcendi*.

§. 6.

Ad Grammatiſticen refertur merito *Typographia* cuius inuentæ gloriam apud Batauos

Cap. I. 1. Grammatiſtice.

Harlemenſes, apud Germanos Moguntini & Argentinenſes ſibi vindicant. Pro Moguntinenſibus agit BERNARDVS a MALLINCROT in libello non inerudito de *Literis & Typographia*. Aſt Argentinenſes ex Archiuo ſuo & publicis inſtrumentis originem tempusque demonſtrare valent, ut apparet ex ADAMI SCHRAGII opere, *Bericht von Erfindung der Buchdruckerey*, Argent. 1640. cui addendæ tres Homiliæ D. IO. SCHMIDII & Oratio IO. HENRICI BOECLERI, habita 1640. Alias IACOBVS MENTELIVS quoque, qui a Mentelio illo, artis huius inuentore genus ſuum deducit, integrum opus de inuentione Typographiæ Pariſiis edidit. Pro Harlemenſibus HADRIANVS IVNIVS in *Batauia* ſua, & PETRVS SCRIVERIVS Batauus pugnant. Videatur etiam BESOLDVS de *Typographia & Bombardis*.

## §. 7.

GYMNASTICE in exercendo corpore verſabatur & Græcis vſitata erat: vbi notandum *Quinquertionis* nomen a quintuplici pugna curſu, ſaltu, diſco, iaculo, lucta. His puerilis ætas, tuendæ ſanitatis, parandis viribus; in Olympicis vero certaminibus virilis exercebatur. Pars huius loci prima eſt Hiſtoria, e. g. Quales exercitationes apud Græcos in vſu fuerint, quæ apud alias gentes exercitandi corporis genera. Atque huc pertinent HIERONYMI MERCVRIALIS Medici celeberrimi

Digitized by Google

berrimi in Italia libri *de Arte Gymnaſtica* & præclariſſimi ICti PETRI FABRI *Libri III. Agoniſtixῶν*, elegans opus. Conf. LIPSII *Saturnalia* & opus *de Amphitheatro*, ONVPHRIVS PANVINIVS *de ludis Circenſibus*, MEVRSII *Orcheſtra* & *Græcia Ludibunda*. Secunda pars pertinet ad vtilitatem talium exercitationum, ſcilicet, vel qua valetudinem iuuant, vel qua corpus robuſtum reddunt, vel qua belli meditationibus ſeruiunt. Tertia pars diſciplinam rei Gymnaſticæ ſpectat, vbi Doctores Chriſtiani multa in Gymnaſticis veterum Ethnicorum reprehendunt. Cap. I. 2. Gymnaſtice.

§. 8.

MVSICE nudam hic canendi & regendæ vocis ſcientiam notans ab accuratiore eius notitia, quæ ad Mathematicam refertur, diſtinguitur. Præcipuus locus eſt in hoc argumento de vtilitate Muſices; quæ quidem ad honeſtam voluptatem refertur: ſed viri ciuiles ad Reipublicæ mores componendos accommodare ſolent, ſicut *Ariſtoteles* in Politicis & *Plato* fecerunt. Huc pertinent variæ hiſtoriæ de admirandis effectibus Muſicæ. Veteres Muſicen etiam ad artem Oratoriam adhibuerunt & pronunciationis fuere ſtudioſiſſimi, vt ex *Quintiliano* in primis, *Cicerone*, & aliorum locis plurimis deprehendi poteſt. Nobis illa pronunciationis perfectio, quæ olim Romæ ſumma erat, plane hodie ignoratur. Habebant enim olim certos Magiſtros, quos Phonaſcos appellabant, qui in recitando eos admone-



Digitized by Google

Cap. I. 3. Muſice.

bant, quoties attollenda aut ſubmittenda vox, quæ vitia in pronunciando, & quomodo corrigenda eſſent. Secundus locus ad inuentiones variorum inſtrumentorum Muſicorum apud varias gentes pertinet. Conſulendus hic *Polydorus Vergilius de rerum inuentoribus*. Tertius locus ad diſciplinam Muſicæ in hypotheſi ſpectat. Ita apud *Cornel. Nepotem* XV, 1. 2. quæritur, an Muſica abſit a perſona Principis, & hodie frequens eſt quæſtio, quo inſtrumento Muſico Principum, nobilium, plebeiorum liberi debeant informari.

§. 9.

Vltimo loco numeratur GRAPHICE, per quam hoc loco principia & fundamenta artis pictoriæ, (Germanice *das Reiſſen*) intelliguntur. Ipſa enim ars pictoria ex Matheſi & Stereometria plurimum trahit, prout egregie in operibus ſuis oſtendit famoſiſſimus ille pictor *Albertus Durerus*. Proximus ab illo creditur *Petrus Rubenius*, qui tamen in ſcientia Mathematica Durero comparari haud poteſt. Extat *de Pictura veterum* nobile opuſculum FRANCISCI IVNII, quo omnia loca veterum Græcorum & Latinorum de picturis collegit; verum, quæ ad artem ipſam pertinent, non attigit: quod fecit IO. SCHEFFERVS eleganti libro, quem inſcripſit *Graphicen*, ſive *de Arte pingendi*. IVLII quoq; CAESARIS BVLENGERI exquiſitiſſimus liber eſt *de Pictura & Plaſtice* (quæ eſt ars fingendi ſiue ſtatuaria *die Bildhauer-Kunſt*, cuius artifex

*Ly-*

Digitized by Google

*Lyſippus* celebratur) qui inter reliqua ejus opera, alias doctisſima, eminere tamen creditur, ſed hodie vix haberi poteſt. Add. IO. BAPT. ARMENINVS *de Pictura*. Extant & libri, elogia, vitas & imagines præſtantium pictorum complexi. Atque hic conſiderari merentur variæ ætates picturæ; tum a modo pingendi ortæ varietates. Cap. I. 4. Graphice.

## CAPVT II.

### DE GRAMMATICIS, SCHOLIASTIS, LEXICOGRAPHIS ET CRITICIS.

§. I.

ARTES LIBERALES dicuntur veteribus, quibus animus ad Philoſophiam præparatur. Græci vocant *προπαιδεύματα* & *προπαιδείαν*; nonnulli etiam Encyclopædiam ſive Orbem diſciplinarum. Quamquam hoc vocabulo alii vniuerſum corpus ſcientiarum comprehendunt. Quo ſenſu ALSTEDIVS quoque ſuum opus *Encyclopædiæ* nomine deſignauit: quod ſicut multa egregia continet, ita plurimis in locis parum accuratum eſt; maximo tamen applauſu, cum primum ederetur, exceptum, & nuper compendiis trium Facultatum, Theologiæ ſcilicet, Iurisprudentiæ & Medicinæ auctum: vtile in primis iis, qui deſtituti aliis ſubſidiis ter-



Digitized by Google

Cap. II. Philologia.

terminorum aliquam cognitionem habere ſatagunt. Comprehendunt autem Artes liberales PHILOLOGIAM, MATHESIN & LOGICAM.

§. 2.

PHILOLOGIAM Latine Variam Eruditionem vocant. Interdum *Polymathia* idem ſignificat; interdum *πολυμαθείας* vocabulum latius eſt, & Philologiam vt partem complectitur: quo pertinet elegans opus IO. WOWERI *de Polymathia*. De *Philologia* autem extat memorabilis liber GERH. IO. VOSSII, qui hoc vocabulo complectitur tum artes ſermonis formatrices GRAMMATICAM, RHETORICAM & POESIN, tum HISTORIAM omnigenam.

§. 3.

GRAMMATICA, quæ circa linguarum cognitionem verſatur, eſt ars difficillima & latisſime patens, atque in Latina lingua imperfectisſima, in Græca melior, in Hebraica optima, nondum tamen ita ad certas regulas redacta, vt non innumeræ exceptiones adhibendæ forent, ceu apparet in *Theſauro Linguæ Hebraicæ* Clarisſimi *Buxtorfii*. In Latina lingua *Paſcaſius Groſippus*, ſive *Caſpar Sciopius* duodecim regulas vniuerſales ponit & per ellipſes plurima ſupplet: quæ quidem eximia ſunt, ad rem tamen in certam artem redigendam parum ſufficiunt.

Partes Grammaticæ tres ſunt, *Technica*, *Exegetica & Critica*.

I. GRAE-

## I. GRAECI.

Cap. II. I. Grammatici Gr.

### §. 4.

Ex Græcis veteribus qui de arte Grammatica & partę eius technica ſcripſerunt, plerique adhuc inediti ſunt, quoniam anonymi & plerunque mera ex iis fragmenta ſuperſunt. Niſi velis huc traherè HEPHAESTIONEM Alexandrinum, qui ſcripſit *Enchiridion Grammaticæ*, Venetiis editum.

Sequioris æui ſunt CHAEROBOSCI Grammatici Opuſcula,

CONSTANTINI LASCARIS *Grammatica*,

DEMETRII CHALCOCONDYLAE *Grammaticæ Græcæ Inſtitutiones.*

MANVELIS CHRYSOLORAE *Erotemata*,

MARCI MVSVRI *Opera*,

THOMAE MAGISTRI *Grammaticæ Eclogæ.*

E recentioribus ante 200. fere annos ex veteribus eximium plane opus collegit EMANVEL MOSCHOPVLVS & perfectum. *Chariſius*, Profeſſor Linguæ Græcæ Vpſaliæ, ex eo omnes terminos & Græcæ Linguæ notitiam hauſit; ipſe enim vetera monumenta non legit.

E ſuperiore ſæculo huc referendus THEODORVS GAZA, cuius opus etiam latine verſum eſt.

### §. 5.

Ceterum maximam partem eorum, quæ



Digitized by Google

Cap. II. 2. Scholiaſtæ Græci.

ad Grammaticam exegeticam pertinent, *Scholiaſtis* & *Rhetoribus* veteribus debemus, e quibus hæc eruenda.

Inter Scholiaſtas omnium optimus eſt & eruditisſimus (ſicut *Aſconius* inter Latinos) anonymus Scholiaſtes *Apollonii*, qui Argonautica Græca, ſicut *Valerius Flaccus* Latina, ſcripſit.

*Apollonii*

In Scholiaſte *Ariſtophanis* non omnia ad eandem formam ſunt.

*Ariſtophanis*

In veterum Tragicorum *Euripidis*, *Sophoclis*, *AEſchyli* Scholiaſtis non omnia ab eadem manu ſunt; pereruditis enim notis viliores interdum adiunctæ videntur. Edidit eos primum, quæ editio optima cenſetur, Venetiis *Paulus Stephanus*, indignante quodam Italo, quod talia myſteria e Bibliothecis euulgarentur, ac in hæc verba erumpente: *Illi vltramontani Barbari nunquam propter hæc talia ad nos amplius accedent.*

Tragicorum

Habentur vero adhuc in Bibliothecis paſſim multa Scholia in Græcos Auctores inedita. Sicut Regina Sueciæ e Bibliotheca Regia Pariſienſi prolixa ſatis & erudita Scholia in Promethea & VII. Thebanos ſibi comparauit.

Inedita.

„Sunt & alia inedita ſcholia præſertim in „Promethea vinctum, quæ ex Italia trans„miſſa in Bibliotheca Sereniſſ. Reginæ „Chriſtinæ vidi. *Commentatio de Script. Gr. & Lat.* pag. 10.

In *Homerum* extat breuis Scholiaſtes, qui

DIDYMVS.

DIDYMVS creditur, non tamen liquido affir-

affirmari poteſt: & prolixus ſimul ac pererudi-tus EVSTATHII Theſſalonicenſis Epiſcopi Commentarius. Cap. II. 2. Scholiaſtæ Græci.

In *Heſiodum* quoque vetus Scholiaſtes proſtat, qui tamen rarus eſt, vt & in *Theocritum*. EVSTATHIVS. In *Heſiodum* *Theocrit.* *Pindarum*

*Pindari* Scholiaſtes vilisſimus omnium eſt, in quo pauca maioris momenti reperiuntur. De Rhetoribus ſuo loco.

(*De his mentio recurret ad ipſos auctores infra in Poetis.*)

## §. 6.

Inter Lexicographos veteres Græcos extant quidam pererudi̇ti & ſumma diligentia vſi, Ante omnes nominandus eſt POLLVX, cuius *Onomaſticon*, quod ſecundum vniuerſitatem & ordinem rerum diſpoſuit, incomparabile eſt, & quod vix ſatis posſit æſtimari. Optima editio eſt *Scheri* Græco-Latina cum Indice. POLLVX.

„Ex illis antiquorum Lexicis, quæ hodie „ſuperſunt, ſingulari eruditione *Pollucis Onomaſticon X. lib. ad Commodum Cæſarem* „præcellit, cuius egregiam editionem anno „huius ſæculi VIII. *Wolffg. Seberus* typis „Wechelianis dedit. *Suidas* ait, eſſe colle-„ctionem eorum, quæ diuerſe de eodem „dicuntur. Ipſe ita argumentum & propo-„ſitum operis deſignat: *Oſtendit ſynonyma* *pref. l. 1.* „*quomodo permutari poſſint, & quibus ſingu-*„*la efferri ſoleant. Neq; autem tantum copiæ* „*ſtuduimus, quantum delectus venuſtati.* Au- *pr. l. 2.* „ctores ſecutus eſt terſi accuratiq; ſermonis vſum

Digitized by Google

Cap. II. 3. Lexicographi Gr.

*præf. l. 3.* „vſum habentes, tum qui rerum experien-
„tia cognitionem adepti eſſent. Teſtimo-
„niis tum demum vtitur, ſi pauciores ita lo-
„cuti ſunt, aut ſi dubia occurrunt vocabula.
*pr. l. 6.* „Quædam autem iudicando, quædam in-
„dicando poſuit, verbisque aliquando
*pr. l. 7.* „formulam adiecit. Non autem ſufficie-
„bat tractaſſe multos ſoluta ligataque ora-
*pr. l. 9.* „tione præſtantes ſcriptores, ſed oporte-
„bat etiam quærere quendam diſpoſitio-
„nis habitum & in diſſimilibus ſimilitudi-
„nem. Hic enim ordo tædium operi de-
*pr. l. 10.* „trahit. Denique non ex veteribus tan-
„tum colligit verba, ſed ex ipſis rerum
*pr. l. 14.* „formis. Tanta autem cura atque dexte-
„ritate abſoluit hoc opus, ut vere poſſet
„prædicare, neminem Græcorum ante
„ſe τοσαῦτα καὶ ἐν τοσούτοις reperiſſe.
*Diſſert. Tom. I.* p. 650.

„*Pollux*, vnus ex omnibus antiquis,
„qui ſuperſunt, accuratiſſimus Lexici au-
„ctor. *ib.* p. 654.

„Solet *Pollux* eruditiſſimo delectu, non
„verborum magis, quam ſententiarum
„congregare ſub titulos argumentorum,
„quicquid naturam rei declarare poteſt.
*ib.* p. 64.

„Ceterum qui hæc (np. differentias vo-
„cum) penitus & in præſentiori obſerva-
„tione & applicatione cognoſcere cupit,
„illi conſulendi ſunt *Pollux*, doctiſſimus
„Criticus &c. *Diſſert. Tom. III. p. 545.*

„*Pol-*

Cap. II. 3. Lexicographi Gr.

„ *Pollux Onomaſtici* eruditiſſimi & in„comparabilis auctor. Sæpius editus, „in primis Gr. Lat. a *Sebero* in 4. *Commentat. de Scr. Græc. & Lat. p. 36.*

*Iulius Pollux*, cuius *Onomaſticon* Com„modo Imperatori inſcribitur. Sunt hu„ius *Onomaſtici* libri X. & ſingulis eruditiſſimæ præfationes præmiſſæ. Huic „autem Lexico nihil ſimile extat in hunc „vsque diem in vna lingua. Quodſi omnis „generis res impleuiſſet, opus foret plane „incomparabile. Variæ prodierunt edi„tiones; Aldina, Baſileenſis; ſed omni„um editorum induſtriam ſuperauit „*Wolffg. Seberus.* Multa tamen adhuc ſu„perſunt difficilia nondum explicata. Plus „autem continet in receſſu, quam in ti„tulo promittit. Quantum enim in eo „deprehendimus Philoſophiæ veteris & „iudicii accuratiſſimi! Nemo certe Gram„maticorum ei eſt ſimilis, qui ſolus vidit, „quid ſit Lexicon ſcribere, quod nemo ha„ctenus imitari auſus eſt, adeoque ſolus „hanc Philoſophiam amplexus eſt, vt vo„cum earum, quas explicaret, res quo„que expleret. Sic e. g. quando de iudi„ciis agit, non voces tantum *iudicis*, *rei*, „*accuſatoris* &c. ſelectiſſimis verbis expli„cat, & veterum formulas recitat, ſed ſi„mul omnem Philoſophiam illam repræ„ſentat. Vnde merito inter myſteria eru„ditionis refertur, *Sæcula IV. p. 157.*

§. 7.

Cap. II. 3. Lexicographi Gr.

HARPOCRATION.

§. 7.

Poſt eum merito laudandum HARPOCRATIONIS *Lexicon* in X. Rhetores Græcos *Demoſthenem*, *Lyſiam* &c. quod *Mauſſacus* Gallus, doctus & Græcæ linguæ peritiſſimus vir, cum notis & Latina verſione edidit Pariſiis.

„*Harpocrationis Lexicon e X. Rhetoribus* „edidit nobis in Gallia *Mauſſacus*, is de quo „fabulam confictam audiui, quod Græcæ „linguæ ſtudioſius & peritus, tandem eam „plane vsque ad ignorantiam oblitus ſit. „*Athenæo* æqualem putat *Ger. Io. Voſſius* de „Philologia c. 5. §. 17. ita vt alter alterum „exſcripſerit. *Suidas* Alexandrinum vo„cat. Apud eum alius *Harpocrati*„*on* Argiuus memoratur, qui ſcripſerit λέ„ξεις Πλάτωνος βιβλίοις δυσίν, Platonicas „voces duobus libris : *Harpocration* „*AElius*, Sophiſta, περὶ τῶν δοκούντων τοῖς „ῥήτορσιν ἠγνοῆσθαι, de iis quæ Rhetoribus „ignorata videntur. Quorum nihil hodie „ſupereſt. *Diſſ. T. I. p. 650.*

„ *Harpocrationem* quoque *Lexici X.* „*Rhetorum* auctorem aliqui Veri Impera„toris præceptorem eſſe putant. Multa „iisdem verbis effert, quibus *Athenæus*, vt „vel ille hunc, vel hic illum exſcripſerit. „Editio *Mauſſaci* Pariſienſis commenda„tur. Non ſupereſt autem hoc Lexicon „hodie totum, ipſaque eius editio eſt ra„riſſima. Dolendum, quod non recu-

„da-

Digitized by Google

„datur. Est & hic *Harpocration* inter doctissimos Grammaticos, sed iudicium *Pollucis* non adæquat. Collegit autem, sicut dixi, ex X. Rhetoribus, quorum vitam *Plutarchus* scripsit, qui tunc in maxima laude erant. *Sæcula IV. p. 158.*

§. 8.

PHRYNICHUS.

PHRYNICHI *de Vocibus Atticis* eruditum opusculum est, sed imperfectum a *Nunnesio* editum. *Nunnesius* in Codice suo multa egregia notauerat, quæ *Daniel Heinsius* pro suis postea edidit, acerrime propterea traductus a *Claudio Salmasio* in Præfatione ad *Simplicium.*

„Ex *Phrynichi Arabii* magno σοφιστικῆς „παρασκευῆς *s. Apparatus Oratorii* opere „paruam *Epitomen* reliquam habemus *Petri Nunnesii* cura editam: siue potius alius opusculum hoc est, sicut ex *Suida* intelligere licet. Institutum scriptoris in maiori illo opere paulo fusius explicat *Photius.* In qua scriptione notatu in primis digna est lex illa, quam ipse sibi in scribendo *Phrynichus* posuit. Collatas a se voces ad hunc modum se aiebat discernere, vt quasdam earum Oratoribus, alias Historicis, quasdam familiari consuetudini tribuat: nonnullas autem conuiciis proprias, aut amatoriis rebus opportunas notet. Idem ex auctoribus præcipue commendabat *Platonem, Demosthenem, AEschinem*, inde *Thucydidem*, *Xenophontem*, „*Cri-*

Cap. II. 3. Lexicogr. Gr.

„*Critiam*, *Antiſthenem*, *Ariſtophanem*, *AE-*
„*ſchylum*, *Sophoclem*, *Euripidem*. Bene,
„quod in eiusmodi opere demonſtrauit,
„quorum potisſimum auctoritate Græci
„ſermonis gloria ſtaret. *Diſſ. T. I. p. 649.*

„*Phrynichus* quoque in hæc tempora M.
„Antonini & Commodi refertur, cui & in-
„ſcripſit magnum opus ſuum. Apud *Pho-*
„*tium* in *Bibliotheca* Cod. 158. ſupereſt exi-
„guus libellus de *vocibus Atticis*, de quo *Nun-*
„*neſius* præclare meritus. *Sæcula IV. p. 158.*

§. 9.

SVIDAS.

In SVIDA quoque, qui quidem non adeo antiquus eſt, ex antiquis tamen omnia habet, inſignis theſaurus Grammaticus habetur. Pauciſſima tamen ab ipſius ingenio profecta ſunt, ſed pleraq; ex veteribus ſumſit & nomina ſuppreſſit. Editio *AEmilii Porti* Geneuenſis optima eſt.

„*Suidas* quoque contexuit *Lexicon* ma-
„gnum, ante annos quingentos amplius, ſi-
„cut putat *Caſaubonus*, aut ſexcentos, vt
„*Andreas Schottus* autumat. Auctores, ex
„quibus ſumſit, nominantur *Eudemus* Rhe-
„tor περὶ λέξεων, *Helladius*, *Eugenius*, *Zo-*
„*ſimus Gazæus*, *Cæcilius Sicilienſis*, *Longinus*
„*Caſſius*, *Lupercus Berytius*, *Iuſtinus Iulius*
„Sophiſta, *Pacatus*, *Pamphilius*, *Pollio A-*
„*lexandrinus*, de quo ſupra. Multis hi-
„ſtoriis abundat hoc opus, quas excerpſit
„*Hieron. Wolfius* & Latine ſeorſim edidit.
„De toto opere in Latinum conuerſo, e-
„men-

Digitized by Google

„mendatoque præclare meritus eſt *AEmi-* Cap. II. 3.
„*lius Portus*, Franciſci filius. *Diſſ. T. I. p.* Lexicogra-
*651.* phi Gr.

„*Suidas* Græce ex *Aldi* officina; Gr.
„Lat. Geneuæ II. Tomis, cum Verſione
„*Franc. Porti* Cretenſis. Opus hiſtoriæ
„variæ neceſſarium, & plurima fragmen-
„ta Scriptorum amiſſa exhibens, etiam
„cum nomina non citantur. *Comment. de Script. p. 84.*

„Sunt alias Codices *Suidæ*, cuius
„propterea magnum nomen eſt, quod no-
„biliſſima ἀποσπασμάτια veterum Aucto-
„rum conſeruauit verbotenus, corruptiſſi-
„mi. Editio *Aldi* valde probata eſt, qui ve-
„hementer in emaculando eo laborauit; ex
„qua editione Geneuenſis deſcripta eſt, ad
„quam *AEmilius Portus* quasdam notas ad-
„iecit. Sed nondum ſcriptor ille ſatis eſt
„ſanatus, exſpectamusque & requirimus
„ſingularem eruditionem *Bigotii*, huic ſcri-
„ptori magnum futurum præſidium, colla-
„tis inſuper plurimis MSS. Codicibus. *Sæcu-la IV p. 304.*

Addatur HESYCHII *Lexicon*, cuius editio optima eſt Lugduno-Batana; & *Etymologicum Magnum* anonymi auctoris eruditiſſimum, ſed nunquam Latine verſum, quod edidit *Frid. Sylburgius*. HESY-CHIVS. Etymologicon Magnum.

„*Heſychius* & ipſe nobile reliquit *Le-*
„*xicon*. *Bonauentura Vulcanius* Græcæ
„Linguæ Theſaurum vocat in *Annot. in*



Digitized by Google

Cap. II. 3. Lexicographi Gr.

„*Callimachi hymn. Dianæ.* An ſit ille, cuius „alia opera *Suidas* commemorat, „merito dubitatur. Multa e ſcriptu„ris ſacris & interpretibus earum ſuo Le„xico adniſcuit; in quo non pauca ſunt, „quæ manum medicam deſiderant. *Diſſ. T. I. p. 650.*

„*Etymologici Magni* auctor itidem „multa de hiſtoriis inſerit, cuius editione „doctisſimus *Frid. Sylburgius* rem litera„riam ornauit. *ibid. p. 651.*

§. 10.

PHAVORINVS.

Ante CC circiter annos PHAVORINVS Epiſcopus Nucerinus ex veteribus plane inſigne congeſit opus, de quo videatur *Bæclerus de Lexicis Veterum Græcorum.* Romana editio valde rara eſt; Baſileenſis facilius reperitur.

„Renaſcentibus literis in Italia *Vari„nus Phavorinus*, Nucerinus Epiſcopus, „magnum & memorabile Lexicon Græ„cum ſcripſit: in quo plurimæ fabulæ, „hiſtoriæ, prouerbia, verba & res expoſi„tæ commemoratæque, atque etiam de„monſtratæ & explicatæ reperiuntur, vt „*Joachimus Camerarius* in præfatione me„rito prædicat. Latine hactenus nemo „conuertit. *Diſſ. T. I. p. 651.*

Gloſſaria.

PHILOXENVS.

Gloſſaria vetera Græco-Latina debemus *Henrico Stephano.* PHILOXENI & alia minora Gloſſaria in *Theſaurum* ſuum *vtri-*

*triusque Linguæ* congesſit *Bonauentura Vulcanius.* Cap. II. 3. Lexicographi Gr.

„ Gloſſas, ſive Gloſſaria vtriusque „Linguæ, Græco-Latina & Latino-Græca, „inter quæ & *Philoxenus*, ediderat *Henri-* „*cus Stephanus*. Iterauit poſtea editionem, „pluraque Gloſſaria & libellos argumenti „affinis in vnum opus coegit *Bonauentura* „*Vulcanius* hoc titulo: *Theſaurus vtriusque Linguæ. Diſſ. l. c.*

§. II.

Inter recentiores duo opera eminent. HENRICI STEPHANI *Theſaurus Linguæ Græcæ* IV. Tomis editus Pariſiis, ex quo SCAPVLA Compendium primo, deinde rurſus minus aliquod opus confecit: quæ res Stephanos Bibliopolas Pariſienſes maximo & irreparabili damno mactauit. ROBERTI CONSTANTINI itidem *Theſaurus Linguæ Græcæ*, egregius non minus, &, ſi dicendum quod res eſt, maiori iudicio collectus, quam *Stephani*. STEPHANVS. SCAPVLA. ROB. CONSTANTINVS.

„ Nominandus hinc eſt *Theſaurus Lin-* „*guæ Græcæ Stephanicus*, & non ſine di- „ſpendio operis factum compendium *Sca-* „*pulæ*. Neque tamen nulla fuit cauſſa, cur „poſtea *Roberti Conſtantini Lexicon* non „paucis placeret. *Diſſ. T. I. p. 652.*

Inter minora Lexica optimum *Lexicon* Venetiis ſine nomine editum; eſt & POSSELII *Calligraphia*. GARTHII, quod



Digitized by

Cap. II. 3. Lexicographi Gr.

in plerisque Germaniæ Gymnasiis in vsu, nimis imperfectum est.

§. 12.

BVDAEVS.

Ad mysteria Græcæ Linguæ perdiscenda *Commentaria* etiam BVDAEI pertinent, quæ multis, imo ipsi *Salmasio* veram ad eruditionem viam aperuerunt. Nempe opus hoc cetera omnia auctoris huius præcellit; imo eo potissimum quantus foret scilicet ostendit.

Vide omnino *Bœcleri* Dissertationem *de Lexicis*.

„ Anno superioris sæculi XXIX. *Guiliel-*
„*mus Budæus*, Vir illustris, *Commentari-*
„*os Græcæ Linguæ* edidit, in eruditi Lexici
„speciminibus habendos, ut arbitror, si
„quis cetera (partem enim huius curæ
„complexus est) ad eum modum elabo-
„rasset. Consilium suum ita ipse expo-
„suit: *Quoniam usus scribentium est mul-*
„*tiplex, ego, quæ in mentem mihi venient,*
„*in hos* Commentarios *quam potero expli-*
„*catissime referam, & ad iuuenum captum*
„*quam appositissime: ita tamen, ut si iam*
„*forte prouectiores eos legerint, nonnulla*
„*inuenturi sint, ni fallor, ob quæ nec o-*
„*mnem operam luisse dictitent, nec nos in*
„*rebus translatitiis tantum laboris exhau-*
„*sisse. Diss. T. I. p. 652.*

§. 13.

DIDYMVS TARRHAEVS.

Paræmiographi ex antiquis pauci supersunt. Prouerbia Græca DIDYMI TARRHAEI

RHAEI & aliorum Venetiis ab *Aldo Manutio* ſunt, edita. Caput II. 3. Lexicographi Gr.

DEMOCRATES & DEMOPHILVS, Gnomologi delicatiſſimi, editi ſunt ab *Holſtenio*, eſtque opuſculum admodum elegans. DEMOCRATES DEMOPHILVS.

ZENODOTVS ſ. ZENOBIVS & DIOGENIANVS, qui vixerunt Hadriani æuo, quorum *Prouerbia* Græce edidit & Appendicem adiecit *Andreas Schottus*. ZENODOTVS. DIOGENIANVS.

„*Zenobii* Sophiſtæ, *Phlegontis* æqualis, „*Prouerbia* extant ſæpius edita. Quam„quam alii *Zenodotum* vocant. Solent e„ditores coniungere cum *Diogeniano*, iti„dem Hadriani temporibus ſcriptore, cu„ius *Paræmias* primum publicauit *Andre„as Schottus*, Vir de antiquitate præcla„riſſime meritus *Sæcula IV. p. 165.*

„*Zenobii* & *Diogeniani* Proverbia Gr. „Lat. de Excerptis edita Lugd. Bat. in 4. *Comment. de Script. p. 61.*

Minus antiquus eſt, quippe qui ante ducentos amplius annos vixit MICH. APOSTOLIVS cuius Paræmiæ itidem ab *Andr. Schotto* editæ Lugd. Bat. in quarto. MICH. APOSTOLIVS.

## II. LATINI

### §. 14.

In parte TECHNICA veterum Latinorum pauciſſima habemus. VARRONIS enim, FESTI POMPEII, CAPRI fere omnia perierunt. *Grammaticos veteres* minores, Grammatici Vet. Latini.



Digitized by Google

Caput. II. 1. Grammatici Lat.

nores, siue eorum potius fragmenta primum edidit *Elias Putschius*, cuius editio egregia est, sed raro reperitur; deinde alia euulgauit Geneuæ *Dionysius Gothofredus*.

„TERENTIANVS MAVRVS „in Grammaticis Veteribus *Eliæ Putschii* „in 4to. *Comment. de Script. Gr. & Lat. p. 60.*

„VALERII PROBI liber editus in„ter veteres Grammaticos *Dionysii Gothofredi* & seorsim ab *Ernstio* in 4. *Ibidem p. 61.*

VARRO. VERRIVS FLACCVS. FESTVS.

M. TERENTIVS VARRO Vir eruditissimus fuit; M. VERRIVS FLACCVS me diocris eruditionis; FESTVS plane egregius est, sed idem cum *Varrone* fatum expertus, hodieque a *Paulo Diacono* & aliis ita interpolatus est, vt quæ eius sint vix dignosci possit.

„*Varronis* quæ superstant *Iosephus Scali„ger* præsertim suis Animaduersionibus „excoluit. *Comment. de Scr. p. 46.*

NONIVS MARCELLVS.

NONIVS MARCELLVS itidem plane eximius est, & plurimos optimorum auctorum, interque eos *Terentium* sæpissime citat.

ISIDORVS.

ISIDORVS multa egregia habet, ex aliis auctoribus veteribus desumta: quæ vero ex ipsius ingenio profluxerunt, non adeo magni habenda.

Auctoritati excerptorum ex veteribus Grammaticis nullo modo fidendum est.

§. 15.

§. 15.

Caput II. 1. Grammatici Lat.

Inter eos Grammaticos, quorum opera adhuc integra ad nos peruenerunt, eſt PRISCIANVS, qui multa ſumma diligentia collegit, ſed non pari ſemper iudicio elegit, quam ob cauſſam mire in eum debacchatur *Caſpar Scioppius*, quamuis ſæpe immerito.

PRISCIANVS.

„*Priſcianus* Grammaticus habetur in „veteribus Grammaticis *Eliæ Putſchii. Comment. de Scr. p. 84.*

Item SOSIPATER CHARISIVS, vt & DIOMEDES ſatis elegantes ſunt ſcriptores.

CHARISIVS. DIOMEDES.

*Bonæuentura Vulcanius* etiam collegit veteres quosdam Grammaticos, quod plerique *Collectionem*, alii aliter appellant.

MARTIANVS CAPELLA recentioribus potius eſt annumerandus.

MART. CAPELLA.

§. 16.

Inter recentiores hanc materiam pertractarunt SCALIGER *de Cauſſis Linguæ Latinæ*, ALVARVS Hiſpanus, SANCTIVS Brocenſis Hiſpanus, cuius *Minerua*, eruditiſſimum haud dubie opus a SCIOPPIO eſt ſuppreſſa, qui pleraque inde deſumſit. Edidit autem is *Grammaticam Philoſophicam*, quæ indicis inſtar eſſe poteſt in reliqua duo opera *Rudimenta Grammaticæ Philoſophicæ & Paradoxa Litteraria.*

GERHARDVS IO. VOSSIVS in maioriſuo opere *de Arte Grammatica* ex *Scioppio* plurima ſine vlteriori examine deſcri-



Digitized by Google

Caput II. 1. Commentatores Lat.

pſit & totam fere Syntaxin ſuam ex eodem collegit.

§. 17.

DONATVS. EVGRAPHIVS.

Inter COMMENTATORES veteres extant, in *Terentium* DONATVS, magni ingenii & eruditionis vir; ſed ab aliena manu plurimæ nugæ acceſſerunt: item EVGRAPHIVS, quem nonnulli EVANTHIVM vocant, homo non ineruditus.

„*AElii Donati* quædam in Veteribus „Grammaticis *Putſchii*, tum in *Terentium* „& *Virgilium* Notæ extant. Iudicium *Sca*„*ligeri*, viri κριτικωτάτου, de eo hoc eſt, „quod ipſum vocarit *Animam Poetarum*. „Non omnia autem ſuſtinent tantum no„men, vt merito ab alia manu illa cenſe„antur profecta. *Sæcula IV. p. 379.*

SERVIVS. In *Virgilium* SERVIVS HONORATVS itidem pereruditus; ſed iudicium eius minus eſt, quam *Donati*.

§. 18.

ASCONIVS PEDIANVS.

Omnium accuratiſſimus eſt ASCONIVS PEDIANVS in *Ciceronis* Orationes aliquot. Nam pauciſſima eius viri ad nos peruenernnt.

„*Q. Aſconius Pedianus* doctiſſimarum in „Orationes quasdam *Ciceronis* Notarum „auctor ſæpiſſime impreſſus in 8, etiam „Lugd. Bat. 12. *Comment. de Scr. p. 54.*

„*Aſconius Pedianus*, Patauinus, ſub „Nerone & Veſpaſiano claruit; Gram„maticus inſignis, ſicut oſtenduit frag„menta

„menta Notarum in *Ciceronis Orationes*, quæ habemus; aureum opuſculum. Po- „teſt hic certe iudicium lectoris acuere, „omnes enim ſuperat Grammaticos, etiam „*Donatum* & *Seruium*, qui ad eius acu- „men & eruditionem non peruenerunt. „Stilum habet nitidiſſimum, qui non tam „ex Notis, quam Orationum argumen- „tis præfulget inſigni vetuſtate. Scripſit „& Hiſtoriam, vnde apud *Euſebium* in „*Chronico ad A. C. LXXVI.* extat: *Q. Aſco- „nius Pedianus ſcriptor Hiſtoricus clarus „habetur.* An vnus ſit ſcriptor, diſputa- „runt *Scaliger* ad *Euſebium* & *Voſſius Hiſt. „Lat. L. I. c. 27. p. 129.* qui argumenta in „vtramque partem diligenter collegit & „*Scaligero* hoc concedit, quod duo fue- „rint *Aſconii*, hunc tamen cum Gramma- „tico eundem putat. *Sæcula IV. p. 57.*

Caput II. 2. Commentatores Lat.

„MACROBIVS valde contemnitur „a *Iouiano Pontano* in *Antonio* ſuo, & „*Scaligero* in *Poeticis*, luculentiſſimi ta- „men ſunt eius *Commentarii in Somnium „Scipionis.* Nec minus difficillimum o- „pus eſt aggreſſus in *Saturnalibus*, quæ „etſi non vbique exacte tractauit, magnis „tamen excidit auſis & viam monſtrauit „aliis vlterius de eo meditandi. *Lipſius* „certe fuit inter eos, qui eum valde æſti- „mant. Editio *Iſaaci Pontani* ſine con- „trouerſia eſt optima, qui præclariſſime „de *Macrobio* eſt meritus. *Sæcula IV. p. 380.*



Digitized by Google

Caput II. 2. Commentatores Lat.

„Nec *Macrobium* hic omiſero, decore „& perſpicue loquentem. *Diſſ. Tom. III. p. 540.*

In *Iuuenalem* adhuc Scholiaſtes quidam vetus extat, ut & in *Perſium*, quem plerique CORNVTVM appellant.

CORNVTVS.

ACRON. In *Horatium* ACRON ſupereſt, in quo mala mixta bonis, & iudicium non adeo magnum ſpectatur.

LVCTATIVS. In *Statium* ſcripſit LVCTATIVS.

§. 19.

Gloſſaria. LEXICOGRAPHI veteres extant in *Theſauro utriusque Linguæ Bonauenturæ Vulcanii*, is enim Gloſſaria (Gloſſa interpretatio vocabuli eſt, hinc Gloſſaria idem quod Lexica) Veterum collegit, quæ erudita multa afferunt, ideoque toties a *Guieto* in Notis ad *Terentium* citantur. In Bibliothecis nonnullis quædam adhuc habentur inedita Gloſſaria, ſed recentiora, vtpote 800. annorum & quæ prelo exiſtimantur indigna.

§. 20.

ALEPINVS. Inter recentiores Lexicographos CALEPINVS eſt, in cuius prima editione multa habentur inepta & falſiſſima. Recuſus deinde Pariſiis eſt, multaque in eo ex priori omiſſa. Notanda etiam inſignis fraus bibliopolæ, qui *Paſſeratii*, Viri eruditiſſimi, nomen operi illi præfixit, quaſi in corrigendo illo operam ſuam collocaſſet; quod tamen falſiſſimum.

„De *Calepino* nihil dicam, qui a tenuibus initiis

Digitized by Google

„initiis & vitiosis etiam annotationibus Cap. II.
„noui subinde editoris cura in magnum 3. Lexica Lat.
„volumen processit. Qui fruges igno-
„rant, iis glandes quoque sapiunt. In-
„ter quos forte reponas licet, qui cre-
„dunt, *Passeratium*, doctissimum virum,
„aliquid operæ criticæ contulisse, sicut bi-
„bliopolæ, sui quæstus caussa, præscribe-
„re ausi sunt. *Diss. Tom. I. p. 652.*

NICOLAI PEROTTI *Cornu copiæ* satis quidem eruditum, sed adhuc tamen imperfectum est. PEROTTVS.

„*Perotti Cornu copiæ* doctioribus monu-
„mentis accensetur. *Diss. T. i. p. 652.*

ROBERTI STEPHANI *Forum Romanum*, quod *Cælius Secundus Curio* denuo edidit III. Tomis Basileæ fol. suam quoque laudem meretur, non tamen eruditionis per omnia sufficientis est. Parisina editio raro inuenitur. ROB. STEPHANVS.

„Iam *Thesaurus Latinæ linguæ Roberti*
„*Stephani* & *Forum Romanum Cælii Secun-*
„*di Curionis* multum laboris in vasto ope-
„re præferunt. *Diss. T. i. p. 653.*

§. 21.

Optimum in hac imperfectione est *Lexicon Basileense* duobus Tomis editum, quorum alter Ciceroniana verba ex *Nizolii* Lexico, sed magnam partem aucto, alter, qui in primis *Lucii* Basileensis Professoris diligentiæ debetur, aliorum auctorum vocabula complectitur. Lexicon Basileense.

„His

Digitized by Google

Cap. II. 3. Lexica Lat.

„His merito anteponas *Basileense Le-*
„*xicon*, cuius prior Tomus Ciceroniana
„*Nizolii* auget, posterior *Lud. Lucii* opera
„aliorum auctorum vocabula, erudito sa-
„ne & eleganti proposito, exhibet. *Diss. l. c.*

FABER.

*Lexico* FABRI multas eruditas Annotationes Philologicas & explicationes auctorum passim inseruit *Augustus Buchnerus*, sed non omnia eadem cura pertractauit; paucitate etiam vocabulorum a mensura perfecti Lexici abest.

„In *Fabri Thesauro* plus doctrinæ est:
„cui copiam, decus, limam addidit singu-
„laris industria & doctrina Cl. *Buchneri*,
„qui ex opusculo opus dedit. *Diss. l. c.*

MARTINIVS.

Inter recentiora Lexica celebriora est etiam MARTINII *Lexicon Philologicum.*

„In transcursu notabimus hic errorem
„eorum, qui existimant, proprietatem
„linguæ ex lexicis comparari & addisci
„posse. Sed illos facile refellit 1. penuria
„Latinorum Lexicorum satis superque
„nota; 2. ipsius rei *ἀδυναμία*. Reuera
„enim statuendum est opus vnius hominis
„labore maius & difficilius, congerere
„genuinos vocum significatus, ex omni-
„bus auctoribus absolutum & perfectum
„corpus non vocabulorum (quæ plerique
„tantum in oculis habent) sed variæ in-
„terpretationis & eruditæ *φιλολογίας* in
„vnum congerere ac componere. Certe
„nemo

Digitized by Google

„nemo hactenus tale quid præstitit, nec Cap. II.
„fortasse præstiturus est. Notandum e- 3. Lexica Lat.
„nim hac occasione est non leve dubitan-
„di argumentum: an conduceret, si ma-
„xime extaret tale Lexicon, ex eo potius
„quam ex ipsis auctoribus addiscere ge-
„nuinam Latinæ linguæ indole; Quod
„nemo peritus ac doctus affirmabit, opi-
„nor. Et in promtu est ratio: quia ple-
„raque non satis plene & liquido intelli-
„guntur, æstimanturque, cum a corpore
„suo auulsa sunt. Quin ipse contextus,
„ipse orationis tenor optime sua verba in-
„terpretatur pariter ac ostendit. Atque
„sicut aqua ex fontibus in riuos deriuata
„facile aliquid in riuorum alueis contra-
„hit, quod a puritate fontis prima atque
„genuina est alienum: ita etiam vix fieri
„potest, quin in tanti operis tumultu, vt
„sic dicam, & ambitu multa aliquid na-
„tiui decoris & speciei amittant. *Diss. T. III. p. 543. seq.*

Sunt etiam Lexica certis disciplinis desti- Lexica Di-
nata. Tale est *Lexicon Philosophicum* GO- sciplinarum.
CLENII, Iuridicum CALVINI, Theologi-
cum in *Claue* FLACII ILLYRICI.

„Philosophica *Goclenii* & *Cl. Micrælii* ad
„scopum peculiarem respiciunt. Sicut
„& illa certis materiis destinantur, quæ
„*Caroli Stephani Dictionarium Hist. Geogr.*
„*Poeticum*; *Ortelii Nomenclator Geogra-*
„*phicus*; *Glandorpii Onomasticon Historiæ*
„*Romanæ*

Digitized by Google

Cap. II. 3. Lexica Lat.

„*Romana* complectuntur. Exquisitiore „cura *Francisci Marii Grapaldi Lexicon* „*de partibus ædium* confectum est. Iam „Theologici Lexici eruditum specimen „*Clauis Flacii* habet; nisi malis designa„tionem locorum communium appellare. „Iuridicorum verborum significationes „*Barnabas Brissonius* egregio commenta„rio prosecutus est; ne de iis dicam, qui „suis additionibus opus, merito etiam se„paratim conseruandum, inseruerunt. *Diss. l. c.*

„Nihil de *Lexico Politico* diximus; quod „ita vocare & commendare alibi consueui„mus. Quoniam enim in enarrandis bo„nis scriptoribus rarissime, & vix vnquam „in scholis, modo singula vocabula, mo„do locutiones & sententiæ, vel lingua „notiore & ad interpretandum assumta, „vel eadem quæ explicatur, ita exprimun„tur, vt appareat quænam sint res ipsæ, „veræ, ac in suo habitu vsuque, quæ signi„ficantur; igitur operæ fecerit pretium, „qui specimine publico per nobiliora ar„gumenta demonstrauerit, quid præclari „scriptores intellectum velint, cum sic vel „aliter loquuntur. Quotusquisque non „intelligere se rem credit, cuius corticem „aut communem quandam exteriorem„que formam potius, quam naturam & „vim in verbis, quorum non satis gnarus „est, deprehendit? *Diss. Tom. I. p. 127. sq.*

„De

„De cetero certum est, Græcis longe melioribus Lexicis sive antiquis, siue recentioribus nos instructos esse, quam Latinis. *Diss. T. I. p. 652.* Cap. II. §. Lexica Lat.

„In Lingua Latina satis erudito, satisque copioso Lexico nos destitui, non sine pudore quodam recordamur. *l. c. p. 653.*

§. 22.

Addendi hac in parte ex recentioribus TVRSELLINVS *de Particulis Latinæ Linguæ*, qui egregia sæpe adfert; GODESCHALCVS STEWECHIVS *de Particulis*, qui eas quidem non explicat, sed multa tamen exempla subiungit, in primis ex Corpore Iuris, adeoque studiosis Iuris in explicandis aliquot locis haud inutilis est; AVSONIVS POPMA *de differentiis verborum Latinæ Linguæ*; OBERTVS GIPHANIVS, qui *Obseruationes Latinæ Linguæ* & *Collectanea in Lucretium* edidit.

§. 23.

In Latinis Paræmiographis ERASMVS omnibus palmam præripuit amplissimo opere *Chiliadum*. Habetur etiam *Adagiorum Epitome* a VICTORE GISELINO edita; HIERON. MEGISSERI *Paræmiologia*; HADRIANI IVNII *Aenigmata*; MICH. MAYERI *Septimanæ Philosophica*; NICOLAI REVSNERI *Aenigmatographia*; PAVLI MANVTII *Apophthegmata*; *Apophthegmata VII. Sapientum*

Cap. II. 4. Paræmiographi Lat.

*entum Græco-Latina* IO. OTTONIS *Brugenſis*; IO. POSSELII *Apophthegmata*; CONRADI LYCOSTHENIS *Apophthegmata*; LAVRENTII BEYERLINCK *Apophthegmata Chriſtianorum*; MAXIMI MAVRI *Apophthegmata Sacra*; EMBOSSII *Enchiridion Apophthegmatum*; IOACH. CAMERARII *Mithmologia Ethica*; Eiusdem *Gnomologia*, vt & eiusdem *Diſticha ſacra moralia & Præcepta honeſtatis:* DOSITHEI MAGISTRI *Libri III. de Adriani Sententiis & Epiſtolis*, cum notis *Goldaſti.*

GermanicaProuerbia collegit & explicauit AGRICOLA; ex variis linguis eadem congeſit GRVTERVS in *Florilegio Politico*, cui adde GERHARDI TVNINGII *Apophthegmata Græco-Lat. Ital. Gall. Hiſpan.* Vid. de ceteris *Voſſius* libro *de Philologia c. 6.*

## §. 24.

De parte Grammatices CRITICA erudita extat diſſertatio DANIELIS HEINSII *de Critica veterum*, præfixa *Ariſtarcho.*

Huc quoque pertinent opera illa Grammaticorum, quæ *Ianus Gruterus* in *Theſauro* ſuo *Critico* edidit. Sunt autem VII. Tomi; quamuis hodie vix reperiatur integer.

PETRVS etiam FABER in *Semeſtribus* & alii docti viri in ſuis operibus multa habent ad Grammaticam ſpectantia, quæ infra ſub aliis titulis nominabuntur, vna

cum

cum iis, qui integra Notarum exegeticarum & criticarum opera in certos auctores scripserunt. Cap. III. 1. Rhetores Græci.

*Semestria* PETRI FABRI *a Lipsio* exscripta esse affirmat *Cæsar Bulengerus* in historia. Laudat tamen ea *Lipsius* in *Electis L. I. c. 22.* & dicit se ea non compilare. Fatendum tamen, commutato stilo, quo non instructus fuit *Faber*, *Lipsium* multa inserere suis.

## CAPVT III.

### DE RHETORIBVS, ORATORIBVS ET EPISTOLOGRAPHIS.

### I. RHETORES.

#### §. 1.

SEcundum inter artes sermonis formatrices locum obtinet RHETORICA, de cuius tractandi modo infra quædam dicentur. Ceterum de Rhetorica in genere egit *Vossius* libro *de Philologia c. 8.* Addatur libellus singularis eiusdem *de Natura & Constitutione Rhetorices & Rhetorica* eius maior.

#### §. 2.

InGræcis extant duo ARISTOTELIS opera, quorum primum sunt *libri III. ad Theodectem*, quibus perfectissime artem hanc executus est, & ex intima Philosophia desumtis argumentis; adeo vt vere de eo dici possit quod Grammatica etiam vt Philosophus tra- ARISTOTELES.



Digitized by Google

Cap. III. 1. Rhetores Gr.

ctet. Extat in hoc opus, præter *Scholiasten Græcum* anonymum, Commentarius *Petri Victorii*, præclarisimi Viri, qui inter interpretes haud dubie primam palmam meretur. *Ioannis Sturmii* breues, sed eruditæ notæ sunt. Prolixior, nec ineruditus Commentarius *Mart. Borrhæi*, Professoris Tubingensis, SS. Theologiæ studiosis in primis magno usui futurus; omnia enim exempla ex Sacris desumit & ad Theologiam dirigit. Alterum opus *Aristotelis* vocatur *Rhetorica ad Alexandrum*, non plenum, sed breuius opus; eruditum tamen, quisquis illius auctor sit. Nam *Aristotelis* non esse iam pridem docti sibi persuasum habent. Et in illud nullus extat Commentarius.

„*Rhetorica Aristotelis* cur toties hic (in „*Lipsii Politicis*) laudentur, nemo facile „coniiciat, nisi qui animaduertit, maxi„mum Philosophum in Alexandri præser„tim institutione totam eam præceptio„nem ad scopum ciuilis actus direxisse, id„eoque exemplis maxime Politicis vsum „esse. *Et mox:* Hoc loco non pigebit „me, studiosos iuuenes monuisse, *Rhetori„corum Aristotelis* librum e tribus secun„dum, in quo exquisitissima de habitu, „studiis, affectu, varietate animorum & in„geniorum tractatio, alio quidem fine, su„scipitur, plurimum ad reconditiorem „prudentiam ciuilem, cuius magnam par„tem in notitia animorum contineri supra „dixi-

Digitized by Google

„diximus, momenti adferre posse: qua „de re fors alibi copiosius dicetur. *Diss. T. III. p. 368.* Cap. III. I. Rhetores Gr.

§. 3.

Post *Aristotelem* nominandus est HERMOGENES, qui prolixe & maxima subtilitate simul ac facundia hanc materiam pertractauit, & quidem vnamquamque partem peculiari libello. Fundamenta omnia ex *Aristotele* habet & Commentarii instar in tres libros *Aristotelis* legi potest cum incredibili fructu, ab iis scil. qui primum *Aristotelem* ipsum perlegerunt. Iudicari plerumque solet de eo, quod nimis in minutias Rhetoricam conciderit, & pluribus, quam opus, terminis vsus fuerit; sed notandum tamen, docere cupientibus artem hanc maxime vtilem esse. HERMOGENES.

Extant in *Hermogenem* Commentarii Græci *Sopatri*, cum *Syriani* & *Marcellini* Commentariis ab *Aldo* editi. *Io. Sturmius* eum diligenter legit & secundum eius methodum omnia resoluere solitus fuit, eundemque edidit etiam cum breuibus notis: quæ editio post Parisinam optima est. Proditum est de *Andrea Dudithio*, Anglo, quod dicere solitus fuerit, *Ioannem Sturmium* Hermogene suo infatuasse Germaniam.

„*Hermogenes* copiosissime &, ut solet, „accuratissime τύπον πολιτικὸν ac λόγον πο„λιτικὸν, formam orationis Politicæ explica„uit. *Diss. T. I. p. 83.*

Cap. III. 1. Rhetores Gr.

„*Hermogenes*, cuius notitia ex *Suida* pe-
„tenda eſt, ſcripſit perfectiſſimum corpus
„Rhetoricum, ſumta in primis occaſione
„ex Lib. II. Rhetor. *Ariſtotelis*: quæ enim
„*Ariſtoteles* ibidem breuiter, conciſe &
„ἀκριβοσιχῶς habet, ea *Hermogenes* accura-
„tiſſime & eruditiſſime diffudit, ſicut id
„*Quintilianum* ſuperiori ſæculo feciſſe
„memorauimus. Quo opere nihil extat
„perfectius & conſummatius; vnde non
„vna Epitome Rhetorica ex *Hermogene*
„facta eſt. In primis laudatur eius diſſerta-
„tio *de ſtatibus controverſiarum formandis*
„*& de formis orationum*, vbi ipſe omnia
„methodice & diffuſius proponit, quæ
„ceteri tantum tangunt. In edendo *Her-*
„*mogene* nemo ſuperauit induſtriam *Fran-*
„*ciſci Porti*, Cretenſis. Sed & *Ioannes*
„*Sturmius* præclare de eo meritus eſt,
„quamuis *Dudithius*, doctiſſimus An-
„glus, de eo dixerit: *Sturmius totam*
„*Germaniam cum ſuo Hermogene infatua-*
„*uit*; quæ cenſura iuſto eſt confidentior,
„violentior & iniquior. Non quidem
„omnes eo ſunt adigendi, vt ſubtilitates
„eius conſectentur, interim tamen ſper-
„nendæ non ſunt; nam in illa ipſa *Her-*
„*mogenis* ſubtilitate perſpicuitas laudanda
„eſt. Nec enim copia, ob quam *Gratia-*
„*nus* ſæpe commendat, quicquam macu-
„læ ipſi affundit, quia nemo alius melius
„docet, quomodo locus aliquis ſit diſ-
„fun-

Digitized by Google

„fundendus, quam *Hermogenes*. *Sæcula IV. p. 161.*

§. 4.

DIONTSIVS HALICARNASSAEVS.

Inter eos, qui certam aliquam Rhetorices partem ſibi tractandam ſumſerunt, omnes alios ſuperarunt duo DIONYSII. Alter eſt HALICARNASSAEVS, qui pererudita opuſcula ſcripſit, ingenioque & eruditione ipſum *Hermogenem* ſuperare videtur. Edita ſunt cum hiſtoriis in editione Sylburgiana & ſeorſim in diuerſis locis.

„Auguſti tempore *Dionyſius Hali-*
„*carnaſſæus* floruerat. De arte Oratoria
„quæ ſcripſit, ſunt nobiliſſima. *Sæcula IV.*
*p. 62.*

DIONTSIVS LONGINVS.

Alter eſt LONGINVS, qui aureum illum & recondita eruditione pleniſſimum libellum περὶ ὕψους, ſiue *de ſublimitate ſtili* ſcripſit, cui nihil ſimile extat. Optima editio eſt Commeliniana In *Halicarnaſſæum* nullæ notæ extant; in *Longinum* vero ſunt notæ marginales *Criſpini.*

„*Dionyſius Longinus* Gr. Baſileæ; Gr.
„Lat. in Commeliniana officina. Libellus
„iis omnino legendus, qui de myſteriis
„eloquentiæ aliquid guſtare cupiunt. *Comment. de Scriptoribus Gr. & Lat. p. 66.*

„De Grammaticis huius ſæculi *Dionyſium Longinum* memorare debemus,
„quem *Eunapius* vocat βιβλιοθήκην ἔμψυχον καὶ περιπατοῦν μουσεῖον. Præceptor
„fuit *Porphyrii* Philoſophi, qui in Gram-



Digitized by Google

Cap. III. 1. Rhetores Gr.

„maticis, Rhetoricis & Philoſophia ab eo „eruditus fuit. Super eſt libellus *περὶ* „*ὕψους*; Commeliniana editio eſt optima. „Adiici merentur verba *Lucæ Holſtenii*, Vi„ri doctiſſimi, *in Diſſert. de Vita & Scri„tis Porphyrii Philoſophi c. 6. p. 27.* Lon„gini *ingenium accuratum, limatum iudi„cium, atque eruditionis copiam ſatis oſten„dit libellus* de ſublimi genere orationis, „*tum quædam ἀνέκδοτα περὶ μέτρων, quæ* „*ex Vaticana Bibliotheca depromta mihi* „*oſtendit* Leo Allatius, *vir apprime eruditus*; & Porphyrius *eum in* Plotini Vita „*κριτικώτατον, ἐλλογιμώτατον καὶ ἐλεγχτικώτατον appellat*, Eunapii *enim elogium* „*illud elegantiſſimum, quo virum βιβλιοθήκην ἔμψυχον καὶ περιπατοῦν μουσεῖον* „*appellat, omnium ore tritum eſt.* Quo loco „& hoc addidit, publicam omnium do„ctorum ſuffragio cenſuram & iudicandi „auctoritatem de omnibus, qua antiquis, „qua ſui ſæculi ſcriptoribus *Longino* decre„tam conceſſamque fuiſſe. Zenobiæ „quoque Præceptor in Græcis fuit, ſicut ex „vita eius conſtat. - - - - - - - - - - - - „- - - Quantum autem neceſſe eſt eum „ignorare, qui aureum libellum *περὶ ὕψους* „& quæ in eo myſteria continentur, non „legerit. Nihil tam reconditum, tam ab„ditum, quod ille non in Rhetoricis & „Poeticis perſpiciat; ex quo vel ſolo diſci „poteſt, quid ſit Critica. Quin etiam ſu-

„pe-

„perat *Dionyſium Halicarnaſſæum*, maxi- Cap. III.
„mum alias Criticum. *Sæcula IV. p. 275.* 1. Rhetores
„*Dionyſius Longinus* electisſimæ artis Gr.
„magiſter, cum libellum *χριτικώτατον de*
„*ſublimi dicendi genere* auſpicatur. *Diſſert. T. I. p. 83.*

§. 5.

His duobus adiungendus DEMTRIVS PHALEREVS, cuius *de Interpretatione* & alia huius argumenti opuſcula extant exi- DEMETRIVS PHALEREVS.
mia. In eius nobilem libellum *de Elocutione Io. Caſelius*, Profeſſor Helmſtadienſis, haud exiguum noſtræ Germaniæ decus, inſignem Commentarium ſcripſit.

„*Demetrii Phalerei, Theophraſti* au-
„ditoris eloquentia molli quadam dulce-
„dine efflоruit. Aureum eius libellum
„*de elocutione*(περὶ ἑρμηνείας)ſuperiore ſæ-
„culo in Italia primus edidit *Petrus Victo-*
„*rius* circa annum 1554, in Germania *Ca-*
„*ſelius* anno 1584. Græce; anno 1585. eam-
„dem doctrinam elegantiſſimo libello ex-
„plicauit, cui titulum fecit: *Phalereus ſ.*
„*de elocutione liber.* Dicit quidem *Caſe-*
„*lius* in præfatione ad Wernerum Behr:
„*Ipſe primus in Germania hunc libellum*
„*edo*; ſed editus cum aliis opuſculis erat
„Baſileæ 1557. Græce & Lat. *Comment. de Script. p. 31. ſq.*

§. 6.

De Progymnaſmatis inter Veteres ſcripſe- APHTHONIVS &
re APHTHONIVS Sophiſta, cuius edi- THEON.



Digitized by Google

Cap. III. §. Rhetores Gr.

tio a *Joach. Camerario* curata optima eſt, & THEON Sophiſta, quem *Daniel Heinſius* cum verſione Latina edidit. Veneta & Baſileenſis editio mere Græcæ ſunt.

LIBANIVS.

LIBANIVS Sophiſta quidem potius exempla ſcripſit, ſolet tamen ſemper operibus Theoriam quandam Rhetoricam præmittere.

Fragmenta Veterum.

Fragmenta Rhetorum veterum, inter quos APSINES, qui Præcepta Rhetorum ſcr. & alii vix nomine noti, edidit Romæ *Leo Allatius*. *Aldi* quoque Venetiis minores Rhetores ediderunt.

ATHANASIVS Rhetor Byzantinus, Pariſiis editus

„MINVTIANI, qui ſub Gallieno „vixit, extat libellus *περὶ ἐπιχειρημάτων*, „inter reliquos artis Rhetoricæ Scriptores „ab *Aldo* editus. *Sæcula IV. p. 277.*

„SOPATER ſub Conſtantino M. „Syrus, habetur inter eruditisſimos Rheto„res, vnde & *Grotius* eius iudicium ma„ximi facit. Sequitur modum veterum „& omnia, variosque caſus ex medio actu „ciuili & pragmatica politica petit. Edi„tus Venetiis ab *Aldo* & a *Stephano* Pariſiis. *Sæcula IV. p. 380.*

§. 7.

Sequioris aui.

Ex ſequioribus MATTHAEVS CAMERITES breuisſime Rhetoricam Græce ſcripſit.

Rhe-

Digitized by Google

Rhetorica exegetica ex *Scholiaſtis* veteribus antea nominatis petenda, nec a Grammatica exegetica ſeparari poteſt. Scholiaſtes *Demoſthenis* Græcus hic nominandus, qui in editione Wolffiana habetur & Orationes *Demoſthenis* Rhetorice reſoluit. Cap. III. 1. Rhetores Gr. Scholiaſtæ.

§. 8.

Ex Latinis Rhetoribus pauci ad nos perue- CICERO.
nerunt. CICERONIS extant opera, quibus integram Rhetoricæ artem vel per compendium tradidit, vt in *Partitionibus*; vel plene, vt in nobiliſſimo illo *de Oratore* opere tribus ſcilicet libris præſtitit, vbi ſterilem per ſe & inamœnam præceptorum materiam per dialogos more Platonico ſumma eloquentia excoluit; vel per partes tractat Rhethoricam, vt in duobus libris *de inuentione*, quibus eximia quoque *Φλοσοφήμενα* continentur, quorumque egregium Regina Sueciæ habuit Cod. MStum, ſed aliquot lacunis deformatum; item in *Topicis*, in quæ extat Commentarius *Boetii* peregregius & Græce quoque verſus. Extant etiam *de optimo Oratore* fragmenta & *de claris Oratoribus* liber, qui dicitur *Brutus*. In *libris IV. ad Herennium* perfecta continetur Rhetorica, quæ quidem ex ipſius *Ciceronis* operibus compilata eſt: nam interdum ipſa verba exſcripta videas. Auctor horum librorum incertus eſt. *Cornificium* plerique coniiciunt. Quisquis ſit, *Cicero* certe non eſt.

„ *Cicero* certe in operibus Rhetoricis



Digitized by Google

Cap. III. 2. Rhetores Lat.

„perfectisſimus eſt, ſed per dialogos ma-
„gis ſectatur amœnitates more Platonico;
„*Quintilianus* autem magis inſiſtit diſci-
„plinæ. *Sæcula IV. p. 61.*

„In *Ciceronis* & *Quintiliani* oratoriis
„Commentationibus exactisſima *φιλοσο-*
„*φίας πολιτικῆς* placita paſsim occurrunt,
„quæ vel verborum rotunditate, vel vi
„præcipiendi non merebantur a Politices
„ſtudioſo ignorari. *Diſſ. T. III. p. 368.*

§. 9.

QVINTILIANVS.

Poſt hæc opera ars iſta omnino abſoluta videbatur: ſed eluxit tamen ſub Domitiano Imperatore FABII QVINTILIANI ingenium, Rhetoris, accurati, copioſi, ſubtilis, qui XII. Libros *Inſtitutionum Oratoriarum* ſingulari & admirabili eloquentia, vbertate etiam & copia explanatisſima conſcripſit. Hic auctor plane nemini prætereundus eſt. Quæ enim *Cicero* generalius tractauit, ille particulariter exponit, & quidem maiori cum ſuauitate, quam ipſe *Cicero*. Edidit eum Pariſiis *Petrus Gallandius* typo ſplendidisſimo.

„*Fabius Quintilianus* Pariſ. cum Præ-
„fatione *Petri Gallandii*, fol. *Parei*, cum
„Declamationibus nouisſime inuentis,
„8vo. Subtiliter artem Rhetoricam tra-
„didit; quem qui non legit, nec intelli-
„gere, nec docere veteres poteſt. *Comment. de Script. Gr. & Lat. p. 60 ſq.*

„De *Quintiliani* ſcriptis bene meriti
„ſunt *Angelus Politianus*, ſplendida & gra-
„uiſ-

Digitized by Google

„uiſſima præfatione & *Petrus Gallandius*, Cap. III.
„nitida & incomparabili editione Pariſien- 2. Rhetores
„ſi in fol. Superiori ſæculo de hoc Auctore Lat.
„contenderunt. *Laurentius Valla* iudex
„in his rebus nimius fuit, & ſatius fuiſſet,
„vt quædam non dicerentur. Quod in
„*Quintiliano* carpunt, id eſt, quod ab *A-*
„*riſtotele* toties diſcedit, quo nemo in con-
„ſtituendis artis Oratoriæ fundamentis di-
„ligentior fuit, a quo in Definitione, Di-
„uiſione & *συντάξει* diſſentit, & vbi ad
„rem progreditur, ſolidum corpus elabo-
„rat, ad quod *Ariſtoteles* digitum tantum
„intendit. Et licet opera Rhetorica *Cice-*
„*ronis* tam perfecta ſint, vt nihil videatur
„addi poſſe, inuenit tamen *Quintilianus*
„viam, qua lectores penitius in myſteria
„artis Oratoriæ introduceret. De quibus
„rebus pauciſſimi hodie poſſunt iudicare,
„quia pauci quoque eum accurate lege-
„runt. Notabilis eſt querela *M. Ant. Mu-*
„*reti* (quod arbores fructuoſiſſimæ vili-
„pendantur, *rami* autem magni æſtimen-
„tur) ad *Petrum Ramum* alludentis, qui de
„plerisque antiquis ſcriptoribus non dex-
„tre iudicabat. Conſultant hodie vbique
„de emendatione ſcholarum & methodo
„docendi in ſcholis: deplorandum autem
„eos Auctores negligi, qui huc quam ma-
„xime facerent; inter quos eſt noſter
„*Quintilianus*, in quo tot theſauri eru-
„ditionis reconditi ſunt. Hinc Principes
„&

Digitized by Google

Cap. III. 2. Rhetores Lat.

„& illi, quibus in vrbibus cura ſcholarum „demandata eſt, doctoribus publicis gra- „uiſſime iniungere deberent, vt *Quinti- „lianum* diligentiſſime euoluerent, in quo „nihil eſt ad artem Oratoriam pertinens, „quod ipſe non ſuauiter, iucunde & eru- „ditiſſimis vocabulis tradiderit, quem qui „non legerunt, & recentiora tantum com- „pendia ſectantur, barbaras voces adhi- „bere coguntur, vbi elegantiſſimarum ex „*Quintiliano* copiam habere poſſent. *Sæ- cula IV. p. 59.*

„De *Quintiliano* ſciendum eſt, præcel- „lere eum omnibus in temperato & medio „dicendi genere. Sed quoniam artem „dicendi profitetur atque technicam inſti- „tutionem in XII. ſui operis libris; non ra- „tione ſtili, ſed ratione argumenti eſt a no- „bis præteritus. Stilum enim vehementiſſi- „me probamus, atque nunc adeo commen- „damus in exemplum *Libros Inſtitutionum* „& *Dialogum de cauſſis corruptæ eloquentiæ* „qui vulgo *Tacito* adſcribitur. Nam de *De- „clamationibus* ipſi adſcriptis non adeo „magnifice ſentimus. *Diſſert. Tom. III. p. 541. ſq.*

*Dialogus de cauſſis corruptæ Eloquen- tiæ*, qui cum *Taciti* operibus edi ſolet, etiam *Quintiliani* eſt, cum ſtilus ei ſit ſimillimus, nec ouum ouo magis reſpondeat. Scripſit etiam *Declamationes*, quas *Pareus*, cuius alias editio non magni facienda, edidit vna cum

cum illis, quas ineditas antea in Oxonienſi Bibliotheca inuenerat, quasque *Grotius* in Annotat. ad *Ius Belli & Pacis*, vt plerumque rara & incognita, ſæpe citat. Sunt autem Declamationes veterum plerumque Iuridicæ, raræ vero deliberatiuæ & de quibus valde dubitandum videatur, an vllam omnino illarum *Quintilianus* ſcripſerit, cum ſcilicet valde diſſimilis ſtili ſint; quod tamen auctori huic non facile accidit, qui perpetuo ſui ſimilis apparet. Cap. III. 2. Rhetores Lat.

„De *Declamationibus* eius, quæ tamen „non ſunt vnius auctoris bene meritus eſt, „ſicut de omni literatura, *Petrus Pithœus*. „Vide omnino etiam *G. I. Voſſium* de Rhe„tor. Natura & Conſtit. c. 19. *Sæcula IV. p. 60.*

„Gallieni autem & Valeriani æuo ſcri„ptæ videntur *Declamationes XIX. Quinti„liano* vulgo tributæ, ſed falſo, cum ſint „quidem non aſpernendæ, ſed tamen „*Quintiliano*, ſcriptore florentiſſimo, „indignæ; potius *Poſtumi* iunioris eſſe, qui „vnus ex XXX Tyrannis fuit, indicio ſunt „verba illa *Trebellii Pollionis* in Poſtumio „iuniore c. 4. *Fuit autem* Poſtumius, *quod „ſolum dignum eſt memoratu, ita in decla„mationibus diſertus vt eius Controuerſiæ* „Quintiliano *dicuntur inſertæ*. Hæc *G. I. „Voſſius* de Rhet. Nat. & Conſtit. c. 15. *Sæcula IV. p. 277.*

§. 10.

*Minores Rhetores*, inter quos RVTILIVS

Cap. III. 2. Rhetores Lat.

VS LVPVS, AQVILA ROMANVS, TERENTIANVS MAVRVS, VICTORINVS, in vnum corpus collegit, Cl. *Petrus Pithœus*, cuius Pariſina editio raro reperitur, facilius Geneuenſis, non tamen crebro.

Rhetores minores.

„*Marius Victorinus* Afer, in Rhetoribus „antiquis Pariſ. *Pithœi* & Baſil. *Comment. de Scr. p. 74.*

„CVRIVS FORTVNATIA„NVS inter Rhetores antiquos Baſil, & „Pariſ. editos reperitur. *Comment. de ſcr. p. 66.*

„*Curii Fortunatiani* libri III. Rheto„rices a *Pithœo* Pariſ. editi, quæ editio eſt „optima. *Sæcula IV. p. 277.*

In *Commentatoribus* quoque ſupra nominatis multa ad Rhetoricam ſpectantia invenire licet, ſicut etiam antea dictum.

Commentatores.

## §. 11.

E recentioribus Rhetoricis omnium inſtar eſt GERHARDI IO. VOSSII *Rhetorica maior*, cuius quoque *Compendium* inter compendia eſt optimum. Hoc tantum deſideratur, quod multa quidem egregia ex veteribus ſæpe adduxit, & interim tamen nuda ſæpe præcepta ponit & iudicium ſuum non addit.

G. L. VOSSIVS.

Abhinc nominandus LVDOVICVS CRESOLLIVS, cuius elegans opuſculum eſt, quod inſcribitur *Theatrum Rhetorum*, quo

LVD. CRESOLLIVS.

Digitized by Google

quo elegantiam ſophiſtarum & totam hiſtoriam exequitur. In *Vacationibus* ſuis *Autumnalibus*, per modum Dialogorum, eruditiſſime de pronunciatione & actione diſputat. Cap. III. 3. Rhetores recent.

„Certamina Oratorum prolixe vsque „ad ſuam ætatem per plura ſæcula recen„ſet *Ludouicus Creſollius* in *Theatro Rhe„torum*, libello vtili. *Sæcula IV. p. 59.*

Huc quoque CAVSSINI ſcripta referenda ſunt, qui quamuis egregius, *Creſollio* tamen comparandus non eſt. NIC. CAVSSINVS.

§. 12.

In methodo docendæ Rhetoricæ in hæc potiſſimum hodie impingitur. I. In exemplis afferendis leuibus, obſcuris, aut minoris ponderis; cum e contrario veteres ſelectiſſima afferant, quæque aut regulæ Iuris, aut præiudicia curiarum, aut ſententiæ iudicum &c. ſunt. II. Præcepta in minutias nimis concidunt, nec de vſu tamen eorundem ſatis agitur. Quid enim omnes figuras noſſe proſit, ſi vſus earundem ignoretur. Omnes diſciplinæ ex fundamentis Philoſophicis doceri debent, & ſemper ratio ex re ipſa petenda eſt: alias enim figuris opus non fuerit. Orator, qui incidit in figuras, oratorie non agit; ſed neceſſe eſt, vt rei ſerviant figuræ, vtque illa admoneat, vbi blandius vehementiusue agendum. III. Hodie iuuentus a veterum auctorum lectione abducitur, vt ne guſtus quidem eorum relinquatur. IV. Praxis oratoria non Deſiderata Rhetorices hodiernæ.

ſatis

Cap. III. 3. Rhetores recent.

satis monstratur, quod fit, dum 1. in scribendo non satis idonea exercitia proponuntur; quæ quidem res multis Professoribus denegata est; 2. in Analysi ostendenda non deliguntur exempla probatissima; 3. in corrigendo vera crisis atque emendatio non adhibetur.

Defectus Grammaticæ.

In Grammaticis quoque neglecta Philosophia causſæ Latinæ linguæ ignorantur. *Iulius Cæsar Scaliger* in opere suo *de causſis Latinæ Linguæ* multa differit de natura & philosophica collocatione literarum, quam exquisitissime obseruauit *Virgilius* in sua *AEneide*. Neque etiam dubium est, quin vnum vocabulum naturæ rei & proposito scribentis præ alio magis sit accommodatum.

## II. ORATORES.

### §. 13.

*Oratores* quidem ipsi ad Philosophiam sub suis certis titulis potius pertinent; interim tamen & hic commode nominari possunt; & primo quidem *Oratores Græci*. Inter eos palma sine dubio debetur DEMOSTHENI, qui magnifico, subtili ac sententioso genere dicendi vtitur. Huius nimirum facundiam inter Græcos nemo adhuc superauit. Extat editio eius splendidissima ab *Hieron. Wolfio* adornata, cum Græco *Vlpiani* Rhetoris Commentario. Non satis reprehendi potest insignis illorum error, qui pueris aut adolescentulis orationes tanti viri legendas proponunt,

DEMOSTENES

ed by Google

Cap. III. 2. Oratores Græci.

nunt, cum tamen propter argumenti difficultatem a paucisſimis viris eruditis intelligi queant. Pleræque enim earum forenſes ſunt, vbi præter ipſam, vt dictum, materiæ difficultatem, multa ex veteri iure Attico occurrunt & ſæpe orationis ſeries interpellatur aliis verbis, quæ forte protulit, vbi teſtes interpellauere, aduerſarius reſpondit, aut tumultus aliquis cœpit oriri, vel etiam iudex iratum ſe oſtendit. Ne dicam de infinitis rebus aliis, quæ virorum eruditisſimorum coniecturis ſuppleri vix poſſunt. Faciliores ſunt *Orationes Philippicæ*, quæ ſuaſoriæ & argumenti potius politici ſunt, cum exordiis & epiſtolis. Harum lectio facilius in Gymnaſiis tolerari poteſt. Facillima eſt reſponſio ad epiſtolam Philippi, quam ille ad Athenienſes ſcripſit, & ſimul cum operibus *Demoſthenis* impreſſa eſt. *Andreas Schottus*, Vir doctisſimus, *Vitas comparatas Demoſthenis & Ciceronis* ſcripſit, vbi de eorum libris, ſtilo &c. plura.

„*Demoſthenis* & *Æſchinis* opera Græce „& Latine cum Commentariis Græcis *Vl-* „*piani* Rhetoris in Demoſthenicas Oratio- „nes & *Hier. Wolffii* Notis excuſæ ſunt Ba- „ſileæ 1572. & Geneuæ 1704. *Demoſthene* „nihil grauius nouit Græca Eloquentia. „Orationes eius partim ſunt forenſes, par- „tim deliberatiuæ; Nam demonſtratiuæ „duæ tantum ſunt. In *Cicerone Platonis* „& *Demoſthenis* imitatio tam eſt ſingula- „ris & exquiſita, vt fortaſſe pauciſſimorum „in hanc diem obſeruatio huc pertingat.

Cap. III. 2. Oratores Græci.

„*Demoſthenes* inſuper Iuris omnis conſul-
„tiſſimus & Ciuilis Attici prudentiſſimus.
„Illud indictum transmitti non debet,
„quod in ciuili iure tractando ad fontes
„eius aſcendit & inſignem legibus aucto-
„ritatem conciliat, ſi natura eas dictaſſe,
„ratio inueniſſe, gentium conſenſio ex-
„plicaſſe videatur. Cuius Philoſophiæ
„ſpecimen etiam *Cicero*, tum alibi, tum in
„Miloniana per manifeſtam imitationem
„*Demoſthenis* dedit. *Comment. de Script. Gr. & Lat. p. 25.*

„Ita queritur dictus Oratorum Prin-
„ceps; quo profecto, quam miſere pere-
„at illa Græciæ libertas, nemo melius vn-
„quam perſpexit. Vnde tanto impetu
„ſemper contra Philippum perorabat, do-
„nec extrema neceſſitate victus, pacem e-
„tiam cum Philippo faciendam eſſe ſua-
„dere cogeretur. *Diſſert. T. II. p. 798.*

§. 14.

Poſt *Demoſthenem* ISOCRATI nemo

ISOCRATES. præferendus eſt, qui facilior eſt *Demoſthene*, grauis tamen & vere politicus Orator, qui præſertim Reipubl. Athenienſi ſuaſit, quæ ſtatum eius ſeruare & emendare poterant. Is a nemine præteriri, ſed vel ex verſione legi debebat; præſertim ab iis, qui in libera Republica victuri ſunt, cuius artes ad vnguem exponit. Orationes eius ſuaſoriæ ſunt, & politici argumenti, in quibus ſe oſtendit bonum ciuem, pacemque amantem & denique Reipu-

Digitized by Google

Reipublicæ intelligentiſſimum. Hos duos ſæpe in exemplum proponit *Cicero*. Cap. III. 2. Oratores Græci.

„*Iſocratis* orationes pauciores ſunt ſo-
„renſes: excellit in ſuaſoriis. Nimis mo-
„roſe & faſtidioſe de eloquentia eius iudi-
„cat *Dionyſius Halicarnaſſenſis*. *Cicero* &
„*Fabius* candidius laudes eius prædicant.
„Græce editus eſt Venetiis 1513. Græce &
„Latine cum annotatis *Hieron. Wolffii* Ba-
„ſileæ 1570; a *Paulo Stephano* 1604. Com-
„mendandus eſt hic ſcriptor noſtris ho-
„minibus. Mire enim patriæ vtilia dice-
„ret, qui Ordinibus Imperii ſuaderet, quæ
„ipſe Athenienſibus ſuis ſuaſit. Legatur
„Oratio eius *de Pace*, & obſeruetur, annon
„appoſite illa omnia dici, ſuaderique po-
„tuerint, facta pace Monaſterienſi. *Com-
ment. de Scr. Gr. & Lat. p. 25.*

„*Demoſthenem* & *Iſocratem* altiori profe-
„ctui ſepono. Et ille quidem olim place-
„bit, hic etiam nunc placere poterit, ſi no-
„luerimus ſapientiam eius deguſtare; vel
„in *Paræneſi ad Demonicum & Nicoclem*,
„vel in oratione *de Pace*, vbi videbis omnia,
„quæ ille tum de cauſſis bellorum exſcin-
„dendis dixit, ad noſtra tempora omnino
„apprime congruere. *Diſſert. T. III. p. 343.*

„Aurea eſt oratio *Iſocratis de pace*, ex
„qua forte aliqui erunt, qui noſtro æuo v-
„tilia eruere cupient. *T. II. diſſert. p. 981.*

„Id quod vel *Iſocrates* nos doceat; qui
„in aurea oratione ſociali, ſiue *de pace*, non



Digitized by Google

Cap. III. 2. Oratores Græci.

„tantum ſuadet pacem faciendam eſſe, „ſed præſertim & prolixe diſputat, quo„modo inpoſterum pax ſit conſeruanda. *T. III. diſſ. p. 518.*

§. 15.

AESCHINES.

Addatur tertius AESCHINES, quem cum *Demoſthene* comparat *Cicero de optimo genere oratorum.* Editus eſt vna cum *Demoſthene.*

Fragmenta Oratorum.

Fragmenta X. Oratorum, ISAEI, ANDOCIDIS, LYCVRGI, HERODIS &c. quorum vitas *Plutarchus* ſcripſit, edidit *Gruterus*, ſub titulo: *Oratores Græciæ minores.* Hodie tamen vix haberi poſſunt.

„Nunc Græci X. Oratores nos vocant, „quos *Plutarchus* deſcripſit his nomini„bus: *Antiphon, Andocides, Lyſias, Iſocra„tes, Iſæus, AEſchines, Lycurgus, Demoſthe„nes, Hyperides, Dinarchus.* Quorundam „ex his, quæ ſuperſunt, edita coniunctim „fuerunt Pariſiis 1575. Anno 1619. Au„brii & Schleichius typis Wechelianis „Græce & Latine Hanouiæ ediderunt *An„tiphontis, Andocidis* & *Iſæi* XXX. Ora„tiones, interprete *Alphonſo Miniato.* Ac„ceſſerunt illi operi Orationes quædam „*Dinarchi, Lycurgi, Lesbonactis, Hero„dis, Demadis*, curante *Iano Grutero. An„tiphontis* XVI. orationes omnes forenſes „ſunt, in accuſando & defendendo occu„patæ; multumque ad Iuris Attici & iudicio-

Digitized by Google

„diciorum Reip. Athenienſis illuſtratio- Cap. III.
„nem faciunt. *Andocidis*, de quatuor, 2. Oratores
„priores duæ orationes ſunt apologeticæ, Græci.
„quibus ſe defendit, multaque de pertur-
„batione illorum temporum, hiſtoriæ in-
„tegrandæ habet: tertia ſuadet Atheni-
„enſibus, pacem cum Lacedæmonienſi-
„bus eſſe faciendam: quarta Alcibiadem
„accuſat. *Iſæi* ſuperſunt X. orationes fo-
„renſes, omnes de hæreditate cernenda
„agentes, nobilibusque controuerſiarum
„exemplis inſtructæ. De eloquentia eius
„diffuſum extat *Dionyſii Halicarnaſſenſis*
„iudicium, *Dinarchi* de LX. tres tan-
„tum habemus reliquas orationes, quibus
„accuſat *Demoſthenem*, Ariſtogitonem,
„Philodem. Iudicium de eo ibidem ex-
„tat *Dionyſii Halicarnaſſenſ. Lycurgi* vni-
„ca ſupereſt actio proditionis aduerſus
„Leocratem. *Comment. de Script. Gr. & Lat. p. 23.*

§. 16.

Proximus poni meretur LYSIAS, nobi- LYSIAS.
liſſimis Græciæ Oratoribus annumerandus, cuius venuſtam, facilem, & vere Atticam eloquentiam laudat copioſe *Dionyſius Halicarnaſſenſis*. Auctor eximius eſt, in quo haud parua eruditionis myſteria latent: ſed quia pleraque eius forenſia, difficilior nonnihil eſt; ita tamen, vt ſtilo facili ac leniſſimo vtatur, & in Latinis *Iulii Cæſaris* exprimere poſſit. Quæ de ſtilo *Lyſiæ* diſſerit & iudicat

Cap. III. 2. Oratores Græci.

*Dionyſius Halicarnaſſeus*, ea ad *Iulii Cæſaris* Latinum bene poterunt applicari. Ex ſcriptis eius tantum XXXIV. Orationes ad nos transmiſſæ ſunt. Editio *van der Heiden* hodie optima, cui adiunctus eſt eruditiſſimus de eodem *Lyſia Dionyſii Halicarnaſſei* libellus.

„*Lyſiæ*, de trecentis, ſuperſunt XXXIX. „omnes forenſes, excepta oratione funebri, & fragmento ſuaſoriæ, de ſtatu Reipublicæ retinendo. Longum & multa „κρίσεως refertum extat de eo *Dionyſii Halicarnaſſenſis* teſtimonium, quod legiſſe „ad multa vtile erit. Optima Editio eſt „*Iodoci van der Heidii* Hanouiæ typis Wechelianis 1615. Græc. & Lat. *Comment. de Script. Gr. & Lat. p. 24.*

§. 17.

ARISTIDES poſtea nominandus, qui præſtantia *Themiſtio* par, facilitate oratoria ſuperior videtur. Panegyricas, ſuaſorias, atque deliberatiuas orationes ſcripſit, adeoque facilior eſt, quam reliqui forenſes. Ceterum ſtudioſus veterum Græcorum imitator fuit. *Guilielmus Canterus* eum edidit III. Tomis in 8. Græce & Latine.

ARISTIDES.

„*Ariſtidis Hadrianenſis* opera tribus „Tomis a Wecheliis Francofurti & Pariſiis a *Petauio* edita ſunt, quæ rerum ciuilium ſtudioſis in primis in pretio eſſe debent. *Seculæ IV. p. 162.*

„*Ariſtides* Sophiſta, tribus tomis editus a *Cantero* Gr. Lat. in 8. 1608. Multo eloquen-

Digitized by Google

„eloquentiæ præſertim panegyricæ cultu, Cap. III.
„ad grauitatem autem *Iſocratis* non ad- 2. Oratores
„ſcendit. *Comment. de Scr. Gr. & Lat. p. 62.* Gr.

§. 18.

THEMISTIVS nobiliſſimus quoque orator fuit, qui multa iuridica continet. Edidit eum Pariſiis *Dionyſ. Petauius.* Quinque Orationes ad Imperatores ſuorum temporum habitas (*Auguſtales* vocat) cum breuibus notis ſeorſim in lucem emiſit *Georgius Remus* ICtus Altorffinus eximius. THEMISTIVS.

„*Themiſtii* opera in *Ariſtotelem* edita
„ſunt ab *Aldo.* Orationes a *Dionyſ. Peta-*
„*uio;* ſed earum *Auguſtales* cum Commen-
„tario a *Georgio Remo. Comm. de Scr. Gr. &*
*Lat. p. 71.*

„*Themiſtii*, qui & Philoſophus fuit, il-
„luſtre & præclarum nomen eſt in Elo-
„quentia, vt *Euphradas* diceretur. Scri-
„pſit etiam in *Ariſtotelem.* Edidit eum
„*Aldus*, ſed poſtea plura ſunt reperta. O-
„rationes edidit *Petauius* Græco-latine;
„item doctiſſimus ille ICtus *Georgius Re-*
„*mus* Orationes ſex Auguſtales cum criti-
„cis ſane notis; ductus rerum grauitate, &
„quia multum habent ad hoc ſæculum per-
„tinentia. *Sæcula IV. p. 381.*

§. 19.

Nunc LIBANII Sophiſtæ, eiusdem ſcilicet, qui Progymnaſmata ſcripſit, quoque mentio facienda eſt, qui inter ſummos etiam Oratores nomen ſuum tueri poteſt. LIBANIVS.



Digitized by Google

Cap. III. 2. Oratores Gr.

ius insignis elucet eruditio & prudentia in orationibus nobilissimis de variis argumentis, grauissimisque, cum politicis, tum iuridicis eleganti admodum & facili stilo conscriptis, sed ob id, quod earum rerum historia omnino deficit, difficilioribus. Orationes eius duplicis generis sunt, aliæ declamatoriæ & in specimen Rhetoricum de fictis controuersiis conscriptæ, summa tamen nihilominus grauitate & prudentia; aliæ veræ & seriæ orationes sunt, de seriis rebus habitæ, præsertim in II. Tomo, quem cum aliqui multis post primum annis *Federici Morelli* Professoris Paris. opera prodiisse nescirent, hunc auctorem, tanquam nudum declamatorem neglexerunt. Multa autem adhuc in Bibliothecis passim latent inedita *Libanii* opera. Regina Sueciæ habuit 300. Epistolas MSS. huius *Libanii*; *Iacobus* vero *Gothofredus* quatuor eximias Orationes eius quoque antea ineditas seorsim emisit, suntque illæ argumenti iuridici. *Isidorus* alias *Peliotæ*, celeberrimus Theologus, maximi eum fecit, quamquam alter ethnicus, alter Christianus forent, summisque eum laudibus tanquam Præceptorem suum effert.

„*Libanii* Sophistæ opera Gr. Lat. *Morelli* Parisiis. Scriptor est doctus, πολίτικὸς, „eloquentiam in promptu habens. *Comment. de Scr. Gr. & Lat. p. 72.*

„*Libanius* quoque, vt infestus nomini „Christiano & inuitus laudator, vt ipse in

„vitæ

Cap. III. 2. Oratores Gr.

„vitæ ſuæ deſcriptione fatetur, nihil ta-
„men de tantis laudibus (Conſtantini) dis-
„ſimulare potuit in Oratione ad Conſtan-
„tinum & Conſtantem filios habita; quæ
„oratio ſane memorabilis eſt, ad huius
„temporis hiſtoriam multum pertinens.
*Sæcula IV. p. 311.*

„*Libanii* Opus diſtribuitur in Rhetorica
„& Oratoria, duobus Tomis. Eruditio-
„ne abundat, ſtilo autem ſibi proprio vti-
„tur, quod ab omnibus non probatur; vn-
„de alii illum laudant, alii improbant vt
„dilutum Oratorem. Sed hi non intelli-
„gebant, quod ſtudio vitarit & declinarit
„illud ὕψος dicendi, quod alii quoque lau-
„dabiliter fecerunt. Editio *Fed. Morelli*,
„qui de pluribus ſcriptoribus Græcis præ-
„clariſſime eſt meritus, præcellit, neque
„tamen in his II. Tomis omnia habentur.
„Inueni in Bibliotheca Reginæ Sueciæ
„CCC. epiſtolas eiusdem ineditas. In co-
„dice Auguſtano integra quoque eſt Ora-
„tio aduerſus Icarium, quæ mutila tan-
„tum exhibetur in editione *Morelli*; item
„alia plane inedita contra eundem Icari-
„um; item de curialibus cogendis, quam
„apparet conſulto ſubtraxiſſe Virum Do-
„ctiſſimum *Eliam Ebingerum*, cum qua-
„tuor alias *Iacobo Gothofredo* edendas
„transmitteret; quod facere non debuiſ-
„ſet. Vtut enim vehementius inuehatur
„in Conſtantinum M. publicari tamen

 „poteſt,

Digitized by Google

Cap. III. 2. Oratores Gr.

„poteſt, modo addatur antidotum ſeu re-
„futatio. Quantus autem fuerit *Libanius*
„inde æſtimari poteſt, quod *Baſilius* M.
„tantus ac tam eloquens Pater, maximi
„fecerit eius eruditionem, vt Epiſtolæ a-
„mœbææ teſtantur *Sæculæ IV. p. 381.*

„*Libanius*, copioſæ diſciplinæ auctor,
„ſi quis demonſtratam *Grotio* amplius vi-
„am inſiſtat. *Præf. ad Grotium de I. B. & P. p. 18.*

§. 20.

IVLIANVS.

Neque ei Eloquentia cedit IVLIANVS apoſtata, ſumma eruditione, non tamen pari pietate prædítus. Imperatoris eius plurimæ extant adhuc doctiſſimæ orationes, epiſtolæ, ſatyræ duæ & epigrammata. Edidit eum *Dionyſius Petauius* Græce & Latine, cum antea Græce ſolum editus eſſet a *Cantoclaro*. Regina Sueciæ MS. perfectius longe & plenius aſſeruabat, quam erat Petauiana editio.

„*Iuliano* Imperatori laus eloquentiæ
„tribuenda eſt in ſummo gradu. Nihil li-
„cet in eo deprehendere, quod non accu-
„ratiſſime ſit poſitum. Opera eius ante-
„hac ſparſim ſunt edita & a *Cantoclaro*
„verſa, collecta demum a *Dionyſio Petauio*
„& diſſertationibus ac eruditis ſane nõtis
„ornata Pariſiis. *Sæcula IV. p. 381.*

„*Iuliani* apoſtatæ *Cæſares* libellus qui-
„dem eſt ſatyricus, ſed in quo multa
„vera latent. Non inuenit tamen *Iulia-*

„*nus*,

„*nus*, quod obiiceret Antonino & Marco, Cap. III. 2. Oratores Gr.
„ideoque domeſtica tantum carpit. In-
„ueni in quibusdam MSS. alium titulum:
*χρόνια* ſeu *Saturnalia Sæcula IV. p. 109.*

*Petrus Cunæus*, ICtus Leidenſis præclariſſimus, in præfatione Satyræ ſuæ, inter recentiores doctiſſimæ, quam *Sardi Venales* inſcripſit, eloquentiam, prudentiam ceterasque politicas Imperatoris huius virtutes maximis laudibus extulit, acerrime propterea reprehenſus a *Dionyſio Petauio* in præfatione editionis ſuæ. Notetur alias Imperatorem hunc Chriſtianis omnia literarum commercia interdixiſſe, quod ſciret, quantum præſidii in ſtudiis ad res gerendas foret.

„Edidit *Iuliani Cæſares Petrus Cunæus*,
„nobilis ICtus Belga & in præfatione ma-
„gnificentiſſimis laudibus extulit *Iulia-*
„*num*; in quem propterea atrociter incur-
„rit *Dionyſius Petauius*, editor operum
„*Iuliani.* At *Cunæus* laudauit in *Iuliano*
„tantum virtutes militares, eloquentiam,
„prudentiam &c. Nam in tractatione
„Reipublicæ cum optimis Principibus
„comparari poteſt. Perſecutiones autem
„excepit, ob quas merito infamatus eſt,
„in primis a *Gregorio Nazianzeno. Sæcula IV. p. 108. ſq.*

„Atque ita apparebit *Petrum Cunæum*
„in præfatione *Satyris* præmiſſa nihil ha-
„buiſſe cauſſæ, cur Chriſtianos calumniæ
„nomine infamaret atque *Iulianum* ni-

„miis

Cap. III. 2. Oratores Gr.

„miis laudibus efferret; *Dionyſium* autem „*Petauium* merito ſe ei oppoſuiſſe præfa- „tione operibus *Iuliani* præmiſſa. Sicut „enim ingenii & doctrinæ plenam laudem „ei nemo derogauerit, ita in ceteris vltra „merita non eſt euehendus. Militarem „quoque gloriam non ademeris ei, quam- „uis dubiam ipſi hic palmam faciat doctis- „ſimus *Rupertus Obſeruat. ad Hiſt. Vniuerſ.* „*p. 437.* Dixerim tamen potius, maxi- „mos quoque etiam Duces interdum er- „raſſe. *Sæcula IV. p. 321.*

§. 21.

DIO PRVSAEENSIS.

DIO PRVSAEENSIS CHRYSOSTOMVS (ethnicus) nobiliſſimis Oratoribus politicis merito accenſetur; editus notisque & eleganti verſione illuſtratus a *Caſaubono* in fol. ſed raro in Bibliothecis reperiendus.

„*Dio Pruſæenſis Chryſoſtomus* Gr. Lat. „a *Caſaubono* editus Pariſiis in fol. orator „ciuilis, preſſus, caſtigatus, *Grotio* adama- „tus. *Comment. de Scr. Gr. & Lat. p. 61.*

„Inter Oratores *Grotius* eximie adama- „uit *Dionem Pruſæum Chryſoſtomum*, ciui- „lem, preſſum, acutum oratorem; ex quo „quantum peti poſſit, paucis notum eſſe „credidit. *Præf. ad Grot. de I. B. & P. p. 18.*

„*Dio Pruſæus* ſeu *Pruſæenſis* hæc tem- „pora quoque attigit, ab eloquentia *Chry-* „*ſoſtomus* dictus. Orator preſſior voce & „πολιτικὸς minimeque περιεργος. Præ- „clare

Digitized by Google

„clare de eo meritus *Is. Casaubonus*, qui „egregiam editionem edidit. Gloriatur „de eius lectione *Hugo Grotius*, quem me- „rito inter selectiores politicos scriptores „habuit. Est etiam editio Parisiensis. *Sæcula IV. p. 63.* Cap. III. 2. Oratores Gr.

§. 22.

De iis, qui post hæc tempora vixerunt, videndus *Photius* in *Bibliotheca* sua. De PLUTARCHO autem & PLATONE potius infrà dicendum erit, cum de Philosophis agemus. Reliqui.

Nihil attinet etiam Declamatores adferre, ut POLEMONEM & alios a *Stephano* editos. Videatur enumeratio Oratorum Græcorum apud *Vossium de Rhetorices Natura & Constit. c. 11. 12.* Declamatores.

„*Polemonis* quædam habentur apud „*Photium.* Etiam inter Sophistas & Ora- „tores recenseri posset. Caussa est in aper- „to: quia nullus potest esse perfectus ora- „tor, qui non sit Philosophus; quamuis „Philosophus esse possit, qui non sit Orator. „Anno superioris sæculi 67. eius aliquot „declamationes edidit *Henr. Stephanus* & „ante eum *Aldus. Sæcula IV. p. 176.*

„*Polemonis* pauca quædam, cum *Hime- „rii* Sophistæ excerptis edidit *Henr. Ste- „phanus* Græce 1567, 4. *Comm. de Scr. Gr. & Lat. p. 61.*

Quodsi quis velit magnorum Oratorum nomina studiosius colligere, venient in hunc censum

Cap. III. 2. Oratores Gr.

censum etiam multi magnique Theologi veteres Græci, IO. CHRYSOSTOMVS, GREGORIVS NAZIANZENVS & alii.

„*Ioannes Chryſoſtomus* profluente elo„quentia, ſuauis, pius & efficax homilia„ſtes; melior, quam exegetes. Græce „opera eius edita ſunt in Anglia ſumtibus „*Sauilii*, qui 25000. roſas nobiles impen„dit: VIII. Tomis. Gr. Lat. Pariſiis. *Comment. de Script. p. 69.*

„*Ioannes Chryſoſtomus*, CPolitanus Epi„ſcopus, Nectarii ſucceſſor. Fuit vir vere „ſui nominis. Mirandum tot illum ope„ra potuiſſe conſcribere, cum vltra 50. an„nos non multum vixerit, multaque ad „nos non peruenerint. Eſt eloquentiſſi„mus, ſed alio eloquentiæ genere, quam „*Baſilius & Gregorius*, qui magis fuerunt „occupati in theoreticis & dogmaticis; „hic in practicis, qui illis in dogmaticis „& polemicis minor eſt. Quamquam non „poſſim valde iactare lectionem Patrum, „iam pridem tamen in hoc eram verſatus; „dumque menſa magni & celebratiſſimi „Viri vterer, licuit mihi vti editione Angli„cana *Henr. Sauilii*, vbi multa ex Græco in „Latinum conuerti, ductus ſuauitate me„ditationum. Eſt autem in editione *Sauilii* „totus Tomus operum ſuſpectorum, quæ „res adeo clare ſe prodit, vt nihil in *Chry„ſoſtomo* legerit, qui credit illa a calamo

*Chryſo-*

Digitized by Google

„*Chryſoſtomi* profecta. Editio *Sauilii* „quoque eo nomine eſt commendan- „da, quod certos homines per Europam „& Orientem dimiſit, qui vndiquaque „ſcripta eius inueſtigarent, vnde poſtea „Pariſienſibus facile fuit Græca vertere; „pauca enim acceſſerunt, eaque non ma- „gni momenti, vt malim posſidere Saui- „lianam editionem, quam Pariſienſem. „Nemo aptior eodem eſt alicui practico, „adeo propter perſpicuitatem nemo ma- „gis impleuit laudem optimi concionato- „ris & homiliaſtæ, & quod maximum eſt, „eloquentia eius ab omnibus poteſt intel- „ligi; quod in perfecto Oratore requiri- „tur a *Cicerone*, cuius Orationes, etſi o- „mnia artificia oratoria habeant, ab omni- „bus tamen percipi poſſunt. In hoc igi- „tur charactere *Chryſoſtomus* eſt incom- „parabilis. Perſpicuitas autem eius non „eſt eneruis, ſed cum modeſta grauitate „coniuncta. In dogmaticis autem, vt di- „xi, non eſt ſatis facilis. *Sæcula IV. p. 378.*

Cap. III. 2. Oratores Gr.

§. 23.

Oratorum Latinorum longe pauciores ad nos peruenerunt, in quibus princeps eſt CICERO, omni laude maior, qui ipſe in epiſtola quadam ad Atticum Orationes ſuas in *forenſes*, *politicas* & *ciuiles* diſtinguit.

CICERO.

Orationes eius deliberatiuæ graues ſunt, ſplendidæ & vere Demoſthenicæ, non ſine delectu tamen magno iuuentuti adhuc in

Gymna-

Digitized By Google

Cap. III. 2. Oratores Lat.

Gymnaſiis degenti proponendæ. Omnium facillima eſt *Oratio pro Archio Poeta*, deinde illa *pro M. Marcello* & *pro Ligario*; quibus adhuc addi poſſunt *Oratio pro lege Manilia*, quæ tamen potius argumenti politici eſt, & illa *pro Sexto Roſcio Amerino*. Sed quod nonnulli his quoque addiderunt orationem *pro Cæcinna*, id nullo modo tolerari poteſt, cum illa ſit omnium longe difficillima, & in ea tot ſubtilitates iuris veteris afferantur, vt vix ab vllo perfecte intelligi queat; ſicut D. *Bitſchius*, ICtus doctisſimus, teſtatus eſt. *Petrus* alias *Faber* perpaucas, ſed eruditisſimas, in eam notulas ſcripſit.

Inter forenſes ipſe *Cicero* his duabus palmam tribuit, ei pro *A. Cæcinna*, propter ſubtilitatem Iuris; & *Orationi pro Milone*, propter ſplendorem eloquentiæ. Hic nimirum illuſtre ſpecimen dedit, quousque in foro eloquentiæ procedi poſsit.

Inter politicas ſunt *Philippicæ*, in quibus admodum grauis & eloquens eſt, ſicut & in ſuis *Demoſthenes*. Ad has autem recte intelligendas opus eſt accurata cognitione hiſtoriæ illorum temporum.

„Peruentum eſt ad *M. Tullium Ciceronem* Romanæ Eloquentiæ Principem, cuius ſcriptis nihil purius, copioſius, prudentius. De ſtilo non ſatis accurate iudicant, qui in Epiſtolicis tenue, in Philoſophicis mediocre, in Orationibus ſublime ſeu grande dicendi genus agnoſcunt.

In

Digitized by Google

„In Epiſtolis enim paucæ tenui charactere „æſtimari poſſunt : multæ ſupra medio- „critatem aſcendunt & ſublimes incedunt. „Orationibus omnibus quin grandis ſtilus „conueniat, vix eſt dubitabile. Philoſo- „phica & Oratoria mediocritate quadam „commendari, id vero iam certius. - - - „Orationes ſuas in ſenatorias & forenſes „ipſe diuiſit : vtrobique perfectiſſimus ſui „exempli auctor. (*Comment. de Script. p. 41.*

„Ante *Ciceronem* neminem appellare „poſſumus. Hic, vt omnis eloquentiæ „Romanæ, ita ciuilis quoque huius „formæ conditor ſuo iure celebra- „tur. Quodſi enim quæras, quænam *Ci-* „*ceronis* opera eloquentiam Politici ma- „xime inſtruant, omnia certe, omnia hoc „nomine oportebit commendari. Quic- „quid capit vitæ ciuilis tractatio, & nego- „tiorum vſus, in his voluminibus *πολιτι-* „*κώτατα* vel exprimitur vel differitur. Sci- „at vtique ſe profeciſſe in eloquentia po- „litica non parum, cui *Cicero* in hos vſus „ſe commodum præbere & familiarem „poteſt. Diſtinguit tamen ipſe ſuas curas „& quibusdam plus ait ciuilis formæ ineſ- „ſe, aliis alium ex rebus habitum dari: ſic- „ut priore diſſertationis parte annotaui- „mus. Orationes certe forenſes ad fori „conſuetudinem & ſtrepitum, ad populi „naturam & aures concionis in multis exi-



Digitized by Google

Cap. III. 2. Oratores Lat.

„gi desiderant. Aliter facundum os di-
„gnitati & subtilitati curiæ commodauit.
„Incomparabilis vtrobique Orator: cuius
„imitationem pauciſſimi hodie ex iis, qui
„videntur orationes politicas scribere, sibi
„proponunt: plures affectatis sententiis
„& florido figurarum genere Panegyricas
„orationes imitando deterunt deperdunt-
„que. *Diſſ. T. I. p. 117.*

„Exorti sunt post inflauratas literas,
„qui solum *Ciceronem* & præter hunc pau-
„ciſſimos forte, nec nisi optimi æui scri-
„ptores vnice sequendos Latine scripturo
„contenderent. His alii se opposuerunt
„viri itidem magni: *& reliqua, quæ ibi le-
gi possunt l. c. p. 123. sq.*

„*Philippicas* pro singulari monumento
„prudentiæ ciuilis fac amplectaris. De
„reliquis orationibus non fuerit opus dice-
„re, quorum vsus tot elogiis decantatus
„est. *Diſſ. T. III. p. 344.*

„Ne *Ciceronem* quidem, celeberrimum
„illum Patronum (causſarum) vsquequa-
„que excusare audemus, quin interdum
„prædictos patrocinii limites sit transgres-
„sus. *Rudimenta Officiorum, Dissert. T. III. p. 508.*

„Inter Oratores rursum cum excellen-
„tiæ nota memorandus est *Cicero*, cuius o-
„rationes ab iis tantum legi tractarique
„possunt, quorum in Latinitate feliciter
„iam insudauit studium; contra quam
„vul-

Digitized by Google

„vulgo existimant, qui pueris promiscue Cap. III.
„eas proponunt. Quippe naturæ is ordo 2. Oratores
„est, vt prius pure & venuste loqui di- Lat.
„scamus, postea ornate & magnifice. *Diss. T. III. p. 540.*

„*Cicero* sicut haud dubie & citra omnem
„controuersiam Latinæ Linguæ princeps
„est & magister incomparabilis; ita hoc
„habet singulare & eximium, quod in o-
„mni gradu & genere eloquentiæ excellit.
„Siue rectam puramque venustatem cum
„simplicitate iunctam quærimus, hic
„exemplum habemus: siue assurgentem in
„robustiora argumenti vsusque indolem
„sequimur, *Cicero* præibit viam: siue in
„excelsa amplitudo & spiritus & maiestas
„Oratoris attollitur, Tulliani oris graui-
„tas in summo stabit. *l. c. p. 534.*

„Priusquam hunc de *Cicerone* fermo-
„nem mittimus, non omittenda est admo-
„nitio ad stilum auctoris vnice necessaria.
„Est oratio eius, vt perspicua, pura, venu-
„sta; ita profundiori & occultiori quadam
„compositionis & circumductionis arte
„concinnata; quod artificium quia non
„penetrari a pueris, sæpe ne a præcepto-
„ribus quidem potest; adeo, vt decedat
„aliquid suauitati apud iuniores, itaque
„non erunt vituperandi, qui pro pueris ex
„toto opere Ciceroniano iucundas histo-
„rias, narrationes, locos communes &
„similes particulas colligunt, quibus im-

Cap. III. 2. Oratores Lat.

„buantur animi ad amorem dictionis Ci-
„ceronianæ. - - - - - Vt penitus place-
„at, fieri nequit, nisi post aliquos profe-
„ctus. Quo sensu illud *Quintiliani l. X.*
„*c.l.* usurpamus: Ille multum profeciſſe se
„sciat, cui *Cicero* valde placebit. *Ibid. p. 536.*

Editio *Ciceronis* Gruteriana Hamburgi edita hodie optima est, sed *Penu* illud *Tullianum*, quod ei additum, non magni momenti: sicut quoque *Nizolii Lexicon Ciceronianum* insufficiens videtur. Quoad splendorem & elegantiam typi, *Lambini* & *Stephani* editiones in fol. præcellunt. Verum *Lambini* editio propter audaciſſimas correctiones laudanda non est.

„Opera singillatim varie, & cum diuersi
„generis commentationibus edita sunt.
„Coniunctim duobus Tomis Lutetiæ 1566.
„Eodem anno Tomis IV. edidit *Dionyſius Lambinus*, cuius tamen in corrigendo & mutando audacia probari nequit.
„Et cum Commentariis *Pauli* & *Aldi Manutiorum*, Venetiis 1591. Lugd. IV. Tomis 1538. Basileæ itidem IV. Tomis 1540.
„Non fuit hactenus editio, quæ præferretur *Iani Guilielmii* & *Iani Gruteri* editioni Hamburgensi 1618. in forma maiore. A
„doctiſſimo *Græuio* mox expectamus luculentam editionem. *Freigii* in Orationes *Ciceronis* futiles notæ vbique fere in

„scho-

„ſcholas receptæ de ignorantia ſæculi te- Cap. III.
„ſtantur. *Comment. de Scriptor. p. 43.* 2. Oratores Lat.

§. 24.

Poſt *Ciceronem* nominandus eſt PLINI- PLINIVS.
VS Panegyriſtes, qui ingenii præſtantiam & eloquentiæ vbertatem inimitabili monumento explicauit, cui nihil ſimile extat quodque ſingulare ſpecimen eloquentiæ in genere demonſtratiuo exhibet.

„*Plinii* Panegyricum cum notis vario-
„rum edidit *Gruterus*; *Lipſius* etiam eru-
„ditas in ipſum notas ſcripſit. Eſt hic Pa-
„negyricus incomparabilis, quem quidem
„omnes exprimere voluerunt ſecuti Pane-
„gyriſtæ, ſed impari longe ſucceſſu. *Sæ-
cula IV. p. 62.*

„In *Plinii* ſcriptura imperiti cœcutiunt,
„qui ſimulacra imperii Cæſarei a iuribus
„Imperii non diſtinguunt. *Sæcula IV. p. 14.*

„Panegyricus incomparabilis eſt *Plinii.*
„*Diſſ. ad Lipſ. Polit. p. 112.*

„Compendium Politicum Monarchicæ
„gubernationis eſt Panegyricus *Plinii. Ibid.
p. 109.*

„Meminerimus *Pliniani* Panegyrici in-
„comparabilem facundiam aliquid ſuæ
„virtutis gratiarumque in omnium qui-
„dem animos immittere, paucorum ta-
„men calamo attingi poſſe; ceteros *Pane-
„gyriſtas veteres* habere multa, quæ non
„ſine periculo mutuari inſtituerit Orator
„Politicus. Mihi, cum in lectione eorum



Digitized by Google

Cap. III. 2. Oratores Lat.

„verſarer, *Plinius* hanc ſui æſtimationem „conciliauit, vt crederem, recte eius imita- „tione vſurum, qui non nimis vteretur: „i. e. qui ex grauitate & ſubtilitate *Plinio* „propria & ſingulari & vnica, retineret „modum; quem cuique ingenii ſui, do- „ctrinæque ac ſtili modus definit. *Diſſert. Tom. I. p 117. ſq.*

„Admirabilis Oratoris noſtri *Plinii* „non minori grauitate, quam prudentia „dictus ille Traiano panegyricus; in quo „eximias optimi Principis virtutes digna „oratione perſecutus eſt. - - - - - - - „Is totum nobis ciuilem Traianum (pau- „ciora enim ſunt, quæ de militari dicit) „multa ſapientia & variis acuminibus „propoſuit; vt qui non ex tam nobili ſcri- „pto moderatum & ciuilem principem „agnoſcere velit, plane cæcutire eum ne- „ceſſe ſit. *Diſſ. T. II. p. 593.*

„Alter incomparabilis Atticiſmi au- „ctor, *Plinius* Panegyriſta, in quo recondi- „ta Latinitas cum arte & facultate ornan- „di veluti concertat. *Diſſ. Tom. III. p. 540.*

„In primis noti ſunt *πανηγυρικοὶ λόγοι* & „*ἐπιδείξης*, orationes totæ multo appara- „tu artis, ſplendore verborum, grauitate „ſententiarum laudes alicuius complexæ: „cuiuscemodi ſcriptionis incomparabile & „loco omnium nominandum exemplum „*Plinius* in laudatione Traiani dedit. *Diſſ. Tom. I. p. 404.*

*Hunc*

Digitized by Google

*Hunc Panegyricum ſingularibus Commentationibus elucidauit Bæclerus, quas vide T. I. Diſſert. p. 661.)*

Cap. III. 2. Oratores Lat.

§. 25.

Huic comparari non poſſunt, quamuis itidem nec ineruditi, nec indiſerti, *XII. Panegyrici* LATINI PACATI, MAMERTINI, NAZARII, EUMENII & aliorum anonymorum coniunctim a *Rigaltio* primum, deinde a *Grutero* editi: quæ ipſa editio vtiliſſima. Nam nupera Pariſienſis minimo typo excuſa nullius momenti eſt.

XII. Panegyrici.

„Sequuntur ceteri Panegyriſtæ, *Latinus Pacatus*, *Nazarius*, *Mamertinus* & „reliqui, quorum oratio vt nouitatem „quandam redolet, ita multum Latinitati ſtudet & inuentioni, & arti. *Diſſert. T. III. p. 540.*

„In *Mamertino*, *Nazario*, *Eumenio*, „*Latino Pacato* & reliquis iucundum erat „animaduertere in pari pæne imitandi „ſtudio ſucceſſum diſparem. Audebam „etiam iam tum notare, quæ pro ingeniorum aut temporum captu, imitando in „obliquum deflexa, aut declamatorie picta, aut a ciuili rectitudine quomodocunque eſſent immutata. Hæc ſi pro virtutibus ſtili oratorii placerent, deprehendebam quaſi in ortu ſuo emergentem „Latine ſcribendi conſuetudinem, quæ in „corruptiſſimam formam, dum ſemper a



Digitized by Google

Cap. III. 2. Oratores Lat.

„fonte diſceditur, neq; a riuis hauſta riuos „ſaltem bona fide referunt, denique ema„tureſceret. Interim his quoque orato„ribus, præterquam quod ſapientia ciuili „quodammodo redundant, tam feliciter „in ſtilo multa ſucceſſerunt, vt vel *Plini*„*um* aliquem deceant. Atque dum deli„catum quiddam & electum ſemper cogi„tabant, non potuit non, vtut fallax fu„gaxque, deprehendi aliquando genius „ille gratiarum, qui accuratiſſimam ſui „partem ciuilibus orationibus gratificari „poteſt. Hæc qui ſatis ingenio doctrina„que diſcernit, debeat forte illis Panegy„riſtis non contemnendam acceſſionem „eloquentiæ ciuilis: ſed in argumentis, „quæ diximus. *Diſſert. T. II. p. 118.*

„*Mamertinus* oratoria facunditate & „multa eruditione politica & hiſtorica ex„peditionem aduerſus Francos laudat. *Sæcula IV. p. 239.*

„Sequitur *Mamertinus* cuius tres ſunt „Panegyrici. Vir hic eſt ſatis eruditus. „In omnibus tamen Panegyriſtis, qui hoc „ſæculo vixerunt, videre licet, quantum „mutauerit facies ſtili. Quamquam enim „valerent ingenio, ſæculum tamen ſuum „vincere non potuerunt; conantur qui„dem ſæpe aſſurgere ad grauitatem vete„rum, ſed conantur tantum: culpa etiam „ad adulationes aulicas referenda eſt, o„mnia enim tum altius erant efferenda,

„neque

„neque verba inuenire poterant, quibus „satis reuerenter de Cæsaribus loqueren- „tur, hinc dum nouas voces adinuenire „cœperunt, valde plerumque lapsi sunt. „*Eumenii* sunt Panegyrici IV. *Nazarii* Pa- „negyricus vnicus. Valent ex Pane- „gyristis *Nazarius* & *Mamertinus* subtili „ingenio & profunditate cogitandi, vt ap- „paret ex crebris sententiis; *Pacatus* au- „tem, cuius Panegyricus vnus, explicatio- „rem habet eloquentiam. Opus hoc Pa- „negyricum dignum sane esset in quod „vir eruditus, cui otium suppeteret, curas „suas intenderet & phrases difficiliores ex „historia explicaret; quæ enim hactenus „scripta sunt in illos, variæ tantum fuerunt „lectiones. Puto difficultate deterritos „plerosque, vt nollent historiam illius „temporis perscrutari. Incerti auctoris „Panegyricus V. & VI. ille Maximiano „& Constantino, hic Constantino scriptus. „Varie editi fuerunt. *Sæcula IV. p. 382. sq.* Cap. III. 2. Oratores. Lat.

Declamatorum quoque opera omitti non debent, e. g. Declamationes, quæ sub nomine QVINTILIANI *a*) & CALPVRNII circumferuntur, quas auctius edidit *Præus*. Declamationes.

(*a*) *De his dictum supra §. 8. sub fin.*)

§. 26.

Specimina & fragmenta veterum Oratorum quædam conseruauit M. *Seneca* in *Suasoris* & *Controuersiarum* libris. Opus Fragmenta Oratorum.

Cap. III. 2. Oratores Lat.

est vere criticum, multa Iurisprudentiæ eloquentiæque arcana continens. *Alciatus* id studiosis Iuris instanter commendat.

„*L. Annæus Seneca* Philosophus & *M.* „*Seneca* Rhetor editi cum notis Variorum „in fol. Paris. 1613. Lugdun. Batau. in 12. a „*Gronouio.* In M. Rhetore multa elo„quentiæ mysteria, multa etiam iuris re„conditi specimina; *Annæi* in Philoso„phia paræneticæ magna vis. *Comment. de Script. p. 54.*

„Interim vt de pluribus istis differentiis „& censura sententiarum aliquid cognoscatur, legendus est *M. Seneca* Rhetor, in „*Suasoriis* & *Controuersiis*, vbi subtilissimam χρίσιν exercet in sententias veterum „Declamatorum. *Dissert. T. III. p. 546.*

„Vtrarumque (suasoriarum & Con„trouersiarum) specimen dedit *Quintilia„nus* & *M. Seneca* Rhetor, nequaquam le„uiter doctus aut proletarius scriptor, sic „vt nonnemo temere iudicauit; sed do„ctissimi vir ingenii, singularisque indu„striæ. *Dissert. T. III. p. 557.*

„De *M. Seneca* præclare meritus est *An„dreas Schottus*; non habemus enim in „hunc vsque diem accuratius in ipsum scri„ptum. *Sæcula IV. p. 59.*

Orationes ex Historicis.

Orationes ex Historicis *ab Henr. Stephano* collectæ hic quoque nominandæ, quæ Parisiis & alibi editæ visuntur. Quam anti-

qui

qui inſtituti hæc res ſit, ex *Suetonii Domitiano* *c. 10.* apparere poteſt.

Cap. III. 2. Oratores Lat.

„In materia leniore, vt ſic dicam, & in „negotiorum aſſiduitate, habilis in omnia „& expeditus Politici ſtilus nullum ac„commodatius exemplar habebit, quam „orationes & conciones hiſtoriis inſertas. „Antiquus ille mos fuit, conciones regum „ac ducum e. g. ex *Tito Liuio* circumferre; „vt prudentiæ ciuilis facundiæque ſuppel„lectilem, arbitror. Eo inſtituto etiam „proximo æuo orationes Hiſtoricorum „Græcorum Latinorumque a *Stephano* in „in vnum volumen conductas impreſſas„que nouimus. Sunt enim pleræque o„mnes illæ orationes eiusmodi, vt absque „multa cautione, absque ſollicita ſenten„tiarum atque figurarum diſtinctione ſta„tim & totæ ciuilem habitum deceant. *Diſſert. T. II. p. 118.*

„Optaremus tot Politicas orationes fa„cundiſſimorum Principum, quorum ni„hil præter nomen ad nos peruenit: ve„rum nec in his, quæ vſurpamus veterum „monumentis, proficiendi nobis copia ac „imitandi deeſt. In *Ciceronis* certe & „*Demoſthenis* ſcriptis, licet multa ſint „quæ emineant, nihil magis tamen, quam „τὸ πολιτικὸν τῆς φράσεως ſoleo admirari; „niſi quod ſplendoris oratorii grauitas, „non ſimplicem, ſed iam ornatam eius in„dolem exhibens, iudicium minus exer„citati alicuius poſſit diſtrahere. Hiſto„ricorum

Cap. III. 2. Oratores Latini.

„ricorum igitur hic præcipua & manife-
„ſtior eſt commendatio; quorum niſi ci-
„uilis ſit oratio, neque hiſtoricam eſſe au-
„demus pronunciare. Neque tamen vna
„facies iis operæ placuit. Cum ſeueritate
„enim hoc præſtant *Thucydides*, *Tacitus*,
„*Salluſtius*; niſi tamen hic moderationi
„propior: cum ampla quadam & læta ma-
„ieſtate *Liuius* & *Polybius*: cum emenda-
„tiſſima moderatione *Curtius*, *Cæſar*, &
„nulla re, niſi mole, aliis minor *Herodia-*
„*nus*. *Orationes & Programmata p.* 345.

§. 27.

Orationes recentiorum.

Ex recentioribus habemus *Orationes inaugurales & feſtiuas* Tomis III. Francofurti apud Wechelium editas; *Orationes Clarorum Virorum Academiæ Venetæ; Scripta academica Wittebergenſia; Orationes Ienenſes, Roſtochienſes, Ingolſtadienſes*; *Orationes* ANT. MVRETI, IVLII CAESARIS SCALIGERI, PVTEANI, DANIELIS HEINSII, DOMINICI BAVDII, PERPINIANI, IAC. LECTII, ROMVLI. AMASAEI, GEORGII RICHTERI, MELCH. IVNII, PICCARTI, BERNEGGERI, SALOM. ALBERTI, CASPARIS BARLAEI. Eiusmodi volumina Orationum magna varietate & copia occurrunt, ſicut & orationes & Panegyrici ſeorſim editi. Pertinent etiam huc *Orationes, Gratulatoriæ in Electione, Coronatione, natiuitate, nuptiis,*

*primum-*

Digitized by Google

*triumphis Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum habitæ a legatis.* Volum. II. Hanov. typis Wech. 1613.

Cap. III. 2. Oratores recent.

„Inter recentiores itidem multæ & exi-
„miæ variorum cenſuræ extant in præfa-
„tionibus, vel in annotationibus, aut in
„Orationibus auctorum ſingulis. Perti-
„nent huc cum elogio excellentiæ Oratio-
„nes & Præfationes ac iudicia *Dan. Hein-
„ſii*, quo nemo ſubtilius aut diligentius
„hanc viam inſtituit. *Diſſ. T. III. p. 565.*

„*Iacobi Lectii*, doctiſſimi ICti, Oratio-
„nes omnes lectu ſunt digniſſimæ. *Sæcula IV. p. 267.*

„*De libro, quo* Germanorum natio ad-
„uerſus conuitiatorem, qui in *Octauii
„Ferrarii* epiſtolis citra diſcrimen pro-
„nunciauit, vindicabatur, &, vel vnum
„*Freinshemii* Panegyricum omnes extero-
„rum conatus longo poſt ſe interuallo re
„liquiſſe, oſtendebatur, *vide Muſeum p. 102.*

„Caute & prudenter accedendum, ad
„ſcribendos centones. - - - Certe in va-
„ſto illo *Garſiæ Barrionueuo* Panegyrico,
„quem Pro-Regi Neapolit. Petro Ferdin.
„a Caſtro ſcripſit, nihil inuenerit aliquis,
„quod tanto hiatu dignum ſit, cum præ-
„ſertim ab oratoris conſilio plurimum a-
„liena videatur talis ſcriptio: cuius cona-
„tu potius, quam effectu non video cur a-
„liquis celebrari optet. *Diſſ. T. III. p. 376.*

III. E-

Digitized by Google

Cap. III. 3. Epistolæ Græcæ.

## III. EPISTOLAE.

### §. 28.

EPISTOLAS antiquissimas Græcorum collegit in vnum volumen *Aldus Manutius* & postea *Stephanus*. *Iacobus* quoque *Cuiacius* edidit volumen Græco-Latinarum epistolarum in fol. quod multa egregia continet.

ARISTAENETVS. ARISTAENETI *Epistolæ* argumenti amatorii, Parisiis editæ sunt.

ISIDORVS PELVSIOTA. Ex Græcorum Patrum epistolis ἐξαιρέτως huc pertinent ISIDORI PELVSIOTAE Epistolæ, quas primo ediderat *Conr. Rittershusius*; postea aliquot centurias Romæ in Vaticano Codice repertas addidit *Andr. Schottus*; omnes autem coniunxit editio nouissima Parisiensis.

„*Isidorus Peluſiota* Gr. Lat. a *Conr. Rit-*
„*tershuſio* editus. *Andreas Schottus* 500.
„amplius epistolas ex Vatic. addidit. O-
„mnia coniunguntur in editione Græco-
„latina Paris. in fol. Bonus est exegeta, in
„explicandis S. Scripturæ locis plerumque
„feliciter occupatus. *Comment. de Script. p. 76.*

„Distinguit *Isidori Epistolas Grotius*:
„quarum plerasque *Conradus Rittershu-*
„*sius* Latine conuersas etiam notis illustra-
„uerat. Postea quingentas amplius in
„in Vaticano repertas *Andr. Schottus* pu-
„blicauit. Hæ *Grotio* postremo editæ vo-
„cantur. Accessit autem interea alia edi-

tio,

Digitized by Google

„tio, nouiſſima Pariſienſis, quæ coniun- Cap. III.
„xit ſeorſum diuerſo tempore editas. 3. Epiſtolæ.
*Comment. in Grotium p. 258.* Latinæ.

§. 29.

Inter Latinas epiſtolas nunquam ſatis laudari poſſunt CICERONIS *Epiſtolæ ad familiares*, quæ nunquam e manibus ſeponi debebant. Alterum volumen *Epiſtolarum ad Atticum* difficilius eſt & multam eorum temporum hiſtoriam requirit. *Epiſtolæ ad Q. Fratrem* altius aſſurgunt & ciuilis doctrinæ quaſi ſummam exhibent. CICERO.

„In Epiſtolis paucæ tenui charactere
„æſtimari poſſunt; multæ ſupra mediocri-
„tatem aſcendunt & ſublimes incedunt.
„- - - Epiſtolæ *ad Q. Fratrem* habent
„ſpecimen totius opuſculi de regenda re-
„publica. Reliquæ verum theſaurum re-
„rum ciuilium continent: ſed vix aſpe-
„ctabilem iis, qui vel hiſtoriæ, vel experi-
„entiæ lumine non illuminantur. *Com-
ment. de Script. p. 41. ſqq.*

„*Ciceronis Epiſtolæ ad Q. Fratrem* con-
„tinent quaſi compendium totius Politi-
„ces. *Diſſ. ad Lipſii Politica p. 138.*

„*Epiſtolæ Ciceronis*, in primis *ad Atti-
„cum*, continent quaſi integrum Com-
„mentarium belli ciuilis *Ibid. p. 177.*

„*Epiſtolæ Ciceronis ad Atticum* ſunt
„quaſi ſpeculum belli ciuilis, & nihil niſi
„conſolationes & querelæ de bello ciuili.
*Ibid. p. 180.*

„Quan-

Digitized by Google

Cap. III. 3. Epistolæ Latinæ.

„Quantum quidem ad bella ciuilia atti-
„net, incomparabile sunt monumentum
„*Epistolæ Ciceronis ad Atticum*, quarum
„hoc perpetuum, vt sic dicam, argumen-
„tum est. *Praxis Philosophiæ πολιτικῆς p. 218.*

„Epistolas eius, tum quatenus familia-
„ria tractant, tum quatenus politica, pro-
„uectiori ætate plus æstimabis *Diss. T. III. p. 344.*

„Talia monumenta Politica sunt Epi-
„stolæ Ciceronis ad *Q. Fratrem* & *Atti-*
„*cum*, πολιτικώτατον opus. Sicut & *ad*
„*familiares* perscriptæ plurimæ ea ciuilis
„prudentiæ studioso suppeditant, quæ tam
„accurata ὑποθέσεως tractatione alibi fru-
„stra quæras. Noui virum præcipuæ quon-
„dam dignationis, doctrina, rerumque
„grauissimarum tractatione iuxta exerci-
„tum, qui post tantam experientiam, per-
„agratamque studiorum amplitudinem,
„nulla lectione libentius senilem pruden-
„tiam oblectauit, quam epistolarum *Cice-*
„*ronis*. In quibus profecto, vt hoc obi-
„ter dicam, ex intimo reip. & prudentiæ
„Romanæ sinu multa euoluuntur, quæ
„præter *Ciceronem* scire aut indicare pauci
„potuere. Igitur, quæ ad hominum vo-
„luntates, consiliorum proposita, occul-
„tas reipublicæ labes, conuersionis publi-
„cæ momenta pertinent, nemo solertius
„in literas retulit. Adde quæ *Corn. Nepos*
in

„in vita Attici 16, 3. & 4. habet. *Diſſ. T. III. p. 367.* Cap. III. 3. Epiſtolæ Latinæ.

„Sed nunc ſimpliciora & prima illa „ſpectamus in epiſtolis & dialogis; vbi & „proprietas ſermonis admirabilis eſt, & fa„cilitas expedita, & natiua venuſtas. Sed „diſtinguenda tamen eſt ætas, cui epiſto„læ tales commendantur. Mos tenet vul„go, vt primi puerorum in Grammaticis „rudimentis hærentium conatus Cicero„nianis epiſtolis fatigentur. - - - - Iam „vero argumenta epiſtolarum Ciceronia„narum vel ſunt familiaria ex eo genere, „quod virorum tantum curas ex rei fami„liaris notitia tangit, pueris nec curæ, nec „voluptati eſt; quippe quorum ætas ad„huc a rei familiaris tractatione remota „eſt: vel ſunt ciuilia & politica de ſtatu „temporum, periculis reipublicæ, conſi„liis prudentum & ſimilibus rebus: quæ „bis tranſcendunt captum puerilem; pri„mo quod non explanantur commemo„ratione, ſed attinguntur ſummatim, aut „ἀκροτυχῶς perſtringuntur; deinde quia „requirunt notitiam reipubl. & hiſtoriæ, „itemque iudicium πολιτικὸν; qualibus „ſubſidiis caret pueritia. Non eſt quod „aliquis dicat, illa præceptorum opera & „expoſitione ſuppleri poſſe. Duplicabit „laborem & minuet profectus, quicunque „pueris ea cupit enarrare, quæ licet co„piose pariter & perſpicue fuerint enarra-



Digitized by Google

Cap. III. 3. Epiſtolæ. Latinæ.

„ta, tamen ab hac ætate per meram cali-
„ginem, nec ſine moleſtia & horrore ac-
„cipiuntur. Igitur meo iudicio ma-
„gno delectu curaque opus eſt, vt eæ
„epiſtolæ excerpantur pueris proponen-
„dæ, quæ cum ætatis captu, ſtudiis, incli-
„nationibus, conueniant; ceteræ adul-
„tioribus profectibus ſunt ſeruandæ. Nam
„licet natiua illa ſtili puritas & ſimplicitas
„inter prima Latine proficientium ſtudia
„poni debeat, nunquam tamen deinceps
„eius cura deponenda, ſed per omne ætæ-
„tatis ſtudiique tempus continuanda eſt.
„Exempla *ad Atticum πολιτικώτατον* o-
„pus ſunt, ſicut vel ex teſtimonio *Corn.*
„*Nepotis* in vita Attici intelligi poteſt;
„multamque rerum Romanarum notiti-
„am requirunt. Igitur fruſtra fuerit, qui
„de ſtilo tantum cogitet. Nam is nun-
„quam poteſt eſſe diſcentibus vtilis, niſi
„materia fuerit intellecta, quod notanter
„& cum emphaſi monemus. *Diſſ. T. III. p. 534.*

„Super bellis ciuilibus eſtne amplius vl-
„libi disquiſitum, quam in epiſtolis *Cice-*
„*ronis*, præſertim *ad Atticum;* qui ipſe
„exemplum hominis feliciter medii, quie-
„tique incomparabile haberi debet? *Diſſ. T. III. p. 373.*

„*Epiſtolas Ciceronis* ipſas, tum ad fami-
„liares multas, tum ad Atticum plerasque
„ſingulare huius ſtudii (*Philoſophiæ Ari-*
„*ſtocra-*

Digitized by Google

„*ſtocraticæ*) præſidium pono; adeo ſunt „multa & egregiè perſcripta de ſtudiis „principum. *Diſſertationes Politicæ p. m. 435.*

Cap. III. §. 3. Epiſtolæ Latinæ.

§. 30.

Epiſtolæ SENECAE ſupergrediuntur characterem epiſtolicum & rectius pro declamationibus habentur. SENECA.

„*Senecæ* epiſtolæ ſunt potius forte de„clamationes & exquiſitæ tractationes, „quam epiſtolæ. *Diſſ. T. I. p. 120.*

PLINII Iunioris epiſtolæ itidem perfectum ſunt ſpecimen huius generis, ſed in ſtilo Attico. PLINIVS.

„*Plinius* in ſtilo Attico eſt excellentis„ſimus in ſuis epiſtolis. *Diſſ. ad Lipſii Politica p. 83.*

„*Plinii* Iunioris ætas etiam in ſequens „ſæculum excurrit. Eius ſunt epiſtolæ, „aureum opus, multa Iurisprudentia re„fertum, nec minus multa eruditione ſeu „varia literatura: de quibus enim argu„mentis ille memorabiliter non diſputat? „Edidit eas nuper Cl. *Buchnerus*, de re literaria bene meritus, ac eruditas notas „addidit. Bene etiam de illis antea me„ritus erat pro ratione illorum temporum „*Catanæus*; cuius viri ſcripta non ſunt ac„curata, pro illo tamen tempore ſic ſatis „bona. *Sæcula IV. p. 62.*

„Atque hic, ſicut veriſſimum eſt, nemi„nem *Cicerone* promtius, conuenientius„que

Cap. III. 3. Epistolæ Latinæ.

„que id muneris obire: ita *Plinii* Iunio-
„ris epistolæ sæculi nostri genio amabilius
„blandiuntur. Certe duorum istorum
„ope, qui non viderit pedum viam, in
„hoc negotio, frustra quæret alibi apud
„antiquos. *Dissert. T. I. p. 120.*

„*Plinii* Epistolæ multum conferunt in
„stilo proficientibus, si tamen vitetur af-
„fectatio Atticismi. Cum enim paucio-
„rum indoles capiat illam orationis for-
„mam, nihil supra vires ingenii tentan-
„dum aut præter naturæ voluntatem, vt ita
„dicam, æmulandum. Verborum expres-
„sio, pondus, nitor, & de subtilibus pe-
„rite loquendi auctoritas, hæc sunt, quæ
„in illo scriptore hac vice commendamus.
*Diss. T. III. p. 539.*

„Post *Ciceronis* epistolas, *Plinii*; post
„huius, *Senecæ*, Politico valde commen-
„dandas & a *Lipsio* iam commendatas exi-
„stimauerim. Apparebit ita, in illa sim-
„plicitate epistolari (quamquam de *Senecæ*
„aliter hic iudicandum est) grauitatem
„maximam politicorum dogmatum late-
„re. *Ibid. p. 368.*

„Si quem peculiaris naturæ propensio
„ad breuitatem stili ducit (in quo tamen
„nemo sibi blandiri debet) exemplum ter-
„sæ & politicæ breuitatis *Plinii* epistolæ
„suppeditabunt. *Ibid. p. 501.*

„*C. Plinii* epistolæ a *Catanæo* & *Buch-*
„*nero*, Panegyricus a *Lipsio*, *Grutero*,

„cum

„cum Notis Variorum &c. editus est. Hic summam politices siue specimen boni Principatus continet: Epistolæ iuridica & ciuili disciplina abundant. *Comment. de Script. p. 57.* Cap. III. 3. Epistolæ Latinæ.

„CASSIODORI autem *Variæ* non „destituuntur sane cordatis sententiis & „sensibus a ciuili dignitate non abhorrentibus: sed sæculi character nihil habet, „quod in exemplum ire debeat, cum de „polita oratione agitur. Igitur historiæ „& prudentiæ studio apprime vtiles, eloquentiam, si discesseris ab ea, quam modo commendaui, sensuum nobilitate „subinde emicante, non admodum iuuant. De SYMMACHO pæne idem „dicere volenti nescio quod agmen hominum vehementius, quam ciuilis mos fert „sapientium, obstare videtur. Hunc enim in oculis, hunc in sinu ferendum; „ad huius stilum epistolas conformandas „venditant. Fateor equidem sententiis „& inuentionum ornatu præstare hunc „scriptorem, sed plus affectationis vbique animaduertitur, quam in stilo politico tolerabile est. Neque repeto aliis „dicta. *Diss. T. I. p. 120.*

„*Cassiodori Epistolæ* siue formulæ omnibus Iuris studiosis debent esse commendatæ: sed non ad imitationem est adhibendus, vt perperam nonnulli faciunt

Cap. III. 3. Epistolæ Latinæ.

„nam liber est vere iuridicus. *Diss. ad Lipsii Politica p. 114.*

„*Symmachi* habentur Epistolæ. Notandum hic, male vulgo fieri, quod has „epistolas exemplum ad imitationem deligunt. Declinauit enim stilus *Symmachi* non modo a stilo veterum, sed etiam „ab eloquentia huius sæculi, vt ex Panegyristis liquet. *Ambrosius* longe etiam „est eloquentior *Symmacho*. Sententiosus est quidem & accuratos habet sensus, „sed stilus non meretur commendari. Hoc „autem præcipuum est in eo æstimandum, quod plurima habet iuridica. Fuit „enim vir πολιτικώτατος & ciuilis prudentiæ peritissimus, multa quoque particularia & historica illius temporis conseruauit, quæ alibi non extant. Studiosis Iuris merito debet esse commendatus. „Editio omnium optima est *Franc. Iureti*, „summi illius ICti, qui & alia multa ex „antiquitate protulit. Parisiis excusa in 4. „qui prorsus præclaram operam nauauit „huic operi, eruditissimis Notis additis. „Merebatur hæc editio dudum a typographis nostris recudi, nisi nugas mallent „semper exhibere, vt Francofurti & Hanov. aliquoties fecerunt, dum has epistolas ediderunt. *Sæcula IV. p. 384.*

§. 31.

Recentiores.

Ex recentioribus epistolis diligens est habendus delectus. Commendari in primis hoc

hoc loco debent epistolæ ERASMI, cui facilis & profluens eloquentia fuit in epistolis. In epistolis politicis HVBERTI LANGVETI Epistolæ ad Sidneium, quarum auctarium edidit *Ludouicus Camerarius*, HVGONIS GROTII & BONGARSII epistolæ excellunt. Habentur præterea epistolæ ANT. MVRETI, IVL. CAES. SCALIGERI, PVTEANI, DANIELIS HEINSII, DOMINICI BAVDII. *Epistolas Clarorum Virorum* edidit *Dan. Heinsius* vt & alias *Mich. Brutus*; *Epistolæ Principum* prodiere Lugduni Batauorum; quibus adde IOHANNIS II. Ducis Saxonici *Centuriam Epistolarum ad nobile suum contubernium.* Notandæ quoque IOACHIMI CAMERARII epistolæ; PHILIPPI MELANCHTHONIS epistolæ, præter eas, quæ in operibus extant, a *Sauberto* editæ; epistolæ PAVLI MANVTII, ROGERII ASCHAMI, IOSEPHI item SCALIGERI editæ ab *Heinsio*, CASAVBONI a *Gronouio* editæ; MELCHIORIS GOLDASTI *Epistolæ Philologicæ*; DAN. CHAMIERI *Epistolæ Iesuiticæ*; HEINR. GEMBERGII *Epistolarum Decades V. Græc. Lat.* Basil. Epistolæ MICH. HOSPITALII, PETRI DE VINEIS, IO. WOWERI &c. Cap. III. 3. Epistolæ recent.

„Si quid in Republica arduum agitaba-
„tur, FORSTNERI iudicium de mo-

Cap. III. 3. Epistolæ recent.

„mentis negotii, quod rectissimum esse „solebat, & prouisio futuri temporis, in „qua acutum cernere sueuerat, desidera„batur. Epistolis enim mirum quam ac„curatis & nobilibus rem gessit: quorum „ab amicis aliquæ sunt in vulgus editæ; a„liquæ etiam ab iis, qui consiliis suis ab „auctoris proposito plurimum alienis „hinc aliquem vsum machinabantur. „Nonnulli prudentia auctoris delectati, „quem ignorabant, nomen aliud ex con„iectura sua affinxerunt. Offendit eum „non parum temeritas nonnemínis, qui „studiis odiisque suis seruiendo intempe„stiue epistolas quasdam de Westphalicis „actis aliisque rebus ediderat, typogra„phoque, vt Mompelgardi nomen præ„scriberet, persuaserat. Qua de re cum „esset a me certior factus, rescripsit paulo „vberius in alieni secreti temeratores; „eamque responsionem in publicum edi „voluit. - - - Egit etiam delectum sua„rum epistolarum & in volumen collegit „potiores, quas petenti Germanico Mæ„cenati, Baroni Boineburgio mitteret. „Musea quoque eximiorum virorum „quicquid huius generis vndique cogi „poterat, inter pretiosas chartas custodi„unt. Quantulo minus ergo, quam pu„blici iuris sunt? Quæ res, submomenti„bus insuper, ac pœne efflagitantibus ami„cis, persuadebit, spero, filiis, vt pleræ-

„que

Cap. III. 3. Epiſtolæ recent.

„que paternæ epiſtolæ paulo poſt edan-
„tur. - - - - Pollent enim epiſtolæ Forſt-
„nerianæ ſingulari quodam elegantiæ &
„prudentiæ genio, vnicique hactenus
„exempli ſunt. Verba *Taciti* ex familiari
„eius ſcriptoris vſu, decora & tempeſtiua
„gratia ſe vbique offerentia ſupra omne
„imitationis ingenium placent iuuantque.
„Iudiciorum contextus & ex intimo ne-
„gotiorum ſinu emerſa ſeries communi
„ſenſui aptam, nihil tamen vulgare ſpi-
„rantem, nec minus reconditam, quam
„facilem, concinnat ſcripturam. *Orat. & Programm. p. 487. ſq.*

„Abunde id declarant etiam epiſtolæ
„ſingulares itidem exempli de rebus ma-
„ximis ſcriptæ: quarum aliquæ olim non
„inconſulto auctore in publicum exie-
„runt. Qui autem nouiſſimas, nulla
„reuerentia tanti nominis, nullo iuris
„humani reſpectu temere vulgauit, is
„non eo tantum facinore ſe obſtrinxit,
„quod ipſæ *Forſtneri* literæ ad *Bæclerum*
„ſcriptæ editæque demonſtrant, ſed ef-
„fecit inſuper, vt huiusmodi literarum
„commercii fructu in rebus ad rempubli-
„cam pertinentibus amici carere hactenus
„cogantur. *Muſeum p. 80.*

„Pæne nominatim prodidiſſem tum a-
„lia, tum illud inſolentiæ peregrinæ in-
„uidiæque gentilis inſigne ſpecimen, cum
„in editis alibi magni viri epiſtolis, quas



Digitized by Google

Cap. III. 3. Epistolæ recent.

„ipse ad alios, & alii ad ipsum scripserunt, „ex *Caselianis* pluribus ne vna quidem lu„ci reddita est. Cuius rei caussam non a„liam fuisse, quam quod doctissimi viri „patria & gens haud placuit, non coniici„mus, sed compertum habemus. Scili„cet vrebant ambitiosos spiritus luculenta „illa bona, quæ Deus Opt. Max. non larga „tantum manu Germaniæ obtulit, sed mu„nifica cumulauit. Videbant nuper huius „terræ, imperiique incrementa, imo api„cem: ea lumina nolebant suo splendori „officere; hinc illæ lacrymæ, illa iudicii „morosi iniquitas, illa malignitatis machi„natio. *Diss. T. II. p. 1238. & Annot. in Velleium p. 64. sq.* (*vbi tota illa dissertatio repetita legitur.*)

„P. M. A. M. Epistolæ multæ frugis „sunt; sed intelligentibus. Displicet au„tem editorum consilium, tam pauca ex„emplaria & parca manu publicantium, „vt semper rarus maneat liber. *Patinus* „Medicus Parisiensis exul hic excudi cu„rauit numismatum antiquorum To„mum. Videtur vir valde bonus esse & „in re nummaria vetere promtus, medicus „quoque eruditus, cui debetur etiam e„ditio nouissima P. M. A. M. epistolarum. „Illæ notæ singulis epistolis præfixa no„tant PETRVM MARTYREM „ANGLERIVM Mediolanensem. „Epistolarum ipsarum tria tantum exem-

„plaria

„plaria ad nundinas Francofurtenſes alla- Cap. IV.
„ta,& vnum ſtatim te occupaſſe retulit Si- I. Ars poetica.
„mon Pauli. *Epiſtola Bœcleri in Struuii Actis ex MSS. Faſc. VI. p23.*

# CAPVT IV.

## DE POETIS, ARTISQVE POETICAE SCRIPTORIBVS.

### I. ARS POETICA.

§. 1.

SEquitur nunc inter artes ſermonis formatrices tertia, nempe POESIS. Inter Græcos, qui ſuperſunt hodie, præter *Ariſtotelem*, ex profeſſo de Arte Poetica & præceptis poeticis nemo ſcripſit, niſi quod in Rhetoricis monumentis & veteribus Scholiaſtis plurima huc ſpectantia reperiuntur.

§. 2.

Eſt autem fragmentum ARISTOTELIS de arte Poetica aureum plane opus, quo exquiſitisſimæ *κρίσεις* in Grammaticis & Rhetoricis continentur. Periit tota libri de Comœdia pars, de qua nihil nobis reliquum eſt, niſi ea quæ in altera de Tragœdia ſuperſtite parte habentur, cum qua quidem nihil comparari poteſt in omni antiquitate. ARISTOTELES.

*Petrus Victorius* hoc fragmentum nobili Commentario illuſtrauit, niſi quod paulo obſcurior eſt, vt ferme omnia eius, quæ in *Ariſtotelis*



Digitized by Google

Cap. IV. r. Ars Poetica.

*ſtotelis* opera ſcripſit. *Heinſius* quoque in fol. edidit cum eruditis notis, cum libro ſuo *de Conſtitutione Tragœdiæ*, quæ editio hodie vſitatisſima.

Scholiaſtæ.

Multum latet etiam inſtitutionis Poeticæ in Scholiis Græcis veterum Poetarum, de quibus ſubinde.

§. 3.

HORATIVS.

In Latinis veteribus HORATII *Ars Poetica* præcipuum monumentum eſt, inſigne ſane opuſculum, & nitificum Critices ſpecimen exhibens. Commentatores complures in hoc *Horatii* opuſculum extant, inter optimos vero eſt *Franc. Luiſinus*.

„Etiam quæ *Horatius* de arte Poetica „habet, non ad carminis tantum pangendi „facultatem, ſed ad omnis ſtili obſeruatio„nem pleraque pertinent. *Diſſ. T. III. p. 547. ſq.*

Myſteria huc & ad omnem quoque eloquentiam pertinentia plurima quoque in Epiſtolis & Satyris eius abſconduntur.

Cetera, quæ ad hanc artem pertinent, ex Rhetorum & Scholiaſtarum ſupra laudatorum ſcriptis petenda ſunt.

§. 4.

G. I. VOSSIVS.

Inter recentiores paucos, ſed eximios nominabimus. Quantum ad facilitatem & ſimul plenitudinem ac copiam, præcipuus eſt GERH. IO. VOSSIUS, qui opus de *Inſtitutione Poetica* ſcripſit, præſtantius longe

ge *Poetica Gieſſenſi*, quæ olim magni habebatur. Cap. IV. I. Ars Poetica.

Quod ſublime iudicium & incomparabilem Criſin attinet, diuinus eſt SCALIGERI *de Arte Poetica* liber, in quo cum antiquis ipſis certauit, & pœne illis comparandus. Ex *Virgilii* potiſſimum ſcriptis compoſitus eſt. SCALIGER.

NATTA quoque Italus multa eloquentia argumentum hoc percoluit haut infeliciter: vt & inſignis Vir *Iouianus Pontanus*, in duobus Dialogis *Actio* & *Antonio*, in quibus artem poeticam Virgilianis exemplis demonſtrat & ſummam quaſi artis poeticæ inſtillat. NATTA. IOV. PONTANVS.

„*Iouianus Pontanus* ſua iudicia de Poe„tis alieno potius debet ingenio, quam „ſuo. *Sæc. IV. p. 380.*

## II. POETAE GRAECI.

### §. 5.

Nunc Poetarum quoque ipſorum mentio faciendaſ licet etiam ad Philoſophiam pro ratione argumenti poſſint referri, & vel propterea in iis nemo Philoſophia deſtitutus bene & feliciter verſari queat.

Catalogum Poetarum recenſet GERH. IOH. VOSSIVS in opuſculo de *Poetis Græcis & Latinis*, quo totam illorum hiſtoriam ſummatim deſignauit. G. I. VOSSIVS.

LILII GYRALDI magnum & inſigne extat opus *de Poetis Græcis & Latinis*, quo totam eorum hiſtoriam fuſius & diligenter perſequitur. GYRALDVS.

*Vos-*

Digitized by Google

Cap. IV. 2. Poetæ Græci.

*Vossius* se eius exemplo instigatum scribit, vt simile quid in Historia Græcorum & Latinorum Poetarum præstaret. In principio alias operis eius *Vossius* fabulam illam de Sybillinis versibus refutat; cui addi potest *Onuphrius Panuinius* integro scripto *de Sybillis* & ERASMI SCHMIDII *Sybillina*. Edidit *Oracula Sybillina* cum notis *Obsopæus*.

Oracula Sybillina.

§. 6.

Inter POETAS GRAECOS ætate *Homerum* præcedunt ORPHEVS, CALLIMACHVS, MVSAEVS. Priorum Hymnos edidit *Bonauentura Vulcanius*; de vltimo quædam *Barthius* emisit. *Orphei*, quæ hodie supersunt, suppositicia sunt.

ORPHEVS. CALLIMACHVS. MVSAEVS.

„*Orpheus* quoque Argonautarum expeditionem descripsit: id quod antiquissimum vulgo putatur e gentilibus monumentum. Sed & *Musæus* & *Linus* tum claruere; de quibus *Augustinus 18. C. D. 14. Historia Vniuersalis ab O.C. AEtate III. p. 355.*

„*Callimachum*, Hymnorum & Epigrammatum scriptorem cum scholiis Græcis veteribus & versionibus *Frischlini*, huiusque & suis notis edidit *Henr. Stephanus*, an. 1577. Græce. Antea Basil. 1557. & Paris. 1566. prodierat. Theologiæ Ethnicæ fabularumque studiosis ingens parata materies. *Comment. de Scr. p. 33.*

„*Musæi* Poema sæpius editum, etiam in *Henr. Stephani* maiori Opere. *Ibid. p. 79.*

§. 7. In-

§. 7. Cap. IV.

Inter EPICOPOS Græcos quatuor sequentes principatum tenent, ex quibus scilicet reliqui rivos suos deduxerunt. 2. Poetæ Græci.

Primus omnium est HOMERVS, fons Poetarum, cuius duo extant Epica Carmina, *Ilias* & *Odyssea*. Epos hoc in libello *de Arte Poetica Aristoteles* maxime commendat, & ostendit, quod Comœdiæ & Tragœdiæ ex *Homero* ortum traxerint. Certe plurimi veterum Poetarum artem suam *Homero* debent. HOMERVS.

Notandum hic omnium difficillimum & artificiosissimum esse carmen Epicum, nec credibile pœne esse quantum artis ad σύνθεσιν τῶ ἐπῶν requiratur, vt scilicet bene omnia constituantur, apte etiam inter se cohæreant, ac non nimis producatur carmen, quæ omnia quis secum præmeditata habeat necesse est, antequam scribendo manum admoueat. Et hinc est, quod inter recentiores nemo, (quamuis optimi alias Poetæ, vt *Heinsius* & alii) Epos scribere ausus sit.

Quod autem dicitur *Homerum* in *Iliade* perfectam vitam practicam, in *Odyssea* theoreticam descripsisse voluisse, valde ambiguum est; quin potius videtur in *Iliade* virtutem bellicam, prudentiamque militarem, in *Odyssea* prudentiam ciuilem vna cum profundioribus consiliis descripsisse.

Notandum, admiratione dignum videri, quod vix hodie in Academiis reperiantur Professores Græcæ Linguæ, qui *Homerum* studioſæ

Cap. IV. 2. Poetæ Græci.

dioſæ iuuentuti explicare poſſint, cum tamen non ita difficilis ſit. Verum integer ſc. legendus prius eſt, & vno aut altero libro lecto vix ad ſummam proficietur.

Commentatores eius ſunt, breuior *Didymus*, ſeu quis alius eſt auctor, qui ſæpius cum textu *Homeri*, etiam in nupera editione Lugdunenſi Bataua editus eſt; & *Euſtathius* Theſſalonicenſis Epiſcopus, cuius prolixus & pereruditus Commentarius extat, quo & plurimæ hiſtoricæ philoſophicæq; diſſertationes & ſubtiliſſimæ criſes continentur. Editus eſt Romæ, Baſileæ tribus tomis fol. Venetiis, quatuor tomis in fol. cum indice, qui integrum tomum explet. Latine vnus verſus eſt.

*Io. Caſelius*, quem ſæpius honoris cauſſa nominamus & *Horneius* eruditionis cupidæ iuuentuti eum diligentiſſime commendarunt. *Ioachimi Camerarii* eruditiſſimæ notulæ in hunc Poetam extant, ſed, vt cetera fere omnia viri huius, rariſſime reperiuntur. *Philippi Melanchthonis*, communis præceptoris Germaniæ, Lectiones quædam etiam in *Homerum* impreſſæ ſunt.

Editio *Io. Spondani* Græco-Lat. in fol. vſitatiſſima; notæ nullius momenti, quasque *Caſaubonus* futiles vocauit. Hodie fortaſſis Amſtelodamenſis nuperrima præſtantior. Geneuæ quoque impreſſus eſt, ſed minus accurate, in *Corpore Poetarum Græcorum*, quod duobus

Digitized by Google

duobus tomis conſtat; ſplendidisſime inter *Poetas Epicos* editione *Stephanica*. Cap. IV. 2. Poetæ Græci.

*Macrobius Homerum* cum *Virgilio* comparauit. Sed de hoc opere infra dicendum.

„Eodem tempore *Homerus* (de cuius ætate alii mirifice variant, ſicut ex parte oſtendimus in Notis Velleianis) natus creditur; anno ſcilicet 168. poſt expeditionem Troianam, ſiue conſpirationem ad Aulidem. Huius elogia pleno ore tota declamauit vetuſtas; qua de re notauimus quædam ad Velleii l. 5, *Hiſtoriæ Vniu. ab O. C. ætate IV. p. 5.*

Ab *Homero* & *Heſiodo* incipiendum eſt; quorum de temporibus iam antiquitus eſt non vno modo dubitatum: dum alii hunc ante illum ponunt; alii vetuſtiorem *Homerum* faciunt; nonnulli æquales ſtatuunt & vtrumque a Troiano bello vel propius vel longius abeſſe contendunt. Si *Homerus*, vt multi crediderunt, centum & ſexaginta fere annis a temporibus belli, quod compoſuit, Troici abfuit, floruerit anno mundi 2958. ante æram Chriſtianam 1026. Periodi Iulianæ 3688. ex chronologia *Petauii*, a quo non parum diſcrepat Canon Chronicus *Seldeni*.

„In laudando *Homero* omnium ſæculorum ingenia certauerunt. Et ſane *Ilias* eius & *Odyſſea*, ſiue diſpoſitionem & οἰκονομίαν admirabili ſolertia excogita-

Cap. IV. 2. Poetæ Græci.

„tam, siue mores & omnem philosophi-
„am carminis, siue artem poeticam & e-
„loquentiæ cultum spectes, ita præcellunt,
„vt nec comparari, nec præferri vlla poe-
„sis possit. Ad artis quidem & inuenti
„singularis gustum capiendum omni illa
„disciplina opus est, quam *Dionysius Ha-*
„*licarnassensis*, *Dionysius Longinus*, *Ci-*
„*cero*, *Quintilianus* in Oratoriis scriptis;
„*Iulius Cæsar Scaliger* in toto *Poetices* o-
„pere ad commendandum *Maronem*
„sæpius, quam *Homerum*, subtili explica-
„tione adhibuisse putantur. Quantum
„autem scientiæ & prudentiæ ad negotia
„pacis bellique tractanda insit, *Plutar-*
„*chus* & *Dio Chrysostomus* ex professo, &
„per occasionem *Polybius*, *Strabo* aliique
„declararunt.

„Vtrumque vastis & eruditis commen-
„tariis Græcis *Eustathius* Episcopus Thes-
„salonicensis illustrauit. Extant & Græci
„veteris Scholiastæ *Didymi*, siue alius is
„est, breues notæ: vt & in Bibliothecis in-
„editæ nonnullæ. In *Spondani* Latinis
„Notis quid desiderari debeat, eruditis
„notum est.

„Ex *Homero*, tanquam fonte, omnium
„Poetarum Philosophorumque veterum
„dimanasse flumina vario imitandi gene-
„re, diuersissimaque etiam scribendi &
„differendi ratione, nemo ignorat. Quo
„tempore Romani erant eruditissimi, sin-

gul

„guli versus tanti Poetæ pro consiliis, re- Cap. IV.
„ponsis, ratis sententiis, grauiter apteque 2. Poetæ Gr
„dictis, audiri publicis priuatisque in nego-
„tiis solebant. Postquam Græcæ literæ
„ad paucissimorum studia cœperunt per-
„tinere, etiam antiqua mysteria sapientiæ
„in solidum ignorantur, *Homerique* fama,
„non æque notitia manet.

„Indubia sunt eius opera, *Ilias* & *Odyss-*
„*sea*. Tribuuntur ipsi & alia, *Batracho-*
„*myomachia*, quam *Daniel Heinsius* ele-
„ganter Latine interpretatus est; *Hymni*,
„*Epigrammata*, de quibus iam olim dubi-
„tatum est. Nouam editionem cum Scho-
„liis hactenus ineditis a doctissimo *Græuio*
„expectamus. *Comment. de Scr. initio.*

„Ex *Homero* itidem, non est locus huius
„argumenti, (Iuris naturæ & gentium) qui
„non possit instrui. Sed quæ exprimun-
„tur vocabulis, & monstrantur titulis, fa-
„cilius hoc nomine æstimantur: quæ au-
„tem politicis inuoluta sunt artibus, eru-
„ditioribus copiosam prorsus messem bo-
„næ frugis suppeditant. *Præf. ad Grotium de I. B. & P. p. 16. sq.*

§. 8.

Alter Poetarum Epicorum HESIODVS est, Poeta egregius facilis, purique sermonis summus amator, qui tamen propter argumenta remotiora ab ingenio animoque iuuenum plerumque illis negligitur & solis doctis relictus videtur. Eiusdem alias æta- HESIODVS.



Digitized by Google

Cap. IV 2. Poetæ Gr.

tis cum *Homero* fere cenſetur, ſcripſitque duo opera carmine Epico; alterum de *Theogonia*, quod propter fabuloſam veterum Hiſtoriam difficilius nonnihil eſt; alterum *Operum & Dierum*, vt appellat, quod argumenti œconomici eſt, adeoque, vt dixi, non in omnibus ad guſtum adoleſcentum. Continet tamen multa egregias obſeruationes de agricultura, nauigatione, mercatura, venatione (cuius etiam ſpeciem veteres barbari latrocinium putarunt) & aliis acquirendi modis, vt loquuntur veteres & Philoſophi. Epos *Heſiodi* breuiori ambitu abſoluitur, quam *Homeri*. Editio *Stephani* optima eademque rariſſima eſt; *Daniclis Heinſii* omnium præſtantiſſima cum ſcholiis Græcis *Procli*, *Moſchopuli*, *Tzetzæ* & notis eruditis; typis Plantinianis an. 1603. *Paſoris* aliquo modo deterior. Scholiaſtes eius non adeo magni æſtimatur.

„*Heſiodus* reuera etiam in carmine ſuo, „ab Homericis ſcribendi rationibus multum diuerſo, princeps & auctor exempli „vix imitabilis haberi debet. Sed facilius „*Homerum* quam *Heſiodum* intelligas. *Homero* nuſpiam propior eſt, quàm in *Scuto Herculis*: egregio Politices militaris „monumento. Quamquam *Heſiodo* tribui hoc carmen non ſinunt eruditi. *Opera & Dies* (ſi modo tam bene Latine „ſonant, quam in Græco indice, ἔργα καὶ ἡμέραι) obſcurauit arcana & vix hodie „ſatis

Digitized by Google

„ſatis euoluta doctrina de vitæ humanæ „ætatibus, ætatum periodis, periodorum „contextu & ſerie, cauſſarum fabulari in„uolucro implicitarum ordine, in quo ex„plicando vix eſt vt hodie etiam eruditis„ſimi conſentiant. *Theogonia* pars eſt hu„ius Philoſophiæ, quæ, niſi detracto fa„bularum tegmine ad humanarum actio„num & vtriusque fortunæ conſecutio„nem referatur, mutila erit Heſiodei car„minis *διδασκαλία* minusque erudiet ac „mouebit lectorem. Exiſtimatque *Ioſe„phus Scaliger*, in enarrando operum *He„ſiodi* argumento *Manilium* haud parum „aberraſſe. Eſt autem nobiliſſima hæc „Oeconomices diſciplina, tum de acqui„rendis, tum de conſeruandis, quibus vi„uitur, & bene viuitur, in agricultura & „nauigatione: ſubſtructis ad robur & de„cus operis ſuſtinendum ethicis & politi„cis præceptis de iuſtitiæ ſtudio, ſine quo „nec priuata nec publica vita fine ſuo po„tiri poteſt; de bonis fortunæ; de indu„ſtriæ rationibus feliciter aut infeliciter „ſubductis; quæque alia eodem perti„nent. In dierum diſtinctione & obſer„uatione ſuperſtitioſa quædam miſcentur: „qualia nec hodie vulgo hominum exi„muntur. In editis exemplaribus ad „ſplendorem Bibliothecarum pertinent „*Henrici Stephani* Poetæ Græci, *Homerus*, „*Heſiodus* & alii, auſpiciis *Huldrici Fuggeri*,

Cap. IV. 2. Poetæ Græci.

„forma ampliſſima, typis nitidiſſimis im-
„preſſi 1566. Cum ſcholiis Græcis edidit
„*Heſiodum* Venetiis *Io. Franc. Trinca-*
„*uellus* 1537. cum verſione Latina carmi-
„nis, ſcholiis Græcis, eruditiſſima εἰσαγω-
„γῇ & præſtantibus Notis *Dan. Heinſius*
„1603. Et nuper doctiſſimus *Græuius* dili-
„genter recenſitam, exquiſito Lectionum
„Heſiodearum & variarum notarum li-
„bello auxit. *Comment. de Scr. p. 4.*

„*Theogonia Heſiodi* non aliud eſt, quam
„Hiſtoria regum *Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 115.*

§. 9.

Sequitur nunc APOLLONIVS, Poeta Epicus præclariſſimus, qui *Argonautica* Græca, quemadmodum *Valerius Flaccus* Latina ſcripſit, & omnem Homeri artem accurate ſibi obſeruandam putauit. Scholiaſtes eius omnium doctiſſimus eſt, & ſubtiliſſimus, ſicut ſupra dictum. Ipſum Poetam cum verſione Latina & ſcholiis Græcis, tamen absque verſione, edidit *Henr. Stephanus.*

„*Apollonius Rhodius Argonautica* reli-
„quit libris IV: edidit cum Scholiis Græcis
„vetuſtis, quæ palmam inter alia omnia
„in alios Poetas ſcripta obtinere exiſti-
„mantur, *Henr. Stephanus* anno 1574. abs-
„que Latina verſione. Et iam ante cum
„iisdem ſcholiis Græce editus erat Floren-
„tiæ 1496. ita vt textus totus literis maius-
„culis exhiberetur; quæ editio inter orna-
„menta Bibliothecarum cuſtoditur. Græ-
„co-Latine Lugd. Bat. prodiit per Holtzli-
„num.

„num. Quam præclarus ſit Poeta, duo Cap. IV.
„potiſſimum argumenta oſtendunt: pri- 2. Poetæ
„mum quod ſæpius *Virgilio*, ſummo Poetæ, Græci.
„ad imitationem placuit; deinde quod i-
„mitator eius *Valerius Flaccus* in eadem
„πραγμαλείᾳ infra exempli, quod ſibi pro-
„poſuit, modulum valde relinquitur, Po-
„liticus de cetero Poeta, quales Epicos o-
„mnes eſſe decet. Carmine redditus latine
„cum annot. *Valent. Rotmari*. Baſil. 1572. 8.
*Comment. de Scr. p. 35.*

OPPIANVS de re Venatoria carmen Epicum ſcripſit eruditiſſimum, de quo præ- OPPIANVS.
clare meritus eſt *Conradus Rittershuſius*, qui cum verſione latina, ſcholiis Græcis antiquis & eximiis notis edidit. Propter argumentum vero œconomicum ſolis itidem eruditis hic Poeta relinquitur.

„*Oppianus* Poeta Græcus, cum veteri
„Scholiaſte Græco & notis *Conr. Ritters-*
„*huſii* editus Lugd. Bat. 1597. Gr. Lat. in 8.
„Poeta perdoctus, cuius præfationes ſin-
„gulorum librorum panegyricis inuen-
„tionibus aulicisque præcellunt. *Comment.*
*de Scr. p. 67.*

„Sub M. Antonino Philoſopho ad A.C.
„173. Hieronymianum *Euſebii* Chronicon
„annotat: *Oppianus* Cilix, Poeta agnoſci-
„tur, qui *Halieutica* miro ſplendore con-
„ſcripſit. Sed Seueri temporibus ætas eius
„potius congruit, & carmen Antonino, non
„Philoſopho, ſed Caracallæ Seueri filio



Digitized by Google

Cap. IV. 2. Poetæ Græci.

„inſcriptum, ſicut oſtendit *Conr. Ritters-*
„*huſius* in Proœmio in illum Poetam &
„*Scaliger* in Animaduerſionibus in *Euſebi-*
„*um.* Edidit *Oppianum Conr. Rittershuſius*
„cum eruditiſſimis notis & verſione locu-
„pletiſſima, adiectis Græcis ſcholiis pror-
„ſus ita, vt in hunc diem nihil conſumma-
„tius in eum ſcribi potuerit, nec quisquam
„cogitauerit, quicquam addendum eſſe.
„Vere autem *Oppianus* implet menſuram
„nominis ſui dicique poteſt Phœnix ſui
„ſæculi; nihil enim eius verbis eſt docti-
„us, nihil politius, in quibus deprehen-
„duntur veſtigia clariſſima ciuilis pruden-
„tiæ, vt appareat, eum myſteria huius
„Philoſophiæ optime intellexiſſe, quod
„in primis videre eſt in digreſſionibus &
„ſtatim in Proœmio. Duplici autem no-
„mine laudandus eſt, quod primo perfe-
„ctiſſimi Poetæ menſuram impleuerit,
„deinde quod in argumento minus in hanc
„rem apto id præſtiterit, quod plerique
„tanquam ſcabrum & ſalebroſum fugiunt.
„Quanti autem hoc ſit operis, ſoli ſciunt
„viri in eruditione primores. Vnde non-
„nulli etiam *Virgilium* non tam fuerunt
„admirati propter *AEneida*, quippe quod
„argumentum illud Carminis Epici capax
„ſit, quam propter *Georgica*. Tentarunt
„eandem materiam noſtro ſæculo Viri do-
„cti, ſed quia id ipſis non ſucceſſit, cum ne
„ideam quidem tanti carminis animo

„com-

Digitized by Google

„comprehendere potuerint, nominibus parcimus. *Sæcula IV. p. 163.* Cap. IV. 2. Poetæ Græci.

„Quando quidem hac de re (*circa negotium de piſcatione*) cogitatio ſuſcipitur, „valde profuerit cognouiſſe, quæ Poeta „modo laudatus & in hoc genere incomparabilis *Oppianus*, præſertim libro nominato (*tertio Halieut.*) non explicauit minus, quamſuaſit *Inſtitut. Polit. p. 273. ſq.*

§. 10.

Sequioris iam ævi eſt APOLLINARIVS, qui *Paraphraſin Pſalmorum* ſcripſit ſæpius editam a *Rob. Stephano* & aliis. Certauit cum eo *Dion. Petauius* in ſua *Paraphraſi Pſalmorum Græca* & eum vicit. Hoc opus inter Petauiana præcipuum eſt, editum Pariſiis & Francofurti. APOLLINARIVS.

„*Apollinaris* Laodicææ in Syria Epiſcopus *Paraphraſin* Græcam Carminicam „*Pſalmorum* ſcripſit, ſatis celebratam, edit. Gr. *Rob. Stephano* Pariſ. 1552. Gr. Lat. „Francof. Cum hoc certauit, & omnibus „modis eum vicit *Dion. Petauius*, edita i„tidem *Paraphraſi* Græca metrica Pſal„morum, Pariſ. 1637. in 12. *Comment. de Scr. p. 73.*

CONSTANTINVS MANASSES, cuius extant *Annales* Græci, carmine Heroico ſcripti ante 700. circiter annos. Eos *Meurſius* edidit. CONST. MANASSES.

GEORGII PISIDAE *Hexaemeron* ſeu Opus Creationis Baſileæ & Pariſiis. GEORG. PISIDES.

Cap. IV. 2. Poetæ Græci.

„*Georgii Piſidæ Hexaemeron*, pro ca-
„ptu ſæculi ſatis eloquens, & interdum e-
„ruditum. *Comment. de Scr. p. 85.*

TZETZES. TZETZAE Carmina Hiſtorica.

NONNVS. NONNI *Dionyſiaca* & *Paraphraſin in Iohannem* edidit *Petrus Cunæus.*

„*Nonni Panopolitæ Dionyſiaca* cum No-
„tis *Petri Cunæi* & *Ioſ. Scaligeri*, Hanov. 1610. *Comment. de Scr. p. 79.*

PHILE. PHILAE fœminæ Iambos *de proprietatibus animalium* Græce & Latine cum auctario edidit *Ioachimus Camerarius.*

§. II.

POETAE DRAMATICI & TRAGICI tres ſunt, quorum vter alteri præferendus ſit, inter eruditos non conuenit. EVRIPIDES facillimus horum eſt, SOPHOCLES ſublimior ingenio & ſtilo; ſicut etiam AESCHYLVS.

„*AEſchylo* iungendi *Sophocles* & *Euri-*
„*pides* eiusdem generis & ſæculi Poetæ, vt
„triga perficiatur ſane quam præclariſſi-
„ma. Ad hos Poetas legendos nemo fe-
„liciter acceſſerit, niſi de inſtituto eorum
„& arte bene edoctus. Cuius diſciplinæ
„pleraque traduntur in fragmento aurei
„libelli *Ariſtotelis Poeticis*, & *Dan. Heinſii*
„opuſculo *de Conſtitutione Tragœdiæ.* At-
„que hi Poetæ Tragici ingenia & mores
„principum virorum, vitia & fata aularum,
„luctantes cum affectuum vehementia
„rationis dictatus, vltricem facinorum
„atro-

by Google

„atrocium prouidentiam graphice ob o- Cap. IV.
„culos ponere ſtudent. Et quia magnis 2. Poetæ
„ſceleribus iura naturæ intereunt, ordina- Græci.
„ria quaſi Philoſophia ex omni occaſione
„iuris naturalis vis & ſanctitas explicatur
„ac demonſtratur; ſophismata etiam, &
„vani colores in hunc locum frequenter
„inferuntur. Multum ergo iuuare hæc
„Dramatica Poeſis exiſtimatur emenda-
„tionem morum, omnemque diſcipli-
„nam ciuilem; ita vt Poetæ inſtituto con-
„ueniant, quæ *Horatius* choro in tragœ-
„dia tribuit:

„*Ille bonis faueat que, & concilietur amicis,*
„*Et regat iratos, & amet peccare timentes;*
„*Ille dapes laudet menſæ breuis: ille ſalubrem*
„*Iuſtitiam, legesque, & apertis otia portis:*
„*Ille tegat commiſſa, Deosque precetur & oret,*
„*Vt redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.*

*Comment. de Script. p. 8.*

Nulla certe EVRIPIDI virtus deeſt: EVRIPI-
interim tamen *Ariſtoteles* in eo reprehendit, DES,
quod non vbique ſatis bene diſponat. Et
fatendum ſane non magis de eo, quam de re-
liquis duobus, etiam σύςασιν eorum non
ſemper eſſe ſatis accuratam & perfectam, ſed
in

Digitized by Google

Cap. IV. 2. Poetæ Græci.

in vna Tragœdia meliorem, quam in alia. De cetero inter Tragœdias eius duæ præ ceteris palmam merentur, *Hecuba* scilicet & *Hyppolitus*. Editio *Pauli Stephani* in 4to Græco-Latina optima est, cum scholiis Græcis diuersorum auctorum.

„*Sophoclem Euripidi* non hæsitanter „præferunt, qui magnitudinem & subli„mitatem Tragœdiæ tantum spectant: „qui ad omnes Eloquentiæ, Philosophiæ, „Poeseos dotes animum aduertunt, nul„lum laudis genus abesse iudicant. Et, si „quid infra cothurni pompam videtur, „quin probabili ratione excusari queat, „haud longa dubitatio est. *Euripidem* „hunc cum Græcis scholiis, non in omnes, „sed in septem Tragœdias Latina versione „& variis Annotationibus publicauit iti„dem *Paulus Stephanus* anno 1602. ne de „ceteris editionibus dicatur. In scholiis „Græcis, vt non vnus auctor, ita non „omnia valde accurata sunt. *Comment. de Scr. p. 11.*

§. 12.

SOPHOCLES

SOPHOCLIS editio optima est Græco-Latina *Stephani* cum Scholiis Græcis.

„*Sophocles* iam perfectior est: (nempe „*Euripide*) cuius cothurni grauitas & so„nus plerisque admirationi fuit. In hunc „quoque extant Græca scholia, Romæ „primum seperatim edita. Nam postea „creuere adiectu aliorum non æque præ-

„stanti-

Digitized by Google

„ſtantium. Præclare de hoc Poeta me-
„ritus eſt *Guilielmus Canterus*, cuius edi-
„tio Græco-Latina diu occupauit manus
„ſtudioſorum hominem. Cum omni-
„bus Græcis ſcholiis & Latina *Viti Winſe-*
„*mii* ad verbum interpretatione, Notis-
„que *Ioach. Camerarii* & *Henr. Stephani*
„excudit Paulus Stephanus 1603. quæ e-
„ditio omnibus aliis præſtat. *Comment.*
*de Scr. p. 10. ſq.*

AESCHYLI, *Rob. Stephani*, cum ſcho- AESCHY-
liis Græcis, Geneuæ & Lugduni. LVS.

„Ante *Pindarum* plerumque ponitur,
„ſed ita, vt æqualis eius temporis haberi
„debeat *AEſchylus* Poeta Tragicus. De
„quo *Fabius Quintilianus*: *Tragœdias* *Inſtit. Orat. l. 10. c. 1.*
„*primus in lucem* AEſchylus *protulit, ſub-*
„*limis & grauis & grandiloquus ſæpe vs-*
„*que ad vitium: ſed rudis in plerisque &*
„*incompoſitus.* Nihil enim ſimul inchoa-
„tur & perficitur. Vnde *Petrus Victori-*
„*us*, cum ſententiarum grauitatem & ele- *in præfat.*
„gantiam ſermonis ipſi tribuiſſet, *Fabium*
„liberalius explicat. *Magnis*, inquit, *ille*
„*crebrisque teſtimoniis grauiſſimorum &*
„*Græcorum & Latinorum Scriptorum cele-*
„*bratus eſt, & non vt Poeta ſolum, ſed eti-*
„*am vt Philoſophus ac ſcientia reconditа-*
„*rum artium ornatus. Nam quantopere*
„*etiam ſtudium ſuum adiuuerit, & quan-*
„*tum dignitatis ei apportarit, quod prius*
„*rude admodum atque inchoatum fereba-*

„*tur*

Cap. IV. 2. Poetæ Græci.

„tur (*quamuis ſummum ipſius attingere „non potuerit*) *ab vtriusque linguæ magnis „auctoribus memoriæ mandatum eſt.* Ex„tant Græca in eum ſcholia, quorum præ„ſtantiam inde colligas licet, quod *Euſta„thius, Homeri* interpres, ſæpe illa laudat, „exiſtimatque *Petrus Victorius*, his ſcho„liis inter ea, quæ Tragicorum trigæ ac„ceſſerunt, merito primas deferri opor„tere. Sunt & alia inedita ſcholia, præ„ſertim in Promethea vinctum, quæ ex „Italia transmiſſa in Bibliotheca Sereniſſi„mæ Reginæ Chriſtinæ vidi. Impreſſit *Hen„ricus Stephanus* Græce anno 1557. An„te annos paucos Londini in Anglia for„ma maiore Græco-Latina editio cum „Scholiis & Notis prodiit. *Comment. de Scr. p. 7. & 9.*

§. 13.

ARISTOPHANES.

Ex comicis vnus ARISTOPHANES integer ad nos peruenit, qui ad exemplum veteris Comœdiæ ſcripſit. Scholiaſtes eius eruditus ſatis videtur, ſed aliorum ſcriptis interpolatus. Baſileenſis editio vſitatiſſima eſt. *Brodæus* in fol. edidit. *Plutum* eius cum notis ſeorſum aliqui edidere.

„*Ariſtophanis* Comici ſuperſunt de plu„ribus *XI. Comœdiæ.* Atticæ eloquentiæ „nobile exemplum celebratur. Quare „magiſtri Græcæ linguæ eius auctoritate „frequenter vtuntur. Qui legere volent, „de inſtituto Comicæ Poeſeos, omnique philo-

Digitized by Google

„philoſophandi genere his Poetis vſitato „comparatam debent habere notitiam. „*Io. Chryſoſtomus* ex diligentiſſima *Ariſto-* „*phanis* lectione non parum facundiæ, & „in corripiendis vitiis, muliercularum præ- „ſertim, diſciplinæ hauſit. Hunc pri- „mum ex officina Aldi edidit *Marcus Mu-* „*ſurus* Cretenſis; deinde Florentini au- „ctiora ſcholia Græca antiqua in nouem „Comœdias adiecerunt. Quibus diſtra- „ctis exemplaribus ex officina Frobeniana „Baſileæ 1547. *Sigismundi Gelenii* opera „prodiit Græce cum ſcholiis. Græce & „Latine Poetam edidit *Nicod. Friſchlinus* „1597. An, 1607. Geneuæ Græce & Latine „impreſſus eſt cum antiquis & nouis ſcho- „liis. *Comment. de Script. p. 16.* Cap. IV. 2. Poetæ Græci.

§. 14.

MENANDRI, qui ſummus Comicorum fuit & ad exemplum nouæ Comœdiæ ſcripſit, fragmenta tantum ſuperſunt. MENANDER.

LYCOPHRONIS *Comœdia* Græce extat obſcuriſſima cum Scholiis *Tzetzæ*. LYCOPHRON.

De reliquis videndus eſt *Athenæus* in libro quem δειπνοσοφίσαι ſeu *Conuiuæ Sapientes* inſcripſit, quique doctrinæ myſteriis, hiſtoriis & Criſi in veteres auctores abundat & ſimiliter atque *Stobæus*, multa veterum Comicorum fragmenta conſeruauit.

§. 15.

Inter LYRICOS PINDARVS eſt grauis & in ſuo genere abſolutiſſimus Poeta, PINDARVS.

quem

Digitized by Google

Cap. IV. 2. Poetæ Græci.

quem dum *Horatius L. IV. 2.* laudat, & difficultatem imitationis exponit, artificio quodam proprias laudes effert, vt qui ipse *Pindarum* æmularetur, idque feliciſſimo ſucceſſu. Scholiaſtes eius nullius momenti eſt. Edidit vero eum *Eraſmus Schmidius*, Græce Linguæ Profeſſor eruditiſſimus Witteberge cum Commentario, qui inter reliqua Viri huius opera eminet. *Lexicon* quoque *Pindaricum* ſatis egregium (in quarto) Commentarii inſtar eſſe poteſt.

„In idem ſæculum congruit *Pindarus*, „Thebanus, Poeta Lyricus cuius de multis operibus non ſuperſunt, niſi Odæ aliquot Olympicorum, Pythiorum, Nemeorum, Iſthmiorum. Maieſtatis & ſublimitatis ſtili omnes numeros implevit: argumento ſpectaculorum ſacrorum Theologiam gentilem & politicen mira grauitate ita intexuit, vt ad virtutem & gloriam Reipublicæ debitam animos vndique inflammaret. Qui vult legere, præmittat iudicium *Horatii Carm. Lib. IV. Od. 2.* & *Danielis Heinſii* Orationem enarrationi tanti Poetæ præmiſſam. Editiones multæ, ſine ſcholiis Græcis & cum his Baſileæ & alibi prodierunt: Scholia etiam ſeorſum vulgata ſunt. Pauca ſunt in iis, quæ ſpiritum & genium Pindaricum decere videntur. *Eraſmus Schmidius* anno huius ſæculi XVI. Witteberge diligentiſſime recenſuit,

Digitized by Google

„fuit, cumque ſuis curis, quæ omnium „iudicio probantur, emiſit. *Comment. de Scr. p. 7.* Cap. IV. 2. Poetæ Græci.

*Angelus Baſſus*, ſeu, vt a patria appellari voluit, *Politianus*, cetera eruditus plane vir, ſed religionis ſatis imperitus, *Pindarum* Pſalterio *Dauidis* comparare ſolebat, eo quod vterque de virtutibus & vitiis ageret, in eo tamen differentiam impie agnoſcens, quod, quæ ſumma maieſtate ſtili eloqueniatque *Pindarus*, ea ſimpliciſſime Dauîdes in ſuo Pſalterio efferret. Idem ſcilicet *Politianus*, qui Biblia SS. legere noluit, ne quoddam inde ſtilo eius vitium accerſeret.

Minorum Lyricorum Corpus *Henr. Stephanus* edidit, in quo fragmenta ANACREONTIS, BACCHYLIDIS, SAPPHONIS, ALCAEI, STESICHORI, IBYCI, SYMONIDIS & aliorum. Lyricorum Corpus.

§. 16.

Inter GNOMOLOGOS primo loco nominanda ſunt *Aurea* illa *Pythagoræorum Carmina* (vbi tamen, *Pythagoram* ipſum nihil ſcripſiſſe, ſciendum eſt,) in quæ aureus quoque & nullo pretio æſtimandus *Hieroclis* extat *Commentarius* nuper a *Merico Caſaubono* iterum editus, ac cum multa, ſubtiliaque in eodem de natura legum aliisque materiis iuridicis contineantur, ſtudioſo Iuris merito legendus. Aurea Carmina.

Item PHOCYLIDIS *Sententiæ* & PHOCTHEOLIDES.



Digitized by Google

Cap. IV. 2. Poetæ Gr. THEOGNIS

THEOGNIDIS, vetuſtiſſimi & eruditiſſimi Poetæ Elegiaci *Gnomæ*, quæ cum *Siracide* comparari fere poſſunt, plurimaque ad rem Oeconomicam pertinentia habent.

Hos omnes edidit *Ioach. Camerarius* cum ſcholiis ſuis; item *Henr. Stephanus* & *Ioſ. Scaliger*, qui *Cantoris Diſtichа* feliciſſime a Te Græce verſa adiecit. Editio ſane eximia, modo haberi poſſit.

§. 17.

THEOCRITVS.

BVCOLICA & IDYLLIA THEOCRITVS ſcripſit, eruditus Poeta & accuratus, quem *Virgilius* imitatus eſt. Editus alias ab *Heinſio* in 4to cum Scholiaſte Græco.

„Venitur ad *Theocritum*, Syracuſa„num, *Idylliorum* ſcriptorem, cui & *Epi„grammata* quædam tribuuntur. Editio „præſtantiſſima eſt *Dan. Heinſii* Græco„Lat. cum ſcholiis. Ex typographeo „Commeliniano 1596. prodiit vna cum „*Moſcho*, *Bione*, *Simmia*, Græco-Lat. val„de emendate. Ceterum Bucolica Poe„ſis habet aliquid ſecretioris diſciplinæ, „tum in genere eloquendi, tum in figuris „argumenti ad res altiores pertinentibus; „abſque qua intelligentia ineptiæ vide„buntur viris grauibus & ſeriis. *Comment. de Scr. p. 32.*

„SIMMIAE RHODII *Securim*, „*Ouum*, *Alas*, *Aram*, *Syringem*, neſcio „an genuina ſcripta credam. Sæpius e„dita ſunt. In ea *Salmaſius Commentari-*

„um

„*um* edidit pridem, diuenditum, hacte- Cap. IV.
„nus non recusum. Solent etiam *Theo-* 1. Poetæ
„*crito* subiungi, quod & huius Poetæ esse Græci.
„putentur. Ludicrum hoc genus poetan-
„di esse, nemo abnuat. *Ibid. p. 31.*

MOSCHI & BIONIS *Idyllia* edidit MOSCHVS
*Bonauentura Vulcanius*, cuius quidem edi- & BION.
tiones omnes sunt egregiæ.

Item *Grotius Idyllia* quædam Latine vertit, vt solet, felicissime. Neque enim vlli eruditorum fere id quod ipsi contigit, vt incredibili successu, tam in prosa, quam in ligata oratione ex Græco in Latinum transferret. Quod vel *Stobæus* abunde testari potest, ex quo fragmenta omnia Poetarum veterum, quorum alias vix nomina extant, collegit, & cum Latina versione in 4to edidit. Notetur *Stobæum* non tam ob ingenium aut eruditionem apud eruditos in pretio haberi, quam quod tot veterum Poetarum Philosophorumque monumenta nobis in Florilegio suo conseruauit: quæ tamen ipsa, si alibi etiam extant, ex *Stobæo* non citari solent. Edidit alias *Stobæum Henr. Stephanus* in fol-

„*Stobæi* sententiis quis in hoc opere &
„studio (politico) locus esse possit & debe-
„at, facile iudicabit, qui titulos ad
„remp. spectantes locosque communes
„Politicos in ea χρησομαθεία cogitabit. Iu-
„uabitur profundioris cognitionis soller-
„tia in hoc argumento, lectis *Hugonis*

Cap. IV. 2. Poetæ Græci.

„*Grotii* ad verſus Poetarum *Stobæo* colle-
„ctos Prolegomenis. *Diſſ. T. III. p. 368.*

„*Stobæus* eſt ſcriptor locorum commu-
„munium magni propterea æſtimatus,
„quod multa collegit, quibus carendum
„nobis eſſet, niſi apud eum haberentur.
*Diſſ. ad Lipſii Politica p. 83.*

§. 18.

Anthologia.

*Anthologiæ Veterum* EPIGRAMMATUM nobiliſſimum opus eſt, multæque eruditionis, & ex quo apparere alicui poteſt, quantus Veterum Poetarum numerus extiterit. Certe Chriſtina Regina Sueciæ maximi id ſemper fecit, eruditis interdum etiam explicandum vnum alterumue Epigramma ex eodem propoſuit. Vbi tamen notandum, dari quædam, quæ a nemine ſatis intelligi poſſunt. *Claudius* etiam *Salmaſius* aliquot millia Epigrammatum antehac inedita ex Bibliothecis paſſim collegit. Splendidiſſima editio eſt *Henr. Stephani*, ſed Græca tantum: Baſileenſis *Brodæi* Græco-Latina.

SATYRICI Græci, quiid nomen vere mererentur, non extant. Tranſeundum nobis iam ad Poetas Latinos veteres.

## III. POETAE LATINI.

§. 19.

Fragmenta.

*Fragmenta Veterum* TRAGICORVM *G. I. Voſſius* peculiari Opuſculo ex *Ciceronis* aliorumque ſcriptis collecta cum eruditis notulis

Digitized by Google

lis edidit; *Fragmenta antiquorum Poetarum* *Henricus Stephanus* Parisiis 1564. Cap. IV. 3. Poetæ Lat.

PLAVTVS. PLAVTVS Comicus est & latinissimus & eloquentissimus a *Taubmanno* optime editus: verum quia veterem omnino Comœdiam sibi imitandam sumsit, inde multa etiam sibi permisit, quæ extra scenam locum habere vix possunt, & propterea ridicule a plurimis in re seria & graui adhibentur.

„Sequitur *M. Accius Plautus*, nobilis „Comicus, cuius *Comœdiæ* superstites sæ„pius vulgatæ sunt, & quidem Basileæ „cum Notis variorum 1568. Vicit aliorum „industriam *Taubmannus* sua editione „Wittebergensi 1605. Sed & *Dousa* & „*Lernutius*, aliique viri docti plurimi be„ne de hoc scriptore meriti sunt. Quin „præstantissimus Latinitatis auctor sit, du„bium non est; ineptiunt tamen qui ar„chaismos eius obsoletos imitando vbique „inculcant; tum etiam, qui ῥήσεις ioco„sas, ridiculas, certis tantum personis, „præsertim vilibus, conuenientes, aut de „industria ad insolentiam τῦ ἤθους notan„dam affectatas, sine discrimine rebus se„riis, grauibus, tum personis meliori cha„ractere noscendis accommodant. An„te omnia autem institutum Poeseos Co„micæ & tota ratio τῦ καμῳδεῖν ignorari „non debet ab eo, qui cum fructu *Plau„tum* lecturus sit. *Horatius* pleraque „complectitur in *Arte Poetica*. Addatur

 „Disser-

Cap. IV. 3. Poetæ Lat.

„Dissertatio *Danielis Heinsii ad iudicium „Horatii de Plauto*, præmissa *Terentio Comment. de Script. p. 37.*

„*Terentius* & *Plautus* sequuntur, quo„rum merito in hac classe præfulgent no„mina; quippe quorum studium in effor„manda quotidianæ orationis consuetu„dine versatur, adeoque nativam linguæ „proprietatem & puritatem sibi proposi„tam habet; sed longe longeque præfe„rendum duco in comparanda stili facul„tate *Terentium.* Nam *Plautus*, præter„quam quod obscænus sæpe & scurrilis a„nimum frequentat, etiam ideo pericu„lose ab imperitioribus legitur, quoniam „plurima ex trivio & vilissimorum homi„num consuetudine repræsentat, quæ „cum frigore & ineptiis plena sint, rudio„ribus pro elegantia & ornamentis pla„cent. Itaque valde opus est, vt ista di„gnoscantur & a pura orationis venustate „ac civilitate separentur. Quo facto, ce„tera Latinis auribus egregie servient. In „*Terentio* pleraque ista cautio cessat; ita „enim scribit, vt omnia linguam eleganter „loquentis decere possint. *Diss. T. III. p. 536.*

§. 20.

TERENTII. TERENTII contra omnia ad res grauissimas accommodari possunt, etiam vbi de priuatis & domesticis rebus loquitur. Quod apparet ex Arnoldo Ferreno, qui *Paulum AEmilium* continuauit & *Heinsio* in *Ob-*

*sidione*

Digitized by Google

*ſidione Syluæ Ducis*, vbi artificioſiſſime plu- Cap. IV.
rimas ex *Terentio* ſententias inſerit ; quam- 3. Poetæ Lat.
quam alias in illo opere ſublimitatem ſtili maxime affectarit.

*Terentium*, cuius lectio præ *Plauto* omnibus modis commendanda eſt, edidit *Anteſignanus*, Gallus quidam, Lugduni III. Volum. & immani labore. Primo Tomo continentur ipſæ Comœdiæ cum Notis variorum ; ſecundo rurſus eædem Comœdiæ cum Notis *Willichii* & aliorum ; tertio Comœdiæ eædem Gallicc verſæ, cum notis Gallicis haud inelegantibus, quisquis etiam earum auctor ſit ; nam *Anteſignanus* ex ſuo ingenio nihil addidit. Editio alias vocatur Lugdunenſis. Extat quoque exemplar Venetum, cum notis variorum, vt *Guidonis Iuuenalis*, hominis inepti, nec non aliorum etiam. *Glareanus* de metro perpetuo diſputat ; *Weitzii* Notæ ex *Theſauro Critico* & aliorum notis collectæ ſeorſum prodierunt. In *Lindenbrogii* editione *Donati* & *Eugraphii* Notæ additæ ſunt.

„*Terentius* omnis comicæ laudis ma-
„giſter & exemplum eſt. Cuius tantum
„IV. ſuperſunt fabulæ. In quem *Donati*
„extant interdum exquiſitæ notæ, & *Eu-*
„*graphii* non æque magni momenti a-
„nimaduerſiones. Optima editio *Lin-*
„*denbrogii* in 4to. Tum *Gabrielis Faer-*
„*ni : Antonii Mureti* & *Georgii Fabricii* in
„suo. *P. Anteſignani* Rapiſtagnenſis
„triplex Commentatio, tribus voluminibus

Cap. IV. Poetæ Lat.

„bus siue exemplis 1560. Lugduni impres-
„sa; vsque ad minutias curiosa est. Præ-
„mittitur Catalogus interpretum, qui in
„*Terentium* commentati sunt. De *Teren-*
„*tio* alibi multa diximus, & præsertim
„constitutionem singularum fabularum
„ad priscas *Aristotelis* & aliorum leges ex-
„plicauimus. *Cicero* sæpissime & varie
„imitatur *Terentium*, & in iunioribus
„simplicius idem facit *Arnoldus Ferronus*,
„qui *Pauli AEmilii* Historiam Gallicam
„scribendo excepit. *Comment. de Script. p. 38.*

(*Vide Terentium ab ipso Bæclero cum suis & Guyeti Notis vulgatum Argentor. 1657, 8. præcipue in epist dedicat. post Testimonia Veterum & Annotat. initio singularum fabularum.*)

§. 21.

SENECA. SENECAE sub nomine Tragœdiæ circumferuntur, sed non vnius auctoris sunt; nam & ingenium & stilus diuersus est. Vixisse etiam censendus circa Domitiani tempora. *Medea*, *Hyppolitus* & *Troades* præcellunt; *Octauia* humillima est, neque nomen implet. Non omnia præterea in *Seneca* imitanda sunt, sicut etiam in genere alias veteribus non quæcunque ignoscenda. Editiones *Scriuerii* & *Gronouii* optimæ.

„*Seneca* Tragicus, quamuis non idem
„Tragœdiarum scriptor, nouissime Lug-
duni

„duni editus cum notis variorum. *Com-*
„*ment. de Scr. p. 55.*

„*Seneca*, cuius *Tragœdiæ* non vnum
„habent auctorem. Sunt autem præ-
„stantissimæ; plane ad normam artis ab
„*Aristotele* traditæ conscriptæ. Vna est
„*Octauia* quæ leges artis non implet. Edi-
„derunt *Lipsius*, *Heinsius*, *Petrus Scriueri-*
„*us*, cuius editione nihil est exquisitius,
„quæque omnibus aliis palmam præ-
„ripit, sicut sunt omnes istius viri labores,
„qui merito inter doctissimos huius sæculi
„habendus. *Sæcula IV. p. 66.*

Fabulas AEsopicas PHAEDRVS scri- PHAE-
psit aureo libello. DRVS.

„*Phædri* fabulæ sæpius editæ, etiam
„in *Freinshemii* Posthumis; tum a *Tana-*
„*quillo Fabro*. Libellus nunc in omnium
„adolescentum manibus versatur. *Com-*
*ment. de Scr. p. 56.*

„Sub Tiberio vixit *Phædrus* Thrax,
„Augusti libertus. Scriptor eruditissimus
„& dignissimus, qui pueris propone-
„retur; est enim facilis. Meriti sunt de
„eo *Rittershusius*, *Dousa*, *Meursius*, *Scri-*
„*uerius*, *Taneguidus Faber* & *Schefferus*.
*Sæcula IV. p. 66.*

§. 22.

Inter Poetas Latinos EPICOS Princeps VIRGILIVS.
est VIRGILIVS, cuius opera omnia in-
comparabilia sunt. In *Bucolicis* maius, quam
*Theocritus*, quem imitatus est, ingenium



Digitized by Google

Cap. IV. 3. Poetæ Lat.

ostendit. *Georgica* eius non minus egregia. Omnium autem perfectissimum opus *AEneis* est, cui in omnî antiquitate simile nihil extat. *Iul. Cæsar Scaliger* quantum artis in eo lateat, in egregio illo *de Arte Poetica* opere ostendit. In editione *Ludouici de la Cerda* (II. Tomis in fol.) aliquot doctorum virorum Commentarii habentur: quæ vero ex ipsius editoris ingenio profecta sunt, non adeo magni momenti merito censentur. *Taubmanni* editio vsitatior, qui ex *Scaligeri* opere de *Arte Poetica*, vt & *Iouiani Pontani* duobus dialogis *Actio* & *Antonio* pleraque desumsit, de suo vero ingenio, nescio qua pusillanimitate nihil addidit, aut certe pauciſſima; quemadmodum quoque *Weitzius* in editione *Terentii*. Prodiit quoque nuper in Hollandia editio *Schreuelii*, cum *Seruii*, *Donati* aliorumque Notis.

„*P. Virgilius Maro* excellentissimis ope„ribus *Bucolicorum*, *Georgicorum*, *AEnei*„*dos*, inclaruit ad perfectissimi, ipsique *Ho*„*mero*, *Hesiodo*, *Theocrito*, in iis quæ imita„tus est, æquandi, si non præferendi Poetæ „laudem. Sæpius editus cum Notis vario„rum. *Seruii* veteris scholiastæ Notas ex „*Petri Danielis* optima editione cum tex„tu habemus: *Taubmanni* editio diligen„tissima est. Ex Veteribus ad *Seruium* iam „nominatum *Donatus* in Veneta aliisque „editionibus accessit. *Macrobius* in *Satur*„*nalibus* de imitatione *Virgilii* Homerica „operosus est. In iunioribus *Iul. Cæsar* Sca-

*liger*

„ger libros *Poetices* ſuæ pleramque partem „ex *Virgilio* concinnauit, quem totum „perdidicerat. *Ludouici de la Cerda* ingen„tes ſunt Commentarii continentes digna „atque indigna relatu. *Erythræi Index* non „eſt ſpernendus, licet nimis μικρόλογος di„ligens. *Comment. de Script. p. 46.*

„Epici Poetæ non eadem tantum, quæ „Hiſtorici ſolent, diligentia iuris & æqui „rationem in negotiis publicis conſignant; „ſed variis inſuper amplificationibus, in„uentis, diſputationibus, explanant. Sæpe „apud ipſos pars magna οἰκονομίας & con„texendi operis eſt hæc Philoſophia iuris, „de qua loquimur; ſicut in diuina *AEneide* „*Maronis* obſeruari debet, quæ & nullam „particulam iuris naturæ & gentium inta„ctam reliquit. *Præf. ad Grot. de I. B. & P. p. 16.*

§. 23.

LVCRETIVS, Poeta Epicureus & Phyſicus eruditiſſimus, integram Phyſicam ſcripſit, eſtque auctor elegantiſſimæ alias Latinitatis, & quem *Virgilius* ſæpiſſime imitatur, niſi quod perpetuo ἀρχαισμὸς affectat. Eſt quoque idem hoc opus præcipuum Philoſophiæ Epicureæ monumentum, ideoque toties a *Gaſſendo* citatum & illuſtratum. Editio *Giphanii* optima, vna cum collectaneis, quæ indicem exhibere poſſunt. In legibus Argentinenſis Academiæ cautum, a Profeſſore Phyſico ſtudioſæ iuuentuti hunc Poetam explicari debere.

„*Lucretius Carus* in Poetis Latinis ingenio

&

Cap. IV. 3. Poetæ Lat.

„& eruditione magnus, Philoſophiam na-
„turalem ex mente *Epicuri* ſcribendo illu-
„ſtrauit plurimum: ita vt etiam hodie inter
„ſcriptores publice enarrandos Profeſſori
„Phyſico legibus & ſtatutis Academiæ Ar-
„gentoratenſis commendetur. Commen-
„tarius in hunc Poetam nobiliſſimus eſt *Pe-*
„*tri Gaſſendi Philoſophiæ Epicureæ* pars Phy-
„ſica. Pulchellas in eum Notas cum tex-
„tu a ſe recenſito nuper edidit Salmurii
„*Tanaquillus Faber*. In ceteris editioni-
„bus, *Gifanii* cum *Collectaneis* Antwerp.
„1566. præcellit. Archaiſmis detractis, inter
„præcipuos Latinitatis auctores numeran-
„dus eſt; quod vel ex frequenti *Virgilii*
„imitatione apparet. *Comment. de Scr. p. 40.*

§. 24.

OVIDIVS. OVIDIVS, qui de ceteris in Elegiaco cor-
pore regnat, in Epicis illuſtrem locum habet propter *Metamorphoſin*, quæ perfectum Epos eſt & inſigne plane, Hiſtoriis quoque abundans; quod *Guilielmus Canterus* aliquot pagellis pulcherrime oſtendit. *Farnabii* editio cum Notis eiusdem non adeo accuratis vbique hodie ſane frequentiſſima eſt. *Faſti* Ouidiani cum Notis variorum editi Pariſiis, opus egregium, & quod inter Ouidiana iuuentuti primo loco proponendum. *Moriſottus* continuauit, & ſex menſes reliquis adiecit, ſed parum feliciter. In his duobus operibus egregium Criſeos ſpecimen exhiberi poſſet. *Ouidii* Opera omnia edidit *Dan. Heinſius*. Editio *Nic. Heinſii*, Dan. filii etiam extat.

Cap. IV. 3. Poetæ Lat.

„*P. Ouidius Naſo* Latinæ elegantiæ, co-
„piæ & Latinitatis inter Poetas exemplum
„eſt. Editiones plurimæ. De emaculan-
„do textu feliciter ſollicitus fuit *Nicolaus*
„*Heinſius*, nouiſſima editione. *Meta-*
„*morphoſes* magnum hiſtoriæ argumen-
„tum fabularum inuolucro docent: vt &
„*Faſtorum* libri; quos integrauit ad nu-
„merum menſium Cl. *Barthol. Moriſo-*
„*tus*, non ſine periculo nominis ſui, quod
„cum tanto Poeta comparari voluit. So-
„lutæ quoque eloquentiæ amatoribus a-
„ptiſſimus Poeta. Et ſane plurima eius
„carmina detractis numeris ad venuſtæ
„eloquentiæ formam collocari poſſunt.
*Comment. de Scr. p. 48.*

„*Ouidius* in exilio moritur, annotante
„*Euſebio* in *Chron.* ad A. C. XIIX. Quantus
„in ſublimi carmine Epico fuerit, teſtatum
„faciunt libri *Metamorphoſeon*, opus in
„hunc vsque diem paucis intellectum, in
„quo admirabili inuentione hiſtoriam v-
„niuerſalem tradere voluit. Eſt quidem
„in opere Virgiliano plus forſan ingenii,
„at in hoc plus operæ & laboris. Certe
„plerisque eſt hoc opus inacceſſum. *Can-*
„*terus* aliquid monſtrauit, quantum ſub-
„eſſet. Tentarunt idem in lingua ſua
„quidam Galli, ſed infelici conatu, non e-
„nim ſatis eruditionis ad hoc attulerunt.
„In *Elegiis* ſcribendis haud dubie eſt Prin-
„ceps. Male autem in ſcholis libri *de*
„*Ponto*

Cap. IV. 3. Poetæ Lat.

„*Ponto* & *Triſtium* pueris proponuntur, „qui ab ingenio adoleſcentum alieni ſunt. „Rectius explicarentur *Faſti*; qui imper„fecti ſunt; ſex enim tantum menſes ab„ſoluit. Repertus tamen eſt inter Gallos „vir non ineruditus, *Moriſotus*, qui ſex „reliquos menſes maxima quidem cum „laude collegit ex antiquitate, ſed exiſtima„tioni ſuæ non admodum conſuluit, dum „ſcriptum ſuum cum *Ouidii* opere com„parare voluit. Poſſunt quidem eius ver„ſus, qui maximam partem eleganter cur„runt, & ſtilum Ouidianum, phraſes & „formulas referunt, etiam doctis ſatisfa„cere, ſi cum Ouidianis non conferantur: „hoc autem ſi fit, ſemper comparebit ali„quid durum, & a Latinitate *Ouidii* ablhor„reſcens. *Epiſtolæ Heroidum* non ſunt o„mnes *Ouidii*. De ſcriptis quæ perierunt, „nunquam multa dicemus, ſed ad alios „ablegabimus. Sunt & in *Ouidio* quædam „ſuppoſititia. Vid. *G. Io. Voſſius de Poetis „Lat. c. 2. p. 30.* & quando de Poetis loqui„mur, ſemper intelligendus *Lylius Giral„dus*, Vir doctiſſimus. *Aldus* de *Ouidio* „omnium præclariſſime meritus eſt, nec „quisquam eius diligentiam æquauit. *Dan.* „*Heinſius* ſuam ad Aldinam formauit, E„ditionis ſuæ nuper *Nic. Heinſius* guſtum „edidit, ſine notis, qui vndique MSS. „Codd. inſpexit, breui cum notis edituruus. *Sæcula IV. p. 63.*

„Cum

Cap. IV. 3. Poetæ Lat.

„Cum Poetarum ſinguli, præſertim qui „in ciuili materia verſantur, ſuum quis- „que conferre decus perite mutuantibus „non abnuant: ciuilitas tamen ſententia- „rum & totius ſtili quodam genere pro- „pria *Ouidio* eſt. Intelligitur, etiam cum „non dicitur, opus eſſe iudicio in transfe- „rendis a ligata in proſam orationem, quæ „transferri idonea ſunt. Id ſi adfuerit, vix „dici poteſt, quantum vni debere *Ouidio* „queat Orator Politicus. *Diſſ. T. I. p. 121.*

„*Ouidium* etiam ad proſæ eloquentiæ „genus commendauimus. Falluntur e- „nim, qui pangendis tantum carminibus „deſtinant Poetas. Detractis ergo, quæ „mere ſunt poetica & cuiuis attendenti fa- „cile ſe produnt, admiranda eſt in *Ouidio* „orationis puritas, agilitas, facilitas, tam „in verbis, quam in ſenſibus contextuque, „i. e. ea omnia habet *Ouidius*, quæ in pri- „ma huius claſſis dictione & auctoribus „commendamus. Et quando copia & „argumenti varietate abundat, valde pro- „pagari poteſt cognitio Latinitatis ex illo „auctore. *Elegiæ* eiusdem prono & liqui- „do alueo profluunt, vt nullis metri riuis „legibusque contineri, ſed libero ſoluto- „que curſu vti videantur. Etiam in *Me- „tamorphoſi*, vbi grauitatem & artem ad- „miſit, facilitatem & profluentis elegan- „tiæ venuſtatem non excluſit. Si quis „ſubtiliter partiri vellet, poſſet *elegias* pri-

„mæ

Cap. IV. 3. Poetæ Lat.

„mæ clasſi ex iis, quas conſtituimus, tri-
„buere; *metamorphoſes* in ſecundam re-
„ſeruare. Quamquam ſunt nobis cauſſæ,
„cur in prima ſerie etiam iſtas legendas
„cenſeamus: quippe quæ amœnitate ar-
„gumenti alliciunt potius diſcentium ani-
„mos, quam *elegiæ*: præſtantque adeo,
„vt nequaquam ſit difficilior tractatio ex-
„actioris operis, quam illius minus elabo-
„rati. *Diſſ. T. III. p. 538.*

„*Ouidius*, qua Epicus eſt, *Virgilio* ad-
„iunctus intelligitur, etiam cum non no-
„minatur. Magna pars perpetui operis
„non modo expletur, ſed conferitur huius
„philoſophiæ (iuris nat. & gentium) mo-
„mentis. *Præf. ad Grot. de I. B. & P. p. 17.*

§. 25.

STATIVS.

*Virgilium* imitatus eſt STATIVS; de quo tamen diuerſa plane reperiuntur eruditorum iudicia, quibusdam maius adhuc in eo ingenium agnoſcentibus, aliis vero tumoris cuiusdam eum accuſantibus: vnde ſcilicet accidit, vt licet audenti multa feliciter ceſſerint, diſſimilis tamen propterea ſibi factus ſit. Certe ſi accurate quis iudicare voluerit, reuera nec arte, nec ingenio, nec dictione *Virgilio* æquari poſſe deprehendet. Edidit eum *Cruceus*, qui, quod non ſatis eruditionis huc attulerit, mire a Cl. *Gronouio* in erudita *Diatribe ad Statium* perſtringitur.

„Inter Poetas *Virgilium* ſuum *Statius* i-
„mitatus eſt: ita tamen, vt aſſequeretur
„quidem

Digitized by Google

„quidem ingenium & caperet maieſtatem Cap. IV.
„ſui exempli; ſed rotundam illam, feli- 3. Poetæ Lat.
„cemque, ſine tumore, ſine ſalebris, ex-
„poſitionem non æquaret. *Diſſ. T. I. p. 127.*

„Sub Flauia gente occurrit *Statius Pa-*
„*pinius*. Eius interpres *Placidus Lactan-*
„*tius*, an *Lactatius?* Imitator *Virgilii* ſtu-
„dioſisſimus, magni ſpiritus & ingenii
„Poeta. Si quis tamen perfectam Criſin
„inſtituere poſſet, deprehenderet, quan-
„tum in eo ad ingenium *Virgilii* deeſſet.
„Edidit eum *Cruceus* vaſto opere in 4.
„contra quem *Diatriben* ſuam in *Statium*
„ſcripſit doctisſimus *Io. Frid. Gronouius*
„& famæ exordia hinc quæſiuit. Edidit
„eundem eruditus vir *Io. Bernartius Sacu-*
*la IV. p. 68.*

„*Statius Papinius* Pariſ. cum Notis *Cru-*
„*cei* in 4. *Gronouii Diatribe in Statium.* E-
„ditio *Bernartii* in 8. Poeta facundus: acu-
„tis ſententiis. Sed *Maronis* ingenium &
„artem, quæ imitatur, non aſſequitur.
*Comment. de Scr. p. 60.*

„De *Statio Gronouius* per Diatribas ſu-
„as præclarisſime eſt meritus. Eſt ille
„*Statius* Poeta inſignis, & *Virgilii* imita-
„tor. *Diſſ. ad Lipſii Politica p. 133.*

§. 26.

CLAVDIANVS inter Epicos no- CLAVDIA-
bilem locum tuetur, eius enim aliquot epica NVS.
extant carmina, eſtque is Poeta vere politi-
cus, facilis, & fluente eloquentia inſtructus.

Cap. IV. 3. Poetæ Lat.

Editio *Barthii*, ampliſſimo Commentario inſtructa, optima, & poſtea *Heinſii* eruditis notis inſtructa. *Claudianus* facillimus Poetarum eſt; ſtudioſis eloquentiæ argumentum plerumque eſt accommodatum; præſertim in Panegyricis. In *Eutropio* & *Ruſino* vitia habet miniſtrorum. Vigor etiam in eo & ſpiritus magnus eſt, grauiſſimasque habet ſententias.

„*Claudianus* Poeta moralis & politicus, „facilis, grauis, eruditus. Commenta„rii ampliſſimi in hunc extant *Caſp. Bar„thii*; tum Notæ breues *Nic. Heinſii* D. F. *Comment. de Scr. p. 79.*

„*Claudianus*, ethnicus, cui eloquentiæ „cauſſa ſtatua fuerat poſita; hic enim „prorſus ſæculum ſuum vicit. In genere „Panegyrico plane eſt incomparabilis; E„pica tamen non æquant laudem vete„rum. Commendandus ſtudioſis iuris, „qui *Virgilium* & difficiliores per otium „legere non poſſunt, hic enim eſt expla„nator. Editio Cl. *Barthii* prodiit cum „luculentis Commentariis; it. *Nic. Hein„ſii*, Danielis filii, in qua illud ſingulare eſt, „quod Poetam cum pluribus MSStis con„tulit, cum in itinere ſuo Angliæ, Gal„liæ, Italiæ, Germaniæ bibliothecas lu„ſtraret, vt quædam etiam in phraſi, quæ „ſunt huius ſæculi, eximie explicarit. *Sa„cula IV. p. 386.*

„*In Ruſinum* extant duo libri *Claudiani*



Digitized by Google

„Poetæ, facundiſſime ſcripti. Idem *in* Cap. IV.
„*Eutropium* Spadonem duobus libris ſti- 3. Poetæ Lat.
„lum ſtrinxit. *Ibid. p. 339.*

§. 27.

VALERII FLACCI *Argonautica* edidit *Bonauentura Vulcanius* & *Henricus Stephanus*: VALERIVS FLACCVS.

„*Cl. Valerius Flaccus* reliquit *VIII. Ar-*
„*gonauticorum libros*, imperfectum opus.
*Sæcula IV. p. 68.*

SILIVS ITALICVS *Bellum Punicum* epico carmine ſcripſit, atque id egregie, vt tamen reliquis comparari non mereatur. Edidit eum *Dan. Heinſius* adoleſcens. SILIVS ITALICVS.

*Silius Italicus* ab Italia Pelignorum ci-
„uitate ſic dictus. Videantur præter dicta
„ſcripta, quæ notauit *Voſſius* in *Hiſtoricis*
„*Lat. L. 1. c. 29.* Eruditio eius impar fuit,
„vt aſſequeretur maieſtatem *Virgilii*. La-
„borauit in eo *Domitius Calderinus* conatu
„& induſtria, quam effectu felicior; quod
„& dicimus de *Petro Marſo*. Ediderunt
„quoque *Modius*, *Heinſius*, præſertim
„*Douſa*. *Sæcula IV. p. 67.*

„*Silius Italicus* a *Daniele Heinſio* adole-
„ſcente cum Notis editus. *Comment. de*
*Scr. p. 57.*

„*Silius Italicus* & *Claudianus* haud ob-
„ſcura ſunt, vbi de hoc inſtituto (iure na-
„turæ & gentium) agitur, noſtina. *Præf.*
*ad Grotium p. 17.*



Digitized by Google

Cap. IV. 3. Poetæ Lat. LVCANVS.

§. 28.

LVCANI *Pharſalia* per eximium opus eſt, quamuis eum numero Poetarum excludere, iudicio tamen rigido nimis & ſeuero, voluerit *I. Cæſ. Scaliger*, qui inter alia hoc quoque vitio ei tribuit, quod fabuloſa multa veræ Hiſtoriæ immiſcuerit: cum tamen id ipſum carminis epici proprium eſſe videatur. Defendit tamen eum & in priſtinam dignitatem repoſuit ac vindicauit *Heinſius de laude Aſini*. Commendanda editio *Grotii*.

„Pertinet huc *Lucani* de cauſſis ciuilis belli remotioribus & propioribus eximia diſſertatio, qua *Pharſaliam* ſuam exorſus Hiſtorici diligentiam & Politici prudentiam tam illuſtri exemplo coniunxit, vt rotunditate comprehenſionis copiaque argumenti merito præferendus ſit aliis, id quod *Lipſius Polit. 6. 2.* oſtenſum voluit. *Diſſert. T. III. p. 373.*

„*Lucanus* egregius Poeta, & valde politicus, cui tamen viri eruditi Poetæ nomen abrogare voluerunt, in primis *Scaliger*, quod multa *μυθολογούμενα* in eo reperiantur: quæ cenſura tamen forſan eſt rigidior. Vindicare laudem illius aggreſſus eſt in feſtiuo libro *de laude Aſini D. Heinſius*. Præclare de eo meritus eſt *Hugo Grotius*, qui eum inter præcipuos amauit, & nitida atque elegantiſſima editione procurauit. *Sæcula IV. p. 67.*

Lu-

Digitized by Google

„*Lucanus*, nobilis Poeta licet, peſſimo Cap. IV.
„Principi adulatur, quamquam illum do- 3. Poetæ Lat.
„ctiſſimus Aſini laudator, *Heinſius*
„in *Oratione de laude Aſini* defendat,
„inquiens, ſecius & in contrarium eſſe ac-
„cipiendum: ſed ingenioſe magis, quam
„vere. *Ibid. p. 12.*

„*Lucani Pharſalia Grotio* multum de-
„bet. Poeta acutus & πολιτικὸς. *Com-*
*ment de Scr. p. 55.*

„*Lucanus Grotio* acumine ſententia-
„rum & pondere ciuilis prudentiæ, eximie
„etiam in hoc opere (*de I. B. & P.*) placuit.
*Præfat. ad Grotium p. 17.*

„*Lucanus* eſt Poeta vere politicus, &
„multis placet, ob eximias ſententias &
„acumina. Et ſunt epici Poetæ omnes po-
„litici, vnus tamen altero præſtantior eſt.
*Diſſ. ad Lipſ. Politica p. 103.*

Metro Heroico quoque de re Venatoria aliquot ſcripſerunt; quos nuper *Io. Vliet.* Anglus edidit. *Barthius* quoque Venaticos edidit, vti & Bucolicos, vt GRATIVM, NEMESIANVM, CALPVRNIVM, VESPVTIVM SPVRINNAM & alios. SVLPICIAE Poetriæ vnicum carmen edidit *Douza.* Poetæ Venatici & Bucolici. SVLPICIA.

„*M. Aurelius Olympius Nemeſianus*, Car-
„thaginenſis Poeta, *Cynegetica* reliquit &
„IV. *Eclogas.* Ad eundem ſunt VII. *Cal-*
„*purnii Eclogæ*, quæ iunctim fere edi ſo-



Digitized by Google

Cap. IV. 3. Poetæ Lat.

„lent. Præclara editio eſt, quam publi-
„cauit *Paulus Manutius*; item *Caſp. Bar-*
„*thius*, qui eruditas & politas notas addi-
„dit *Iani Vlietii. Sæcula IV. p. 278.*

„*Sulpiciæ* Poetriæ vnica *Satyra* extat. *Ibid. p 69.*

§. 29.

MANILIVS.

Ad Epicos adhuc pertinet MANILII, II *Aſtronomicon*, quod cum Notis *Ioſephi Scaligeri* edidit Argentorati *I. H. Bæclerus* 1655.

„*Manilium* Auguſti temporibus tribuit
„*Voſſius* ex *Ioſ. Scaligero* in Prolegom. ad
„*Manilium.* Reiiciunt hunc quidam in
„ſæculum II. quidam in Theodoſii æta-
„tem; fortiora tamen ſunt argumenta
„*Scaligeri* pro æuo Auguſtæo. Comple-
„xus eſt vniuerſam πραγματείαν ἀςρολο-
„γικὴν. Qui eum non intellexerunt,
„putarunt, verſus ipſius eſſe ſcabros;
„ſed Poeta profecto eſt magni ſpiritus &
„facundus, quod ex digreſſionibus appa-
„ret. Optandum, vt in alio opere epico
„ingenium conſumſiſſet, quam in hoc;
„ſunt enim hæc Aſtrologica mera figmen-
„ta. *Sæcula IV. p. 65.*

GERMANICVS CAESAR.

*Aratea* GERMANICI CAESARIS *Hugo Grotius* edidit in 4. De auctore adhuc magna controuerſia eſt inter eruditos. Interim per *Germanicum* non magnus ille Germanicus, ſed *Domitianus* potius intelligendus erit.

„Aratea

Digitized by Google

„Aratea Translatio *Cæsaris Germanici* Cap. IV.
„non illius herois sed *Domitiani*, qui il- 3. Poetæ Let.
„lud nomen sibi quoque sumsit. Erudi-
„tæ in illam extant curæ *Hug. Grotii. Sæcu-*
*la IV. p. 69.*

§. 30.

*Corpus Veterum* ECCLESIASTICORVM *Poetarum* (inter quos IVVENCVS, ARATOR &c.) edidit *Georg. Fabricius.* IVVENCVS ARATOR.

„*Iuuencus* Presbyter, Poeta, *Euangeli-*
„*cam historiam* complexus, in Biblioth.
P.P. & seorsum cum *Aratore* sæpius editus.
*Comment. de Scr. p. 74.*

„*Iuuencus* inter Poetas poterat referri,
„quod *Euangelicam historiam* carmine est
„complexus. Extat in *Bibliotheca Pa-*
„*trum* & iam sæpius editus est. Non est
„valde eruditus, ob perspicuitatem autem
„& venerationem antiquitatis satis cele-
„bris. *Sæcula IV. p. 370.*

„*Arator*, Poeta, res in Actis Apostolorum
„scripsit, in Bibliotheca Patrum. *Com-*
*ment. de Script. p. 81.*

PRVDENTIVM, qui non vno ge- PRVDEN-
nere carminis præcelluit, edidit seorsum *Io.* TIVS.
*Weizius*, cum eruditis notis; quod inter ope-
ra eius præcipuum.

„*Prudentius*, Poeta supra sæculum suum
„facundus. Editio *Weizii* præcellit in 8.
„Hanouiæ 1613. ex officina Wechel. *Com-*
*ment. de Script. p. 70.*

„*Aurelii Prudentii* Carmina longe sunt

Cap. IV. 3. Poetæ Lat.

„eruditiſſima, multa doctrina & cultu & „ſpiritu ad æmulationem antiquorum. *Io.* „*Weizii* editio præſtat luculentis & am„pliſſimis commentariis. *Sæcula IV. p. 385.*

„PONTIVS PAVLINVS, Epi„ſcopus Nolanus, cuius editio vltima Pa„riſienſis maxime probatur. Vid. Colle„ctio veterum Poematum & Epigramma„tum, quæ alias fruſtra ſeorſum quære„rentur, in aureo illo opere *Pithœi. Ibid.* p. 386.

„SEDVLII Poetæ opera Baſil. 1528. „In hymnis bonus & grauis. *Comment. de Scr. p. 76.*

„P. OPTATIANVS PORPHY„RIVS Panegyricum ſcripſit Conſtanti„no M. edit. Auguſtæ Vindel. in fol. 1595. „opus laboris varii & πεποικιλμενον, ad carni„ficinam ingenii potius, quam diſcipli„nam referendum. Mollius ludum in„genii vocaueris. *Marci Welſeri* hoc eſt „iudicium: Carmina patientiæ miſerri„mæ, temeritatis pene incredibilis, cer„te, quod conſtet, nullius ante ſe exem„plo &c. *Comment. de Scr. p. 73.*

„*P. Optatianus Porphyrius*, qui pro„diit Auguſtæ Vindel. auſpicio Welſeri„ano. Carmen eſt laboriоſum, adeo„que τεχνοπαιγνιον potius & carnificina „ingenii; æſtimatur tamen propter an„tiqui-

„tiquitatem & quia aliqua habet ad hoc „ſæculum facientia. *Sæcula IV. p. 385.* Cap. IV. 3. Poetæ Lat.

CORIPPUM, *Michael Ruzius* edidit. CORIPPVS.

PETRVM COLLATIVM Presbyterum, qui IV. libros *de Excidio Hierosolymitano*, pro captu illorum temporum, satis eleganter scripsit, edidit *Bonauentura Vulcanius*, qui tamen etiam in *Bibliotheca Patrum* visitur. PETR. COLLATIVS.

§. 31.

SATYRICI Latini omnes carmine Heroico scripserunt. PERSIVS obscurissimus est. Edidit eum cum scholiaste *Cornuto* & cum Commentario *Casaubonus*. PERSIVS.

„*Persium* Satyricum cum veteri scho„liaste Parisiis edidit *Britannicus* in 4. „Etiam *Casaubonus* in 8. cum libro de „*Satyra. Comment. de Scr. p. 56.*

„*Aulus Persius Flaccus* Satyricorum „obscurissimus, vt videtur, de industria, „quia animaduertebat, se plurimos læ„surum. Ejus vitam *Tranquillus* scri„psit. Eximiæ prorsus in *Persium* sunt „curæ *Is. Casauboni*. Prodiit & ingens „editio Parisiensium auctior, cum Notis „variorum & Scholiaste *Cornuto*. *Sæ„cula IV. p. 66.*

„C. LVCILII Satyrographorum „principis reliquias *Franciscus*, Jani F. „*Dousa* cum notis suis edidit Lugduni „Batau. 1597. *Comment. de Scr. p. 40.*



Digitized by Google

Cap. IV. 3. Poetæ Lat. HORATIVS

HORATII, Satyricorum Principis, *Satyræ* edidit *Dan. Heinſius* cum erudito illo opuſculo de *Satyra Horatiana*, quo elegantem Criſin monſtrat. Vbi notandum, *Heinſium* peritiſſimum artificem fuiſſe, ea, quæ ab aliis iam dicta erant, quaſi pro ſuis & ex proprio ingenio profectis proponendi. Alias vehementiſſime errare credimus illos, qui *Horatium* propterea negligunt & contemnunt, quod metrum in Satyris & Epiſtolis plane non obſeruauerit; neſciunt enim illi, ſtudio omni in hoc ipſum intendiſſe, adeoque, vt ipſe alicubi ait, ſermoni vulgari propiora ſcribere & ſic artem ſuam ſub quadam negligentiæ ſpecie occultare voluiſſe. Nam ipſi certe alias facultas elegantius ſcribendi, metrum etiam minime deeſſe potuit, ſicut prolixe oſtendit idem *Heinſius* in citato opuſculo *de Satyra Horatiana*. *Lubinus* Paraphraſin in Satyras Horatianas ſcripſit, opus maioris laboris, quam vtilitatis.

„*Horatii* Epiſtolas ſeparauimus ab O-
„diis. Nam licet vbique purus, terſus,
„valdeque Latinus ſit ille auctor, tamen
„Odarum lectio, cum & res profundi-
„or, maiori profectui ſeruanda eſt. E-
„piſtolæ ſermonem & proſæ orationis
„ſimplicitatem imitantur, ſicut ipſe pro-
„fitetur. *Diſſ. T. III. p. 538.*

§. 32.

Digitized by Google

§. 32. Cap. IV. 3. Poetæ Lat. IVVENALIS.

IVVENALIS cum scholiaste Parisiis editus est, vt & cum Notis variorum. Stilus eius declamatorius fere est & supra Satyram cultus. Dissertationes etiam philosophicas vbique insperſit.

„*Iuuenalis* Poeta Satyricus, facundiæ „& philosophandi studio satyricum in„stitutum excedit. Editus cum veteri „scholiaste Paris. 1603. *Comment. de Scr. p. 60.*

„Præclare vero de *Iuuenali* meriti „sunt Parisienses; ad cuius illustratio„nem faciunt scripta duo doctissimorum „Virorum, *Is. Causauboni* Libri II. *de Sa„tyrica Poesi Romanorum & Græcorum*, „& *Heinsii* Commentarius de *Satyra „Horatiana*, vbi disputatur, vter præstite„rit, *Horatius* an *Iuuenalis*? *Sæcula IV. p. 65. sq.*

„PETRONIVS ARBITER „quantus Poeta fuerit, intelligitur ex frag„mentis *de Bello Ciuili*; quod si ad nos „peruenisset, nescio quis ei fuisset præ„ferendus, adeo magni est spiritus, & „copiosæ Eloquentiæ. Scripsit & *Satyri„con* in quo dum obscœnos Romano„rum mores arguere voluit, ipse docuit. „Præclarissime de eo meritus est *Io. Wo„werius*. Non autem potest commen„dari industria *Lotichii*, qui ad scriptum „tam obscœnum ingenti commentario

„inania

Cap. IV. 3. Poetæ Lat.

„inania etiam quæque & ineptissima vn-
„dique consarcinauit. *Sæcula IV. p. 67.*

„*Petronium Arbitrum* edidit officina
„Wecheliana, cum Notis variorum,
„Francof. 1621,8. Nuper (1663) fragmen-
„to, siue figmento, Italus quidam lepi-
„de os subleuit eruditis in hanc messem
„inuolantibus. Neronis scelera nimis
„aperte describuntur, etiam τὰ ἄῤῥητα.
„*Io. Petr. Lotichii* vasti *Commentarii*
„multa habent περίεργα. *Comment. de*
„*Scr. p. 57.*

„An Satyræ inter famosos libellos re-
„ferendæ? De Satyris egit *Casaubonus* &
„*Heinsius* aliique. Negatur autem, quod
„satyra sit famosus libellus, quia irridet
„tantum satyricus vitia. Sic in *Erasmi*
„*Moria* traducuntur mores monacho-
„rum, & multi putarunt esse illam *Mo-*
„*riam* famosum libellum. *Brands Nar-*
„*ren-Schiff* etiam multos offendit, sed sine
„caussa. *Boccalini* Satyræ a nonnullis
„item pro famosis libellis sunt habiti. In
„Italia de *Eudemia Iani Nicii Erythræi*
„quæsitum est: sed multa sunt, quæ pro
„eius excusatione dici possunt. Quæsi-
„tum etiam de *Barclaii Satyrico*, quem
„tamen absoluit a famosi libelli crimine
„ratio singularis scribendi. Sic de *Gige*
„*Gallo* quæritur: sed cum appareat geni-
„us scriptoris simplex, est tantum pro sa-
„tyra habendus. Huc pertinet quæstio,

„an

Digitized by Google

„an liceat in ſatyris certas perſonas nomi- Cap. IV.
„nare; quod non licere, hoc verſu pro- 3. Poetæ Lat.
„bat *Martialis* Poeta:

„*Parcere perſonis, dicere de vitiis.*

„Addo exempla quorundam ſcripto-
„rum de quibus quæritur, an etiam ſint
„famoſi libelli. *Procopii Ἀνέκδοτα Tho-*
„*mas Riuius* affirmat eſſe famoſum libel-
„lum, quia Iuſtinianum tanquam infer-
„nalem dæmonem deſcribit. Quæritur
„etiam, an *L. Iunius Brutus* libellus ſit fa-
„moſus: & omnino affirmandum eſt. De
„auctore eius libri variæ doctorum ſen-
„tentiæ. Quidam putant eſſe *Languetum*.
„Liber eſt ſatis eruditus, ſed ſeditioſiſſi-
„mus. Quæritur etiam de *Scioppii Mar-*
„*te Gallico*. Sed non poteſt ille liber pro
„famoſo haberi, quia fuit Hiſpanis addi-
„ctus. Quæritur item an *claſſicum Belli*
„*ſacri Scioppii* ſit famoſus libellus:
„quod omnino affirmandum. Nam per o-
„mnia requiſita eſt famoſus libellus. Con-
„tra hunc ſtrinxit calamum in *Tuba Pacis*
„*Berneggerus*. Quæritur, an vera quidem
„dicens, reuerentiam tamen publicæ per-
„ſonæ debitam lædens, ſit pro diffamato-
„re habendus: quod affirmandum. Sic
„liber, qui dicitur *Poſt-Reuter*, multis
„modis læſit reuerentiam perſonæ debi-
„tam, & omnino pro famoſo libello eſt
„habendus. *Diſſ. ad Lipſii Politica p. 124.*
*ſeqq.*

§. 33.

Cap. IV. §. 33.

3. Poetæ Lat.

OVIDIVS. Inter ELEGIACOS ſine controuerſia principatum obtinet OVIDIVS, cui nemo in delicatiſſimo hoc genere carminis comparari poteſt.

TIBVLLVS. CATVLLVS PROPERTIVS. Poſt eum nominandi TIBVLLVS, CATVLLVS, PROPERTIVS, propter terſam & venuſtam Latinitatem, ob quam ſæpiſſime a *Guyeto* in notis in *Terentium* citantur. *Catullus* quidem paucas elegias ſcripſit; ſed quoniam hi tres Poetæ Amorum Triumuiri, a ſe inuicem diuelli eos non oportet. *Scaliger* plurima in exemplari ſuo ad eos annotauerat, quod tamen ipſum Geneuam miſſum, neſcio quo fato, ſuppreſſum eſt. *Paſſeratius* autem Pariſiis edit in fol.

„*Valerius Catullus* ingenio & Latinitate „præſtat. Argumentum illi vnum, Ve„nus; etiam infanda. Quare ſolet ple„rumque cum *Tibullo* & *Propertio*, qui „Amorum Triumuiri vulgo audiunt, edi. „His tamen plus candoris, quam illi ſu„pereſt. Forte de his & ſimilibus rectum „eſt *Grotii* iudicium in ſylua ad Franc. „Aug. Thuanum, adoleſcentem:

„*Aſt alios, quorum citharas exercet inertes*
„*Mollis amor, ſeponis adhuc, dum iuſtior ætas*
„*Permittat caſtos thalami ſub legibus ignes.*

„Extat etiam editio Francof. 1621, 8. cum notis

„notis variorum, curante *Iano Gebhardo*. Cap. IV.
„Index laborioſe, ſed parum erudite con- 3. Poetæ Lat.
„fectus. Venetiis 1500. itidem cum Notis
„variorum prodierant; & cum inſignio-
„ribus *Ioſephi Scaligeri* Lutetiæ 1577. *Com-*
*ment. de Scr. p. 43.*

*Propertius*, qui *Romanus* eſt *Callima-*
„*chus*; *Ianus Douſa*, de eo ac *Catullo* &
„*Tibullo* meritus eſt, nec non *Wechelius*
„quoque & *Scaliger. Sæcula IV. p. 65.*

„PEDO ALBINOVANVS, æqua-
„lis *Ouidii*, cuius ſupereſt *Elegia in mor-*
„*tem Druſi*. An & altera *in Obitum Mæ-*
„*cenatis*? Non videtur, ſi conferas; illa
„enim longe eſt eruditior. Quæ ſcripſe-
„rit, docebunt *Ouidius de Ponto*, *Marcus*
*Seneca Suaſor*, *Martialis II. 77. Ibidem.*

§. 34.

HORATIVS LYRICORVM Prin- HORATIVS
ceps, illuſtris Poeta & in hoc genere perfe-
ctus eſt. Editus vero Pariſiis; item Lugduni
cum Notis variorum in fol. *Heinſius* quoque
egregie de eo meritus eſt.

„*Virgilio* comitem dare debuimus *Hora-*
„*tium Flaccum*, inter primos Latinitatis au-
ctores habendum, Poetam ingenio & arte
„maximum. Editus eſt ſæpius cum No-
„tis variorum, etiam in Venetiis 1520. Baſil.
„1555. Antwerpiæ 1577. *Daniel Heinſius* di-
„ligenter recenſuit im 8. & 12. adiectis eru-
„ditis notulis & duobus libris *de Satyra*

„*Hora-*

Cap. IV. 3. Poetæ Lat.

„*Horatiana*, qui omnino propædiæ cauſſa „legi debent; *Comment. de Scr. p. 49.*

„*Horatio* multum debere ſe prſum „poteſt, qui ſapientiæ ſtudiis ſerio imbu„tus eſt. *Præf. ad Grotium de I.B.& P. p. 17.*

§. 35.

Inter EPIGRAMMATOGRAPHOS MARTIALIS eſt, eruditus & latiniſſimus Poeta, ſed nimis obſcœnus, alias iuuentuti magno vſui futurus. Quare uis tamen notandum, ipſum non laudare hæc talia vitia, ſed potius acerbe & ſatyrice irridere. Editio in quarto cum Notis variorum; item *Scriverii. Raderi* e Soc. Ieſu caſtrata: in quod hominum genus propterea ita luſit *Ioſ. Scaliger* Epigrammate quodam:

MARTIALIS.

*Scilicet hi Patres facere hæc, quam ſcribere malunt,*
*Quæ malunt vates ſcribere, quam facere.*

Editiones *Lambini* ideo non ſemper æſtimandæ ſunt, quia homo hic in corrigendis auctorum locis nimis audax fuit. Notanda quoque editio Pariſienſis cum Indice *Ioſ. Langii.*

„*Martialis* Epigrammatum ſcriptor, „doctus plerumque & argutus; nec ta„men omnia eius Epigrammata acumen „habent. Editio Pariſienſis in 4to cum „Notis variorum 1601. *Matth. Raderus* „non improbando inſtituto obſcœna omni„ſit, edit. Ingolſtad. 1602. *Comment. de Script. p. 60.*

„*Martia-*

Digitized by Google

„*Martialis*, Epigrammatum ſcriptor, Cap. IV.
„doctus plerumque & argutus; nec ta- 3. Poetæ Lat.
„men omnia eius Epigrammata acumen
„habent. Editio Pariſienſis in 4to cum
„Notis variorum 1602. *Matth. Raderus*
„non improbando inſtituto obſcœna o-
„miſit, edit. Ingolſt. 1602. *Comment. de Scr. p. 60.*

„*Martialis* inexhauſtæ eruditionis
„Poeta, ſed obſcœna multa habens, quæ
„reſecuerunt Ieſuitæ; in quos Epigram-
„ma *Scaligeri* exſtat:

„*Bilbilicus Vates, qui mâs audire ſole-*
*bat* &c.

„Hoc quidem in mores Ieſuitarum ve-
„rum, ſed ſi iuuenibus prælegendus, vel
„commendandus, ſpurca iſta abeſſe poſ-
„ſunt. Prodiit & ingens editio Pariſiis
„cum inerudito illo *Langii* indice. *Sæculæ IV. p. 68.*

§. 36.

AVSONIVS iam ſequioris æui eſt, AVSONIVS.
editus cum Notis *Scaligeri* & *Eliæ Vineti.*

„*Auſonius* cum *Eliæ Vineti* & *Ioſ. Scali-*
„*geri* curis in 4to. Ad Hiſtoriam Galli-
„cam, in primis Burdegalenſem multa in-
„ſunt. Arte non æquat antiquiores Poe-
„tas: eſt tamen pro captu ſæculi ſuauis &
„diſertus. *Comment. de Script p. 74.*

„*Auſonius* Ethnicus, Vir ſatis eruditus,
„qui tamen eloquentia Panegyriſtas non

Cap. IV. 4. Poetæ recent.

„attingit. Nobilis est editio *Eliæ Vineti* „& *Ios. Scaligeri. Sæcula IV. p. 385.*

SIDONIVS APOLLINARIS.

SIDONIVS APOLLINARIS, eruditus sane Poeta, sed tanta auctoritate non est, quanta veteres. *Sauaronis* editio optima est.

## IV. POETAE RECENTIORES.

### §. 37.

Inter RECENTIORES Latinos BVCHANANI nomen celeberrimum est, qui *Psalterium Dauidis* carmine scripsit, & hoc adeo egregie, vt melius scribi non possit; inprimis dedicatio illa ad Elisabetham A. R. delicatissima est.

BVCHANANVS.

Hic EOBANVM HESSVM, pereximium alias Poetam, & qui itidem *Psalterium* scripsit, longe post se reliquit.

Edita sunt *Corpora* recentiorum *Poetarum*, *Delicias* vocant, Italorum, Gallorum, Belgarum &c.

### §. 38.

Inter Italos præcellit SANNAZARIVS exquisite doctus.

SANNAZARIVS.

Inter Gallos SCAEVOLA SAMMARTHANVS, qui Epos de educatione liberorum (*Pædotrophiam* vocat) tribus libris eloquentia mirifica comprehendit.

SCAEV. SAMMARTHANVS.

„Vnus *Scæuola Samarthanus* cum anti„quis prorsus comparandus, qui in *Pædo*„*trophia*, materia itidem salebrosa, quæ„que nullo cultu splendescere posse vide„tur, *Virgilio* fere comparari meretur. *Sæ*„*cula IV. p. 163. sq.* „Exi-

Digitized by Google

„Eximie alias meretur commendari in „cura circa generationem &primam edu- „cationem infantum describenda *Scæuo- „læ Sammarthani Pædotrophia. Institut. Polit. p. 44.* Cap. IV. 4. Poetæ recent.

„Edidit *de re Accipitraria* elegantissi- „mum Carmen THVANVS ille, qui in „historia scribenda præclarum nomen „meruit. *Ibid. p. 391.*

LOTICHIVS, SABINVS, IOHANNES SECVNDVS ex Germanis laudandi. LOTICHIVS. SABINVS. IO. SECVNDVS.

„*Io. Secundus*, Hagienfis Batauus, na- „tus 1511, mortuus 1536. d. 1. Octobr. Poeta „præclarissimus fuit, vt Opera Lugduni „Batauorum a *Petro Scriuerio* edita do- „cent. *Sæculum XVI. p. 450.*

GROTII Carmina digna sunt, quæ legantur propter summam eruditionem. *Paraphrases* etiam in difficiles aliquot materias scripsit, vt in Ionam Prophetam & Tit. Inst. de R. D. *Sophompaneas* eius incomparabilis est, longeque merito præhabetur alteri illi Tragœdiæ, quæ *Christus patiens* inscribitur, & ad exemplum Carminis Græci *Gregorii Nazianzeni* expressa est. GROTIVS.

§. 39.

BARLAEVS in Heroico & Panegyricis egregius est, imitaturque *Claudianum.* BARLAEVS

In Lyricis SARBIEVIVS Polonus excellit; SARBIEVIVS.

In Epigrammatibus OWENVS, de quo notandum proprium ipsius iudicium: OVVENVS.



Digitized by Google

CAP. IV. 5. poetae recent.

*Qui legis ista, tuam repreheado, si mea laudas*
*Omnia, stultitiam; si nihil, inuidiam.*

## V. CRISIS POETARVM.

### §. 40.

Dictum est hactenus de Institutione Poetica & de Historia Poetarum, per modum excerptorum: addi potest tertio CRISIS POETARVM, de qua eximia multa occurrunt in *Ciceronis*, *Quintiliani* & Græcorum Rhetorum vt & scholiastarum scriptis. Inter recentiores valde eximia est Commentatio DAN. HEINSII *de Constitutione Tragœdiæ*, & nobile exemplum, de quo dicam. Ediderat *Dan. Heinsius* Tragœdiam. *Herodem Infanticidam.* Hanc censura prosecutus est *Balsacus*, eruditus Gallus. Respondit *Heinsius* per formam Epistolæ admodum prolixe; quam typis vulgauit *Boxhornius*. Interuenit huic liti *Salmasius* itidem conscripto hac de re opusculo.

DAN. HEINSIVS.

„E recentioribus nemo subtilius ferme „iudicauit differentias vocum, quam *Dan.* „*Heinsius* in erudito Commentario *de* „*Constitutione Tragœdiæ. Diss. T. III. p. 545.*

Crisin quoque Poeticam exhibet CASAVBONVS in libro *de Satyra.*

CASAVBONVS.

In Crisi autem circa Poetas facienda omnium ingenium & curas superauit IVLIVS CAESAR SCALIGER in Poeticis, de quibus supra dictum.

CAPVT

Digitized by Google

# CAPVT V.

Cap. V. 1. Chronologi.

## DE SCRIPTORIBVS CHRONOLOGICIS, GEOGRAPHICIS ET GENEALOGICIS.

## I. CHRONOLOGI.

### §. 1.

SVpereſt de Philologia omnigen HISTORIA, quæ comprehendit

(1.) Hiſtoriam temporum,

(2.) Locorum,

(3.) Generum ſ. Familiarum,

(4.) Actionum ſ. Hiſtoriam proprie ſic dictam; quo & Antiquitates referuntur.

### §. 2.

Quantum ad HISTORIAM TEMPORVM, præter EVSEBIVM & Fragmenta Græcorum, Chronologi veteres Latini PROSPER, IDACIVS, MARCELLINVS COMES, VICTOR Tunnunenſis, IOH. Abbas Biclarienſis, in *Thesauro temporum Scaligeri* cum notis eius habentur; qui tamen liber hodie vix amplius reperitur; neque a Gallis recuſus eſt, quippe qui celeberrimi Viri huius opera ſupprimere volunt. Auctius tamen prodiit Amſtelodami. PROSPER. VICTOR. IO. BICLAR.

IDACIVM & MARCELLINVM ſeorſim edidit *Ia. Sirmondus* cum auctiores Codices reperiſſet. IDACIVS. MARCELLINVS.



Digitized by Google

Cap. V. 1. Chronologi.

„*Dacii* seu *Idacii* Episc. Mediol. *Chro-*
„*nicon* in Thesauro Temporum Scaliger-
„riano. *Comment. de Scr. p. 81.*

„*Marcellini Comitis Chronicon* in *The-*
„*sauro Temporum* Scaligeriano, & editio-
„nibus quibusdam *Cassiodori* adiungi so-
„litum. *Ibid. p. 80.*

EVSEBII *Chronicon* cum pretiosis-
EVSEBIVS. simis Notis edidit *Ios. Scaliger*, hocque opus inter reliqua eminet. Post eum *Arnoldus Pontacus* rursum edidit. Notandum vero, *Eusebium* Græce scripsisse & Latinam versionem HIERONYMI esse.

„*Eusebii Chronici Canones a Iulio Afri-*
„*cano* multum mutuati, *παντοδαπῆς ἱστορί-*
„*ας*, quasi vniuersalem seu omnimodam
„historiam dicas, nomen gerunt. Hinc
„*Georgium Syncellum* & *Georgium Cedre-*
„*num* pleraque descripsisse monstrat prin-
„cipio Animaduersionum Eusebianarum
„*Iosephus Scaliger.* Et *Eusebium* quidem
„Latine conuertit, interpolauit & supple-
„uit *Hieronymus.* Ex *Syncello Eusebii*
„Græca, quæ superstant, repetenda fue-
„runt. *Diss. T. I. p. 1163.*

„*Eusebius* maximæ est auctoritatis, qui
„suum Chronicon & Historiam Eccleia-
„sticam non tantum ex *Iulio Africano*
„scriptore optimo, sed ex aliis quoque gra-
„uissimis auctoribus conpilauit. Non
„tamen est dubium, annos Episcoporum
„Alexandrinorum in Chronico, seu nu-
„meros

gitized by Google

„meros ex descriptione esse corruptos. „Neque etiam aliud supersest monumen- „tum, ex quo seriem harum successionum „hauriamus. *Sæc. IV. p. 134.* Cap. V. 1. Chronologi.

„Duplex est modus citandi *Chronicon* „*Eusebii*, vnus ad numeros in margine po- „sitos, hicque obseruatur in scrupulis „Chronologicis, alter ad annos Christi, „quamuis ratio temporis non semper con- „gruat; plerumque enim vel annus ante- „uertitur, vel serius ponitur. *Sæcula IV. p. 315. sq.*

## §. 3.

„CENSORINVM *de Die Natali* edidit *Fridericus Lindenbrogius* in 4to. CENSORINVS.

„*Censorini* quoque opusculum *de Die* „*Natali*, quamquam ad Historicos re- „fert *G. I. Vossius de Hist. Lat. L. II. c. 3.* „reuera Grammatici muneris erit, vnde & „a *Prisciano* doctissimus artis Grammaticæ „appellatur. Sine hoc opusculo multa „ignorarent Chronologi. Editio *Linden- brogii* est optima, qui & excellentis do- ctrinæ quædam ibi annotauit; sicut omnia „illius Viri scripta sunt eximia. *Sæcula IV. p. 276.*

Huc quoque referri possunt *Fasti Siculi* s. *Chronicon Alexandrinum*, Græce, edente *Matthæo Radero*. *Fasti Romani*, in quos extant Commentarii *Onuphrii Panuinii*, *Car. Sigonii*, *Cuspiniani*. Fasti Siculi. Fasti Romani.



Digitized by Google

Cap. V. 1. Chronologi.

„*Chronicon Alexandrinum*, seu *Fasti* „*Siculi*, opus ex pluribus Annalibus con„sutum, quod *Matth. Raderus* editit *Sæcula. p.233.*

*Chronicon Alexandrinum* Gr. Lat. edi„dit *Matth. Raderus.* Vocatur & *Fasti* „*Siculi*: Opus necessarium, & annotatio„ne, non contextu æstimandum. *Comment. de Scr. p. 85.*

§. 4.

IOS. SCALIGER.

Inter recentiores nemo ante *Iosephum Scaligerum* est, qui scripsit nobilissimum & arduum opus *de Emendatione Temporum* Parisiis III. Tomis in fol. editum, quod cum propter alia egregia multa, tum ob aureum in primis inuentum Periodi Iulianæ maximi est habendum, Vide de Periodo Iuliana *Vossium* in Dissert. *de Natali Christi die*; itemque *de vero die Passionis Dominicæ.*

„Quid Periodus Iuliana sit, nemo bre„uius & clarius explicauit, quam *Vossius* „§. 4. *de anno natali Christi.* Inuentio eius „debetur absque dubio *Iosepho Scaligero.* „*Petauius*, qui sibi sumsit refutandum „*Scaligerum*, cum negare non posset, præ„stantissimum & nobilissimum hoc in„uentum esse *Scaligeri*, cuius beneficio „maximæ & innumeræ difficultates fue„runt superatæ, ausus tamen est dicere, „olim tale quid præuisum & indicatum „esse a veteribus; quod certe maligne est „iudicare. Vnde etiam *Alexander Morus*

„in

„in nouissima *Eusebii* Scaligeriani editione „hoc virus & malignitatem in *Petauio* ex- „agitauit. Sed hoc est Iesuitarum pro- „prium, vt laboribus aliorum obtrectent. „Profecto si *Scaliger* nihil aliud profeciſ- „set, maximas tamen posteri ei deberent „gratias, quamdiu quidem ratio tempo- „rum constabit, manetque opus ipsius „admirabile. *Sæcula IV. p. 4. seq.*

Cap. V. 1. Chronologi.

„Quantum ad demonstrationes Chro- „nologicas, nihil maioris est auctoritatis, „quam nummi antiqui & ædificia, ex „quibus *Scaliger* multa eruit. Et latet „sane ingens & incomparabilis thesaurus „antiquitatis in illis animaduersionibus „*Scaligeri*, licet aliquando etiam errarit; „quod illi ostenderunt, qui in primis in- „ius errores inuigilarunt. *Ibid. p. 117.*

§. 5.

Huic tanto Viro meritas inuident laudes Iesuitæ, qui præterquam quod ei erant infensissimi, etiam monopolium quoddam eruditionis affectare publice conspiciuntur; inde subornarunt hominem Societatis suæ doctissimum DIONYSIVM PETAVIVM, & vt Opus *de Doctrina Temporum* in lucem emitteret, permouerunt: in quo quidem ipse plurima egregia præstitit, & vt facile fieri potest, inuentis aliquid addidit; interim in bene meritum de eruditione & omnigena literatura *Scaligerum* sæpissime immerito detonuit. Tertio Tomo eius

DION. PETAVIVS.



Digitized by Google

Cap. V. 1. Chronologi.

Operis aliquot etiam Chronologi veteres, *Hipparchus*, *Achilles Tatius* & alii continentur.

„Non quidem diffidendum eſt, *Petauium* multa poſt *Scaligerum* demonſtraſſe & addidiſſe, *Scaligerum* tamen non vbique ita reprehendere debuiſſet; & hinc quando nihil aliud ſcit, obiicit ipſi, eum interdum minus latine ſcripſiſſe. Alias *Petauius* paucos in ordine ſuo habuit pares; ſed ſi *Scaliger Euſebium* & *Emendationem Temporum* non edidiſſet, ipſe eo nunquam peruenisſet, cum facilius ſit inuentis addere. *Sæcula IV. p. 5.*

„*Petauius* reliquis omnibus voluit eſſe peritior & oculatior, quod per totum illud vaſtum opus *Doctrinæ Temporum* videri poteſt. *Ibid. p. 129.*

*Rationarium Temporum* eiusdem PETAVII indicis tantum & directorii inſtar eſt.

„In Chronologicis auctorem poteris ſequi *Dion. Petauium*, cuius *Rationarium Temporum* in 8vo Pariſiis anno 1641. recuſum extat. *Diſſ. T. III. p. 350.*

„Compendii loco fortaſſis vtiliſſimus erit diſcentibus liber *Dion. Petauii*, cui titulum fecit *Rationarium Temporum.* Nam ſubtiliſſimæ *Scaligeri* Diſputationes *de Emendatione Temporum*, itemque *Petauii* maius Opus *de Doctrina Temporum* eruditis potius inſeruiunt. *Ibid. p. 500.*

§. 6. HIE-

Digitized by Google

Cap. IV. I. Chronologici.

§. 6.

HIERONYMI VECCHIETTI *ab AEgypto* (ita enim se vocat, quia diu ibi commoratus est) *Chronologia instaurata* incredibili labore diligentiaque conscripta est, neque solum annos, sed & dies ad calculum reuocat. Interim tamen ob multa vaticinia aduersus vrbem Romam, sedemque Papalem, quæ ibidem continentur, opus illud omnino prohibitum fuit. Singulares habet in Chronologicis hypotheses. Tabulæ autem sunt diligentissimæ.

HIERON. VECCHIETTVS.

*Hieronymus Vecchiettus* immenso pæne „labore singulorum annorum dierumque „rationem descripsit. *Diss. T. III. p. 500.*

„Ab his (*Scaligero* & *Petauio*) rursus „dissentit *Hieron. Vecchietti*, cuius ingens „Opus Augustæ Vindelicorum exscriptum, „sed postea suppressum fuit diu: circa „annum XX. autem eius potuit haberi „copia. *Sæcula IV. p. 3.*

§. 7.

Extant etiam GENEBRARDI, FVNCCII, BVCHOLCERI *Chronologiæ.*

SETHVS item CALVISIVS *Opus Chronologicum* edidit, merito magni faciendum, quod in primis hic commendamus; de quo *Scaliger* dicere solitus erat, eum primum inter Chronologos nugari desiisse.

CALVISIVS.

„In Chronologicis omnino laudari me-

„retur

Cap. V. 1. Chronologi.

„retur induſtria *Sethi Caluiſii. Diſſ. T. III. p. 500.*

„*Caluiſius* ante *Scaligerum* multa quo-„que egregia hic vidit. *Sæcula IV. p. 3.*

SCHRADERI etiam *Tabulæ Chronologicæ* Helmſtadii ſine nomine editæ, ob methodum facilem, & in ſæcula diuiſam temporum rationem valde eximiæ ſunt.

„In ſæcula ſiue centenaria annorum „ſpatia partiri hoc argumentum, obuiæ „ibidem cominoditatis habebatur. Cu-„ius viæ aditum muniunt *Tabulæ Helm-„ſtadienſes*, *Lambecianæ* & alia ſcripta. *Diſſ. T. I. p. 169.*

## §. 8.

IO. LVCIDVS quoque ſcripſit *de Emendationibus Temporum*; SCHVBARTVS *de Scrupulis Chronologicis.*

Laudandæ hic in primis AEGIDII STRAVCHII *Diſſertationes de Computis*, egregiæ & accuratæ.

THOMAS LYDIAT *de variis annorum formis*: ſed in plerisque hic autor inceptit, iudice *Scaligero.*

SELDENVS *de anno Ciuili & Calendario Eccleſiaſtico.*

AVBERTVS MIRAEVS *Chronicon* diuerſorum temporum edidit.

Huc quoque referendæ IO. GVALTERII *Tabulæ Chronographicæ.*

§. 9. PAV-

Digitized by Google

Cap. IV. 1. Chronologi.

§. 9.

PAVLI EBERI *Calendarium Hiſtoricum*, in quo methodus ſatis egregia, pauciſſimæ vero res ſunt.

HENRICI MEIBOMII *Diarium ſ. Calendarium Oeconomicum, Eccleſiaſticum, Aſtronomicum.*

*Calendarium Ranzouianum.*

*Acta Calendarii Gregoriani* iunctim edita ſunt.

*Computi Eccleſiaſtici* GEORGII GERMANI & IO. SCHOMERI.

*Calendarii Romani explicatio* a PETRO GASSENDO edita eſt.

MICH. BEVTERI *Calendarium.*

IO. d' ESPIERES *Calendarium nouum & Auctuarium Calendarii noui.*

§. 10.

Adde etiam MAHOMEDIS ALFRAGANI Arabis, *Chronologiam & Aſtronomiæ Elementa*, edita a *Iac. Chriſtmanno.*

LEONIS ALLATII *Exercitationem de natura temporum, præcipue Græcorum.*

GERH. IO. VOSSII *Diſſertationem de natali anno Chriſti* & KEPLERI de eodem argumento reliquis præfero.

HELVICI *Tabulas Chronologicas*, quas edidit *Schuppius*, non inutiliter adhibueris.

VALERII ANSHELMI *Rudimenta Chronologica.*

IA-

Digitized by Google

Cap. V. § 1. Chronologi.

IACOBI BESNI *ad Chronologiam Manuductionem.*

DANIELIS ANGELOCRATORIS *Chronologiam autopticam.*

HENR. HAVALLAEI *Isagogen Chronologicam.*

§. 11.

VBBONIS EMMII *Opus Chronologicum* itidem magni faciendum est.

IO. PAVLI GALLVCII Salienſis, *Theatrum Mundi & Temporis.*

IO. TEMPORARII *Chronologicæ demonſtrationes & Chronicon.*

IOACH. PORTIVS *de tempore.*

Duumviri porro in Chronologicis & hoſtes ex profeſſo CHIFLETIVS & BLONDELLVS, itemque RICCIOLI *Chronologia reformata*, vt & *Geographia reformata*; Eius *Computiſtica* deſiderantur.

## II. GEOGRAPHI.

§. 12.

Quantum ad Hiſtoriam Locorum, GEOGRAPHIAM coluit *Homerus*; amplificarunt eandem *Anaximander Mileſius*, *Hecutæus*, *Democritus*, *Eudoxus*, *Dicæarchus*, *Ephorus*, *Eratoſthenes*, *Polybius*, *Poſidonius*, *Strabo*, *Dionyſius*, cuius extat περιήγησις: noſtro autem æuo illuſtrarunt *Gerh. Mercator*, *Abrah. Ortelius*, *Mainus*, *Hondius*, aliique plures.

§. 13.

Digitized by Google

§. 13. Cap. V.

Extant Geographi veteres Græci, quorum *Corpus*, adeoque PTOLEMAEVM, qui agmen ducit in hac classe, & alios edidit Lugduni Batauorum *Betrus Bertius* in fol. item Basil. anno 1535. Alias eius Opera Mathematica Venetiis, Basileæ & Parisiis sunt edita. 1. Chronologi. PTOLEMAEVS.

„Mathematicarum disciplinarum ho„nor *Ptolemæi Alexandrini* ingenio per „hoc sæculum stetit; quo de testantur „opera eius Geographica, Astronomica, „Astrologica, Musica, Optica, edita, ine„dita. De obseruationibus eius æquino„ctii autumnalis & aliis videatur *Dion. Petauius de Doctrina Temporum II. 23.* „Bertiana Geographicorum *Ptolemæi* e„ditione nihil est accuratius, Lugd. Bat. In „eius *σύνταξιν* extant scholia Græca *Por„phyrii*; quemadmodum etiam eiusdem „scholia inedita in *Musicam Ptolemæi* in „quamplurimis Germaniæ Bibliothecis „visuntur. *Sæcula IV. p. 176.*

STRABONIS Opus nobilissimum est & exquisitissimæ doctrinæ, quodque longe plura in recessu habet, quam in titulo promittit. Editio *Casauboni* postrema Parisina optimas & pereruditas quoque eius notas habet. *Strabonis* Epitomen ab Anonymo Græce scriptam cum versione Latina edidit *Hieron. Gemusæus.* STRABO.

„*Ara-*

Cap. V. 1. Chronologi.

„*Srabonis* Γεωγραφικῶν optima est e-
„ditio *Is. Casauboni* secunda Paris. 1620. Gr.
„Lat. Multa historiæ reconditæ insunt:
„elegans & politicum huius viri iudicium
„in omnibus. *Comment. de Scr. p. 56.*

„*Strabo* scripsit quarto Tiberii anno.
„Magnus & nunquam satis laudatus scri-
„ptor, vereque πολιτικὸς, qui solus per-
„spexit quantum & prudentiæ & erudi-
„tionis requiratur ab eo, qui regiones
„describere velit. Nemo certe plus eru-
„ditionis ad hanc rem attulit, vt nullam
„eius partem ignorasse videatur. Præ-
„clare de eo meritus est *Is. Casaubonus*,
„in primis in editione posteriori, quæ &
„typi splendore, & commentatoris dili-
„gentia præcellit. *Sæcula IV. p. 70.*

„Tres nominabo, qui fere alios ad v-
„sus tractantur; nec minus tamen huc
„(ad ius naturæ & gentium) valent:
„*Strabonem*, *Pausaniam*, *Apollodorum*.
„Pleni recondita philosophia libri; sed
„quæ non erui semper aut diiudicari, ni-
„si a doctissimis, potest. Eos autem in-
„telligo hic doctos, qui practico illo men-
„tis lumine in vitæ ac negotiorum abdita
„penetrarunt: ad exemplum *Grotii*, in-
„ter istas rerum tenebras oculati ac per-
„spicacis. *Præfat. ad Grotium p. 14. sq*

„E veteribus valde diligens in hoc ge-
nere (*legibus scilicet, & consuetudinibus*
„*annotandis*) *Strabo*, cuius editionem,
„post

Digitized by Google

„poſt *Caſauboni* curas, a *Luca Holſtenio* Cap. V.
„nunc expectamus. Eius, vt in aliis, ita 2. Geographi.
„hic ſecutus eſt diligentiam *Merula*. *Diſſert. Polit. p. 456.*

§. 14.

DIONYSIVS PERIEGETES poſt *Strabonem* nominandus venit, Poeta Heroicus & Geographus accuratiſſimus, quem *Euſtathius*, idem ille, qui *Homerum*, ſcholiis Græcis ampliſſimis & valde eruditis illuſtrauit. Editio *Heinrici Stephani* optima. DIONTSIVS.

„*Dionyſius Alexandrinus περιηγητὴς*, a „*περιηγήσεις*, quam ſcripſit, ſic dictus, vixit Auguſti temporibus, aut paulo poſt. „Scholiaſtæ eius duo ſunt; vnus editus, „alter ineditus. Diſſenſus eſt de ætate. „Optima editio eſt *H. Stephani. Sæcula IV. p. 69.*

„*Dionyſius* Alexandrinus, Periegetes, „Græce cum Commentario *Euſtathii* editus a *Rob. Stephano* 1547. Græco-Lat. Baſil. 1556. *Comment. de Scr. p. 56.*

ARRIANI *Periplus Erythræi maris & Ponti Euxini*, magnæ doctrinæ opus eſt, quod *Guilielmus Stuckius* Commentario illuſtratum Græco-Latine in fol. edidit. Sed raro reperiri poteſt. ARRIANVS.

„Auctorem *Peripli* vulgo *Arriano* tri„buti Commentariis illuſtrauit *Guil. Stu„ckius* Gr. Lat. fol. Baſil. 1533. *Comment. de Scr. p. 54.*

„Auctor *Peripli*, ſi alius eſt ab *Arriano*,



Digitized by Google

Cap. V. 2. Geographi.

„cuius nomine circumfertur *Periplus ma-*
„*ris Erythræi & Ponti Euxini*, *Plinio æ-*
„qualis, vt putauit *Salmasius*. Vid. *Vossius de*
„*Hist. Gr. L. 2. c. 11.* Diuersum hunc esse ab
„*Arriano* existimat *Salmasius*, eo quod sti-
„lus hoc doceat. Optima editio prodiit
„Basileæ in fol. cum Comment. *Guil.*
„*Stuckii. Sæcula IV. p. 71.*

Anonymi Græci *Descriptio Orbis* a *Iacobo Gothofredo* qui a *Salmasio* dono acceperat, edita Geneuæ cum versione & notis; qua tamen in re parum feliciter se gessit.

§. 15.

STEPHANVS. STEPHANVS Grammaticus, vir eruditissimus, sed nunquam Latine versus, in opere suo *de Vrbibus* multa γεωγραφόμενα habet; editus Græce Augustæ Vindelicorum. In Bibliotheca Argentoratensi exemplar est *Dav. Hæschelii*, qui manu sua egregia multa annotauit.

Minores Geographi. MARCIANVS Heracleota, SCYLAX Caryandensis, ISIDORVS Characenus, ARTEMIDORVS Ephesius, DICAEARCHVS Messenius, iunctim editi sunt a *Dauide Hæschelio* de Græcis literis præclare merito.

§. 16.

PLINIVS. In PLINII *Historia Naturali* multum veteris Geographiæ latet.

SOLINVS. SOLINVS pleraque ex eo desumsit, qui sæpius est editus. In *Solinum* prolixæ extra

tant *Claudii Salmaſii Exercitationes Plinianæ* II. Tomis in fol. Pariſ. 1629. Cap. V. 2. Geographi.

„In *Solinum* extat vaſtum Opus *Exercitationum Plinianarum Salmaſii*, in fol. 2. „Tomis. *Comment. de Scr. p. 55.*

POMPONIVS MELA *de ſitu Orbis* ſæpius editus eſt, & nuper ab *Iſaaco Voſſio.* MELA.

„*Pomponium Melam Iſaacus Voſſius* cum „Notis edidit in 4. Hagæ 1653. *Comment. de Scr. p. 56.*

„*Pomponius Mela* Claudii temporibus „vixit. Scriptor ſtili brevis, ſed accurati, „fœdiſſime autem corruptus per editores, „propter infinitam varietatem nominum „propriorum. Bene meritus eſt de eo *Iſ.* „*Voſſius*, qui multis annis plurima in ipſum „conquiſiuit; multa quoque iampridem „cura paterna in eundem repoſita habuit, „quædam etiam de ſuo addidit. *Sæcula IV. p. 79.*

AETHICVS Coſmographus (quem tamen alii aliter vocant) non magni momenti eſt. AETHICVS.

Hi iunctim editi ſunt ab *Henrico Stephano.*

§. 17.

FESTVS AVIENVS *Dionyſii* Periegetæ carmen Latinitate donauit. FESTVS AVIENVS.

*Rufus Feſtus Auienus* Poeta Geogra„phus, *Dionyſii* Periegetæ interpres ſæpius „editus, etiam in *Theſauro Temporum* & „a *Sigonio. Comment. de Script. p. 74.*

Cap. V. 2. Geographi.

PRISCIANI Cæsarienſis quoque Carmen Geographicum extat.

PRISCIANVS.

RVTILIVS.

Item *Itinerarium* RVTILII carminice ſcriptum, & a *Barthio*, itemque a *Zinzerlingio* editum, eſt ſatis elegans.

„*Rutilii Itinerarium* a *Sigonio* in fol. & „cum Commentario *Barthii* Francof. „1623, 8. *Comment. de Scr. p. 79.*

§. 18.

VIBIVS SEQVESTER.

VIBIVM SEQVESTREM *Heinricus Stephanus* edidit;

*Itinerarium a Burdigala Hieroſolymam vsque Petrus Pithœus.*

*Geographia Nubienſis* Latine verſa; auctor alias Arabs eſt.

*Tabula Peutingeriana.*

ANTONINVS.

ANTONINI *Itinerarium* inter præcipua monumenta eſt, cui *Andreas Schottus* libellum Prouinciarum Romanarum adiunxit. Extat etiam in *Corpore Bertii* ſupra laudato.

*Notitia Imperii* huc quoque referri poteſt, licet & ſub alio titulo nominanda; cum Notis *Pancirolli.*

BENIAMIN

BENIAMINI Tudelenſis *Itinerarium* Hebraicum ſequioris æui eſt.

§. 19.

MVNSTERVS.

Inter Geographos recentiores MVNSTERI *Coſmographia* non plane ſpernenda eſt. Licet enim quamplurimis etiam nugis ſcateat, tamen multa quoque egregia habet, & quæ fruſtra alibi quæruntur. Vt taceam,

ceam, vix fieri poſſe, vt non interdum nugas aliquas immiſcere cogantur, qui de toto mundo ſcribere aggrediuntur. Cap. V. 2. Geographi.

*Le Monde* de PIERRE d' AVIDI Gall. maximi habitus fuit, exque eo ipſo omnia deſumſit LVCAS de LINDA, qui *Orbis deſcriptionem* edidit. Hi vero duo ſunt Geographi præcipui. P. d' AVIDI. L. de LINDA.

§. 20.

Aggreſſus quoque eſt integram *Coſmographiam* ſcribere, cum inſigni, qualis ad tale opus requiritur, apparatu ex vtraque antiquitate, Vir eruditiſſimus PAVLVS MERVLA, quo nemo commendatior eſſe debet ad maiora progredientibus: verum præmatura morte abreptus, propoſitum optimum abſoluere non potuit. Reliquit tamen monumenta egregia tria, *Hiſpaniam* ſcilicet, *Galliam & Italiam.* P. MERVLA.

„Iliud haud raro miratus ſum, quod „relictis *Pauli Merulæ* nobiliſſimis deſcri„ptionibus Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ (nam „cetera, quæ deſtinauerat, opera acerba „tanti viri mors intercepit) quæuis potius „Itineraria, vt vocant, plerique eligunt. „- - - - Nec enim hæc ſcripta valde dif„fuſa ſunt, & antiqua recentibus copulant „& Geographiam multa hiſtoriarum luce „illuſtrant. *Diſſ. T. I. p. m. 12.*

§. 21.

*Theatrum Vrbium* hic quoque nominandum eſt: nam propter inſignes & artificioſiſſimas



Digitized by Google

Cap. V. 2. Geographi. BERTIVS

sissimas tabulas æneas maximi habetur; item BERTII *Theatrum Vrbium;* MERIANI *Topographiæ.*

MERIAN. FVRNERIVS.

*Hydrographia* FVRNERII & *Geographica notitia Orbis per ripas & littora maris.*

„Ex *Hydrographia Furnerii* alicuius facile erit animaduertere, quid priorum „curis ætas iunior adstruxerit. *Diss. T. I. p. 10.*

ORTELIVS.

ABRAHAMI ORTELII *Conatus Geographici*, siue *Orbis vetus* (hoc enim nouum nomen accepit) in Belgio reproductus est.

„In regionibus antiqua forma & nomi„nibus describendis excellit *Ortelius* in *Co„natibus Geographicis. Diss. T. III. p. 500.*

§. 22.

Quidam Compendia Geographiæ scripsere, vt IOACHIMVS VADIANVS, Heluetius, Vir eruditus, cuius *Asia, Africa* & *Europa* extant.

MATTHAEVS QVADVS sculptor Colon. edidit *Compendium vniuersi orbis.*

NIC. REVSNERVS *Totius Orbis Itinerarium.*

PHILIPPVS CLVVERIVS *Introductionem Geographicam*, quæ tyronibus huius studii in primis commendari meretur.

„Geographiam auspicari poteris ab *In„troductione Philippi Cluuerii*, cui non in„utiliter addideris, quæ *Guilielmus Blaeu*

de

„de Globis cœleſtibus & terreſtribus per compendium tradidit. *Diſſ. T. III. p. 349.* Cap. V. 2. Geographi.

„In Geopraphiam opportune viam „præiuit *Introductio Philippi Cluuerii*, cui „vtiliter aliquis adiungeret *Wilhelmum „Blaeu de vſu globorum cœleſtium & terre- „ſtrium. Ibid. p. 500.*

§. 23.

Partes Geographiæ excoluerunt ſequentes: PHILIPPVS CLVVERIVS iam laudatus, in *Germania*, *Sicilia*, *Italia antiqua*: quæ opera magna diligentia & labore conſtructa ſunt, quamuis interdum nimia audacia ipſi vitio verti poſſit; in primis vero id ei in *Germania* ſua accidiſſe videtur. Præterea a lectione eorum longius abſunt, qui non ex profeſſo hæc ſtudia tractant.

AVBERTVS MIRAEVS in *Geographia Eccleſiaſtica.*

SAMVEL BOCHARTVS in *Theatro Terræ ſanctæ*, inſigni & erudito opere.

ADRICHOMIVS in *Theatro Terræ Sanctæ.*

MARTINVS PRIONAEVS in *Terra S. Vrbiumque in ea ſitarum Geographia.*

CHRISTOPH. PEZELIVS in *Theatro Terræ Sanctæ.*

Quibus annumeranda erudita & accurata admodum Opera duo HEIDMANNI Profeſſoris Helmſtadienſis, *Palæſtina* ſcilicet & *Europa.*



Digitized by Google

Cap. V. 2. Geographi.

„Vide etiam *Heidmanni*, doctiſſimi & „diligentiſſimi Viri *Europam*, qui de tota „re, vt ſolet, egregie iudicat. *Sæcula IV. p. 309.*

*Græcia vetus* LAVRENBERGII a *Pufendorfio* edita eſt.

GVICCIARDINI *Belgium* & SCHOTTI *Italia* itidem inter præclariora opera laudari debent.

§. 24.

Itineraria quoque referri huc poſſunt, vt: MARTINI ZEILLER *Itineraria Germaniæ, Galliæ, Britanniæ, Italiæ, Hiſpaniæ*, ſatis egregia. Verum commodius in ſingularum Gentium hiſtoria eorum mentio fiet.

„In ipſis porro Itinerariis, quæ non „Geographiam modo, ſed multa de rebus „ſcitu dignis plerunque pollicentur, cau„te verſandum eſt. Inſerunt ſe illis libris „fauores & odia, præconceptæ domi de „peregrinis populis rebusque opiniones. „Hinc eſt, quod res Germanicas Galli & „Itali vix vnquam ad liquidum intuentur „aut deſcribunt: obuerſante eorum ocu„lis animisque tanquam nube elati illius „faſtidii, quo omnem Septentrionem con„temnunt. Ex aduerſo Germani nimia „exterarum rerum admiratione in maius „aliquando augent, quorum ſplendor o„culos non ſatis præparatos perſtrinxit. „Frequentiſſima labes a feſtinabunda in„dagatione & fortuitis indigenarum aſſe„uera-

Digitized by Google

„uerationibus in libros peregrinantium Cap. V.
„immigrat. Verſatur in manibus homi- 2. Geograph.
„num *Iter Germanicum* DANIELIS
„EREMITAE, Itali, quod in lega-
„tione Ducis Florentini ad plerasque au-
„las Germaniæ anno huius ſæculi nono
„confecit. In hoc nihil ſibi aliud vide-
„tur habuiſſe propoſitum, quam vt vitia
„aularum cenſorio ſupercilio exagitaret;
„quæ autem alia cognitionem ac æſtima-
„tionem merebantur, aut ſuo pretio cele-
„brari debebant, alto ſilentio inuolueret:
„ſiue affectus domo allatus ei pro colora-
„to vitro fuit, per quod nullius rei verus
„conſpici color poterat; ſiue introſpectam
„quoque præſtantiam diſſimulare, artificii
„neſcio cuius pars viſa eſt. Si enim dicas,
„pleraque eum cetera neglexiſſe, id quo-
„que quo pertineat, non eget demonſtra-
„tione. Generoſius quidem animo affecie-
„batur Illuſtriſs. Dux *Rohanæus*, cum *Iter*
„ſuum deſcriberet: ſed quin & ipſe non ſe-
„mel deceptus ſit, quin affectui non ſemel
„obtemperauerit, exactiorisque inquiſi-
„tionis vel cura, vel, quod malim credere,
„occaſione ac otio caruerit, nemo negabit
„opinor, ex iis, qui intelligunt quæ legunt.
„De illis nihil attinet dicere, qui Itineraria
„ſua fabulis, ſuperſtitione, ambitione
„philoſophandi corruperunt: quod in i-
„tineribus præcipue, quæ a paucis & ra-
„ro ſuſcipiuntur, fieri amat. *Diſſ. T. I.*
*p. 12. 13.*

 „Sunt

Digitized by Google

Cap. V. 2. Geographi.

„Sunt quædam de illis, (*titulis Celſitu-*
„*dinis & Serenitatis*) ſed exterioris obſer-
„uationis, in epiſtola *Danielis Eremitæ*,
„qua legatio officioſa dicam, an ſpecioſa
„Magni Hetruriæ Ducis ad Rudolphum
„Auguſtum & Principes ordinesque Im-
„perii anno huius ſæculi IX. inſtituta de-
„ſcribitur. Vbi inter alia vt inſigne ſub-
„tilitatis transalpinæ ſpecimen iactatur,
„quod alicubi appellationem *Celſitudinis*
„debitam apto verborum circuitu decli-
„nauerint legati: omiſſum autem *Sere-*
„*niſſimi* titulum aliis varie excuſarint; ſuo
*V. Limn. I. P. 4. 6.* „Duci acriter vindicarint. Viderint alii
„quam ſubtiliter in his & ceteris verſetur:
„certe ne arcana quidem legationis diſſi-
„mulauit, ſi quis attendat; ſatisque pro-
„didit, pleraque non tam ſerio, quam in
„ſpeciem geſta. De nobili vtique Vrbe
„neque caute, neque modeſte loquitur:
„cum, excuſata veluti humanitate officii
„erga eam, non dubitat addere: *Plus ibi*
„*fortaſſe famæ quæritur, vbi legationis ho-*
„*nor ad plures pertinet.* In quibusdam
„ne conuitio quidem ſermonis abſtinet,
„promtus ad reprehendendum; ſed mul-
„tarum laudum, quas habuerunt aulæ ab
„illis legatis aditæ, diſſimulator. Nobi-
„litatem autem & magnitudinem Germa-
„norum Principum ne animo quidem
„concepiſſe videtur. Talibus rationibus
„adductus, diſtuli illud ſcriptum magni
„æſtimare. *Ibid. p. 501.* III.

Digitized by Google

## III. SCRIPTORES GENEALOGICI.

### §. 25.

Quantum ad GENEALOGIAM, seu Historiam familiarum attinet, ex veteribus nihil in hac materia relictum est; nisi quod *Bibliotheca* APOLLODORI, id est, tres libri *de Genealogia Deorum* valde eximii huc referri soleant. Ad Poetas intelligendos in primis vtile hoc opus est, & quasi filum Ariadneum per Poesin fabulosam. Eruditissimum opus, & quo eruditus aliquis carere vix potest. APOLLODORVS.

„*Apollodori Bibliotheca* XXIV. libris mi- „nimum constans, sicut ex *Photio* disci- *Cod.* 151. „mus, ante *Diodorum* quidem Historiæ „vniuersalis consilium habuit: sed for- „tasse congerendo potius, quam digeren- „do rem gesit; si *Sopatri* iudicium atten- „tius legimus. Nam illi tres libri, qui „hodieque circumferuntur *Apollodori* no- „mine, extrema parte, non magna tamen, „defecti, a vetustissimis temporibus, ethni- „corumque Theologia orsi, ad Vlyssis „vsque errores, etiam historiæ vniuersalis „proposito æstimari debent: quamquam „paucissimis ratio connexionis cognita „est. Hactenus etiam non male Græcus „epigrammatistes apud *Photium* carmen *Cod.* 186 „suum clausit, de illo libello:

Εὐρὴ-

Cap. V. 3. Genealog.

„Εὑρήσεις ἐν ἐμοὶ πάνθ' ὅσα κόσμος ἔχει.

„*Inuenies in me quicquid hic orbis habet.*

„An autem *Photius* errauerit, quod *Apol-*
„*lodori* nomen huic quoque libello con-
„uenire credidit; (ſicut contendit doctis-
*Not. ad Apollod. p. 262.* „ſimus *Tanaqu. Faber*) an vero Epitoma-
„tor aliquis nomen *Apollodori* ſuis excer-
„ptis ad eum, qui dictus eſt, finem, per
„650. annos adjecerit; aut hi tres libri ἀ-
„ποσπασμάτιον maioris operis haberi de-
*de Hiſt. Gr. L. 1. c. 21.* „beant, quod *Voſſio* viſum eſt; nunc qui-
„dem in medio relinquimus. *Diſſert. T. I. p. 1161. ſq.*

„*Apollodori Bibliothecam* hiſtoricæ
„πραγματείας eſſe *Scaliger*, & poſt hunc
„alii agnouerunt. Ad notitiam viri o-
„mnino legatur *G. I. Voſſius de Hiſtor. Græ-*
„*cis L. 1. c. 21.* quamuis alia in controuer-
„ſiam vocauit *Tanaquillus Faber* in nouis-
„ſima *Apollodori* Græco-Latina editione
„cum Notis ſuis Salmurii 1661. Prodierat
„& ante Græco-Latina editio ex officina
„Commeliniana 1599. & Antwerpiæ 1565.
„Neceſſarius liber ad Theologiam ethni-
„cam & hiſtoriam; ſed fructum ex eo pe-
„tendum paucisſimi vel videre, vel perce-
„pere. *Comment. de Scr. p. 39. ſq.*

§. 26.

Ex recentioribus HIERONYMI HENNINGES *Theatrum Genealogicum* III. To-

Digitized by Google

III. Tomis in fol. præcipuum opus eſt & omni laude dignum; cui nihil comparari poteſt. Vix hodie haberi poteſt. Commendandum, quantum ad copiam argumenti, nam ſingulæ partes ab aliis elaboratius traditæ ſunt.

ALBIZII quoque *Stemmata Principum Chriſtianorum* typis æneis expreſſa, quæ celebrari ſolent, in primis præcelluut.

„Genealogicus tibi auctor *Henninges* „erit, cui commode adieceris *Stemmata* „*Principum Albizii* Argentorati excuſa. *Diſſ. T. III. p. 350.*

„In tranſcurſu commendamus Opus „Genealogicum *Henninges*, itemque „*Stemmata Principum Albizii* Argento„rati excuſa. *Ibid. p. 500.*

„Siue *Henninges* aliquis per *Theatri* „*Genealogici* ſcenas nos circumducat; ſiue „*Albizius Stemmata Europæorum Princi*„*pum* compendiario conſpectu exhibeat. *Diſſ. T. I. p. 14.*

Poſt hos nominandus REVSNERVS qui *Baſilica* reliquit *Genealogica*, quæ itidem vtile ſubſidium præſtant.

Addantnr GOMMANI FLINSBACHII Genealogicus liber.

VBBONIS EMMII Genealogica Chronologico operi addita.

RITTERSHVSII *Tabulæ Genealogicæ.*

AN-

Digitized by Google

Cap. V. 3. Genealog.

ANTONIVS AVGVSTINVS, FVLVIVS VRSINVS, RICHARDVS STREINIVS *de familiis Romanorum.*

§. 27.

Sunt & opera de singulis stemmatibus edita, vt:

IO. GLANDORPII Commentarius *de familia Iulia & Antonia.*

WOLFG. LAZII *Genealogia Austriaca.*

OCTAVII STRADAE *Genealogia Domus Habspurgicæ.*

Nouissimum opus Genealogicum BVCELINI non exiguam industriæ laudem meretur; sed examine in multis locis opus habet.

BOVCHETI *Genealogia Regum Galliæ.*

BLONDELLI Genealogia Francica, contra quam scripsit *Io. Iac. Chifletius.*

„Sæpe doleo viri doctissimi vicem, qui „aduersus *Chifletium* iussus scribere, non „raro facit. quod in aduersario reprehen„dit: neque semper pensi habet, quid „scribat; dum modo caussæ suæ seruiat. „Quamquam profecto hoc non est caussæ „seruire, sed nocere, si quis studio cer„tandi proxima quæque arripit, censet, „vexat, neque de vlterioribus aut citerio„ribus cogitat. *Diss. T. II. p. 10.*

„Hic *Blondellus* (in Præfatione Apolo„getica

Digitized by Google

„getica contra *Chifletium*) eum ſe gerit, Cap. V.
„quem non agnoſcerem demto nomine. 3. Genealog.
„Oſtendit profecto, non ſufficere mul-
„tam lectionem & variam eruditionem
„ad tractanda argumenta publica, absque
„penitiore cognitione reipublicæ, moris-
„que & actus publici. Certe dum parti-
„bus ſuis ſubſeruire ex ſummo ſtudio con-
„tendit, earum ſtilum & ſcripturam pu-
„blicam, & acta publica ſedulo impugnat.
*Ibid. p. 13. & alibi paſſim tota diſſertatione.*
(Conf. *Notitiam S. R. Imperii, vbi diſſ. hæc de S. Rom. Imperio addita legitur p. 400.*)

ANDREAE HOPPENRODI *Genealogia Principum & nobilium familiarum in Saxonia.*

*Brandenburgicæ Stirpis Origines*, edente REINECCIO.

WOLFG. IVSTI *Genealogiæ Ducum Pomeraniæ.*

IO. SIMONII *Stemma Megapolitanum.*

*Genealogia* FRANCISCI DE ROSIERES.

*Stemmata Ducum Lotharingiæ & Barri.*

*Genealogia Comitum a Naſſau.* Lugd. Batauorum.

*Stemma Leunſteinianum.* Francof.

*Genealogia Ranzouiana.*

§. 23.

Et hæ fere præcipuæ Genealogiæ ſunt. Cum autem ſingulæ fere familiæ illuſtres

pro-

Digitized by Google

Cap. V. 3. Genealog.

proprias ſuas habeant, melius de iis, quæ adhuc reſtant, in ſingularum nationum hiſtoria mentio a nobis fiet.

Tabulæ Genealogicæ accuratiores diligenter conquirendæ ſunt, e. g. Stemma Auſtriacum valde accurata Tabula nuper expreſſum eſt, vt & Stemma Palatinum. Sed & hiſtoricis operibus inſeruntur ſæpe Genealogica multa, ſicut præſertim diligenter fecerunt in ſuis operibus *Pontus Heuterus* & *Chytræus* in *Chronico* & alii.

## CAPVT VI.

### DE

## HISTORICAE ARTIS, HISTORIAEQVE VNIVERSALIS SCRIPTORIBVS.

### I. ARS HISTORICA.

§. 1.

SEquitur iam HISTORIA ACTIONVM aut RERVM, ſiue Hiſtoria proprie ita dicta: de cuius vtilitate, præſertim ad ciuilem prudentiam, egit illuſtri admodum diſſertatione ISAACVS CASAVBONVS, quæ eſt Præfatio Polybio præfixa.

§. 2.

De ratione ſcribendæ Hiſtoriæ ex veteribus habemus libellum in Operibus LVCIANI *πῶς δεῖ ἐγγράφειν τὴν ἱστορίαν.*

Ex

Digitized by Google

Ex recentioribus multi hoc argumentum tractarunt, qui in vnum opus collecti sunt & a *Wecheliis* editi. Cap. VI. 2. Ars Histor.

In primis hoc loco commendari debet VOSSII egregium opus *Artis Historicæ*, quo is, quomodo scribenda Historia, quidue ad eam requiratur, exposuit. VOSSIVS.

§. 3.

Conferantur VBERTVS FOLIETA *de ratione scribendæ Historiæ.*

FRANCISCVS PATRICIVS *de legenda scribendaque Historia.*

IO. ANTONIVS VIPERANVS *de scribendis Historiis.*

PAVLI BENII Eugubini *de Historia scribenda* Latine.

SEBASTIANVS MACCIVS *de Historia.*

IO. BODINI *Methodus Historiarum.*

REINECCII *Methodus legendæ Historiæ.*

TILEMANNI *Discursus de Historicorum delectu.*

SIMONIS STAROVOLSCII *Penu Historicum.*

## II. HISTORIAE VNIVERSALIS SCRIPTORES ANTIQVI.

§. 4.

Est autem ea HISTORIA vel VNIVERSALIS, vel PARTICVLARIS. VNIVERSALIS HISTORIAE scriptorem antiquum



Digitized by Google

Cap. VI. 2. Hist. Vniuersalis.

ex ethnicis nullum habemus, nec habere possumus, cum iis primæuæ origines ignotæ fuerint; nisi de iis dicendum, qui propositum hoc sibi habuerunt, vel inter Græcos; qualis fuit *Diodorus Siculus*: vel inter Latinos, vt *Trogus Pompeius*.

§. 5.

DIODORVS SICVLVS.

Fuit DIODORVS SICVLVS nobilissimus scriptor, qui, quantum ethnico licuit, ab initio Orbis historiam orsus, eandem ad sua deducere tempora voluit: sed magna eius pars iniuria omnino vetustatis, quæ omnia abolet, intercidit, & hodie vel plane negligitur, vt, quod dolendum, ignotus plerisque videatur. Editus Francofurti, cum versione *Laurentii Rhodomanni*.

„Maius opus animo concepit & in „multis exquisitam *Polybii* curam, inter„dum & stilum, quamuis in genere scri„bendi pressiore & magis conciso, imita„tus est *Diodorus Siculus*, cuius *Biblio„theca* vniuersalis Historiæ, in quantum „ethnicis pertingere licuit, nomen iam „insignite meretur. Orsus est enim a re„bus antiquissimis & ex illo tempore, quod „ethnicis ignoratione sacræ, id est, omni„um vetustissimæ historiæ non immerito „ἄδηλον siue obscurum fuit: multa tamen „ex auditu, veluti per vmbram, repetens, „vsque ad Iulium Cæsarem opere diligen„tissimo, cui elaborando triginta annos „impenderat, omnium fere gentium na-

tionum-

Digitized by Google

„tionumque res per vndecim amplius fæ- Cap. VI.
„cula executus est. Ingens thesaurus, 2. Hist. Vni-
„nisi pleraque periissent. Non defuisse uersalis.
„paucos quosdam fatetur, qui ab vltima
„(intellige, ethnicis cognita) antiquitate
„Historiam vniuersalem ad cuiusque tem- *L. 1. Hist. p. 3. edit. Rhodom.*
„pora deducerent - - - - Quibus omni-
„bus suum opus præstare non vane præ-
„dicat. - - - - - - Atque huic *Diodori*
„*Siculi* operi, quod per omnia æquari
„possit, nihil licet ex antiquitate Græca vel
„coniectare, vel nominare. *Diss. T. I. p. 1160. seq.*

„*Diodorus* mirifico studio *Polybium*
„imitatur, non in iudicio tantum de rebus
„gestis exponendo, sed etiam in ipsa *φράσει*:
„erudito tamen & eo imitationis ge-
„nere, cuius rationes inspexisse eloquen-
„tiæ politioris amatores non parum iuue-
„rit. *Lectiones Polybianæ p. 172. vbi exemplis in rem præsentem adductis id demonstratur.*

„*Diodori Siculi* optima editio Græco-
„Latina, studio *Laurentii Rhodomanni*,
„Hanouiæ typis Wechel. 1604. Quædam
„huius scriptoris in Excerptis Peirescianis.
*Comment. de Scr. p. 45.*

§. 6.

TROGI POMPEII epitomator IVSTINVS solus hodie supersest, qui ne- TROGVS. IVSTINVS.
quaquam contemnendus. Licet enim stili
non eadem venustas appareat, atque in cete-

Cap. VI. 2. Hiſt. Vniuerſalis.

ris veteribus auctoribus; interim tamen verba, phraſesque optimæ cenſendæ, vt quæ omnia ille ex *Trogo* retinuit; ſicut ſcilicet etiam *Gellium* feciſſe conſtat.

*Iuſtinus in præf.*

„*Diodoro* ſuppar in Latinis *Trogus Pom-*
„*peius*, itidem orbem terrarum aggreſſus,
„ſuis libris omnium ſæculorum, regum,
„nationum, populorumque res geſtas vs-
„que ad Auguſtum complexus eſt. Hic,
„inquit *Bongarſius*, a Nino, qui primus
„τῶν εἰς ἱστορίαν καὶ μνήμην παραδεδομένων,
„ad Auguſtum Cæſarem, non vt Atticus
„apud *M. Ciceronem* ſeptingentorum, ſed,
„vt *Corn. Nepos*, omne ævum, id eſt, duum
„millium annorum memoriam vno libro
„colligauit. Et *Trogi* quidem epitomen
„*Iuſtinus* fecit & ad poſteros transmiſit.
*Diſſ. T. I. p. 1162.*

„*Trogus Pompeius* ex parte nobis ſuper-
„eſt, quatenus ſcilicet poſtea Antonini
„temporibus *Iuſtinus* epitomen inde de-
„ſcripſit. Vid. *Voſſius de Hiſt. Lat, L. 1. c. 9.*
„Magnus fuit vir iſte *Trogus*; eloquentia
„quoque & prudentia ſingulari, maxi-
„mum etiam opus hiſtoriæ vniuerſalis ag-
„greſſus. Eius verba retinuit (ſicut *Xiphi-*
„*linus Dionis*) *Iuſtinus*, vt fragmenta apud
„veteres Grammaticos teſtantur. Re-
„ctiſſime autem ſuaſit doctiſſimus *Bon-*
„*garſius* ab hoc ſtudioſis incipiendum eſ-
„ſe, qui de eo etiam præclare fuit meritus:
„omnium optime noſter *Berneggerus*, vt
„omnia

Digitized by Google

„omnia illius Viri ſunt eximia. *Sæcula IV. p. 76.* Cap. VI. 2. Hiſt. Vniuerſalis.

„Quid de *Iuſtino* dicemus, qui *Trogi* „epitomen fecit? Qui eloquentiam peni- „tius ſcrutantur, haurire poſſunt inde a- „liquid e melioris ſæculi literatura. In „plurimis enim non minus *Trogum* exſcri- „bit, quam *Xiphilinus Dionem.* Si can- „dide & citra moroſam cenſuram agen- „dum eſt, non video quid repudiare in eo „poſſit noſtri ſæculi Politicus, vel in ver- „bis, vel in ſententiis, quatenus expoſitio- „ni rerum ſeruiendum eſt. Nam elegan- „tiam contexendæ orationis, aut ornandi „argumenti aliunde rectius forte petiue- „ris. *Diſſ. T. I. p. 113.*

„*M. Iunianus Iuſtinus* epitomator An- „tonino Pio opus ſuum inſcripſit. Eru- „ditior & exquiſitior eſt, quam vulgo con- „ſtat. Veriſime olim ſuaſit *Bongarſius* „ab hoc inchoandum eſſe ſtudium hiſto- „ricum: ſed huiusmodi conſilia parui „penduntur hodie. Editio, poſt *Modii*, „*Bongarſiii* &c. ſtudia, optima eſt *Berneg- geri. Sæcula IV. p. 170.*

„Vniuerſali Hiſtoriæ proximi ſunt *Iu- „ſtinus & Diodorus Siculus*; e quibus præ- „ſertim *Iuſtinus* viam præibit tibi ad ſin- „gularum gentium hiſtorias, quas parti- „culares nominare ſolent. Videtur etiam „nonnihil ad famam ea res pertinere, cum „vix ſine nota negligentiæ audiatur, ſi

Cap. VI. 2. Hist. Vniuersalis.

„quis *Iustinum* non legisse compertus fue-
„rit. *Diss. T. III. p. 346.*

„Nec *Iustino* deest eloquentia, qualis
„hic spectatur & sufficit. *Ib. p. 539.*

„*Iustinum* scriptorem vtilissimum plu-
„rimis obseruationum politicarum ad cot-
„tidianum vsum accommodatarum flo-
„sculis abundare animaduerti. *Ib. p. 426.*

„*Trogi Pompeii* stilo vtitur epitomator
„*Iustinus*, in quo edendo felix fuit dili-
„gentia *Bongarsii* & *Berneggeri*. *Græuii*
„quoque politulæ notæ nuper accesserunt.
*Comment. de Script. p. 49.*

§. 7.

PAVLVS OROSIVS a *Fabricio* editus, qui auctor pleraque ex *Iustino* in suam *Orchestram mundi* transscripsit. Vide *Berneggerum* ad *Iustinum* & *Andream* quoque *Schottum* in præfatione editionis suæ.

PAVLVS OROSIVS.

„*Paulum Orosium* ponunt etiam in iis,
„qui vniuersali historiæ animum adiece-
„runt. Nec alienus est ab hac sententia
„*Andreas Schottus*, dum *Orchestram* putat
„inscriptum esse hoc opusculum, ceu thea-
„trum rerum gestarum: & historiarum le-
„ctionem ab eo auspicandam arbitratur.
„Admodum liberaliter ita iudicant de con-
„ciso libello & ex singulari occasione ad
„certum scopum ac hypothesin relato. Et
„*Orchestra* illa forte tam nihili est, quam
„*Hormesta & Ormesia*, aut *Hormathus* a-
„liaue deliramenta circa indicem libri.
*Diss. T. I. p. 1166.*

*Epist. ad Petr. Cholin.*

„*Paulus*

Digitized by Google

„*Paulus Oroſius*, Hiſtoricus, qui ſcri- Cap. VI.
„pturam ſuam contra gentiles direxit. E- 2. Hiſt. Vni-
„ditio Mogunt. 1615. cum Notis *Fabricii*, uerſalis.
„*Schotti* &c. Sunt in eo quædam, quæ
„alibi fruſtra quæruntur. *Comment. de Scr. p. 76.*

§. 8.

CASSIODORI *Chronicon* eius O- CASSIO-
peribus adiunctum eſt. Editio Pariſienſis DORVS.
optima: vbi etiam edita Hiſtoria ISIDO- ISIDO-
RI HISPALENSIS cum IORNAN- RVS
DE & WARNEFRIDO. HISPA-
LENSIS.
„*Caſſiodori* Opera ſæpius edita Pariſiis IORNAN-
„in 4. & 8. Neceſſarius ſcriptor ad hiſtori- DES.
„am horum temporum, res Gothicas, o-
„mnemque imperii & actus publici for-
„mulam. *Comment. de Scr. p. 82.*

„Nec *Caſſiodori Chronicon* ab orbe con-
„dito vsque ad Theodoricum Regem,
„quisquam huc (*ad Hiſt. vniu. artificio Po-*
„*lybiano ſcriptam*) retulerit. *Diſſ. T. I. p. 1166.*

„*Iornandem* ſiue *Iordanum* cum *Pro-*
„*copio* edidit *Hugo Grotius* & in Hiſtoriæ
„Auguſtæ Scriptoribus *Gruterus* in fol.
*Comment. de Scr. p. 83.*

## II. HISTORIAE VNIVERSALIS SCRIPTORES SEQVIORIS AEVI.

§. 9.

NICEPHORVM CONSTANTINOPOLITANVM edidit *Dioryſius Petauius.* NICEPHORVS CPTANVS.



Digitized by Google

Cap. VI. 2. Hist Vniuersalis.

„*Nicephori* Patriarchæ CPtani Chro-
„nica *Dionysius Petauius* Græce & Latine
„in 8. Parisiis edidit. *Comment. de Scr. p. 89.*

„IO. ANTIOCHENVS, homo
„exigui iudicii, qui omnia promiscue, in
„quæ incidit, describit. *Sæcula IV. p. 330.*

„De *Antiocheno* equidem nihil nobis
„constat, quis, vel vnde fuerit; vnde *Vos-*
„*sius* etiam *de Hist. Gr.* frustra de eo inqui-
„siuit. Verum dubitandum non est, Hi-
„storiam eius aliquando alicuius auctori-
„tatis fuisse. - - - - Hinc non videtur
„omnis auctoritas huic *Io. Antiocheno* de-
„neganda, quem & hic, & alibi descripsit
„*Suidas.* Non dubitandum itaque fuisse
„auctorem bonum; *Suidas* enim vix re-
„perietur aliquem non probatum exscri-
„psisse, licet inter optimos illos, quos ex-
„scripsit, vnus præ altero maioris sit au-
„ctoritatis. *Sæcula IV. p. 24. Conf. p. 222.*

CEDRENVS.

GEORGIVS CEDRENVS iudicio non quidem magnus, sed propter temporum illorum historiam necessarius; editus est Parisiis inter Scriptores Byzantinos.

„*Cedrenus* amplius institutum secutus
„est, & vniuersalis historiæ nomine digni-
„us. Sed, quantum ex minore parte in-
„gentis operis, quæ sola ad nos peruenit,
„intelligitur, non raro ambages serit & in
„aliena digreditur, ne non tam philoso-
„phus, quam historicus videatur. *Diss. T. I. p. 163.*

„*Geor-*

by Google

„*Georgius Cedrenus* Gr. Lat. Basil. 1566. „Iudicio non valde pollet. Cetera scri- „bit, vt in alios scriptores incidit. *Comment. de Scr. p. 91.* Cap. VI. 2. Hist. Vniuersalis.

§. 10.

ZONARAS, qui etiam *Io. Monachus* dicitur, historiam tribus tomis ad annos 1118. scripsit, quæ magni æstimatur. Pleraque nimirum ex optimis auctoribus desumsit, & de ecclesia Græca insignia monumenta collegit. Edidit *Hieronymus Wolffius* Græce & Latine. ZONARAS.

„*Ioannes* quoque *Zonaras* in præfatio- „ne operi præmissa satis ostendit, sibi in a- „nimo fuisse καθολικήν τινα ἱστορίαν, vni- „uersalis quoddam historiæ corpus con- „cinnare, a condito scilicet orbe vsque ad „Alexii Comneni obitum, id est, an. Chr. „1118. Delegit autem sibi non omnium, „sed præcipuarum gentium historias; ne- „que eas omnes, sed vel præcipuas, vel eas, „quæ ad ecclesiæ seriem perspiciendam „facere videbantur, consilio iudicioque „suo: vt interpres eius fatetur. *Diss. T. I. p. 1163.*

„Est & *Zonaræ* e classicis scriptoribus „Historia vniuersalis valde commoda di- „scentium profectui. *Diss. T. III. p. 492.*

„*Zonaram* rarius nominamus: quid e- „nim habet proprii? Nam pleraque ex „*Dione* descripsit. *Sæcula IV. p. 100.*

„*Io. Zonaræ* Historia vniuersalis Gr.

Cap. VI. 2. Hist. Vniuersalis.

„Lat. Basil. & Parisiis inter scriptores By-
„zantinos in fol. *Comment. de Scr. p. 93.*

§. 11.

MICH. GLYCAS.

MICHAEL GLYCAS *Zonara* & *Cedreno* deterior, veruntamen cum his coniungendus est. Nam hi tres historici ab Orbe condito scribere in animo habuerunt.

„Minus etiam *Zonara* præstitit, quam-
„uis idem consilium intra eiusdem argu-
„menti limites præ se ferens *Michael Gly-*
„*cas*, totus παρεκβατικὸς, digressionibus
„& disputationibus deditus, & legum hi-
„storiæ immemor. *Diss. T. I. p. 1164.*

„Mos iste scriptoribus sequioris ævi
„Græculis, vt libidine confingendi multa
„falsa habeant; sicut id etiam facit *Mi-*
„*chael Glycas. Sæcula IV. p. 290.*

„Nec meliora meretur elogia *Mich.*
„*Glycas* & *Cedrenus* similesque, (*quam*
„*scriptorum nullius fidei*;) nisi quatenus sua
„ex aliis describunt, vel aliorum testimo-
„niis iuuantur; adeo omnia eorum sunt
„futilia & anilibus fabulis plena. *Ibidem p. 307.*

„*Mich. Glycas*, Ingolstadii 1572. Mire
„studet Theologus videri; quamuis pa-
„rum grauitatis memor. *Comment. de Scr. p. 98.*

„GEORGIVM SYNCELLVM
„& *Cedrenum* pleraque descripsisse (*ex*
„*Iulio Africano*) monstrat principio Anim-
„aduersionum Eusebianarum *Iosephus*
„*Scali-*

Digitized by Google

„*Scaliger*. - - - - Ex *Syncello Euſebii* Græ- Cap. VI.
„ca, quæ ſuperſunt, repetenda fuerunt. 2. Hiſt. Vni-
„Quæ ſcripta *συναγωγὴν ἱςοριῶν χρονολο-* nerſalis.
„*γικὴν*, collationem hiſtoriarum nota-
„tione temporum circumſcripſerunt:
„prætermiſſis expoſitione vlteriore &
„contextu rerum ciuili. *Diſſ. T. I. p. 1163.*

„THEOPHANES Byzantius La-
„tine a *Paulo Diacono* in *Hiſtoria Miſcellæ*
„Gr. Lat. Pariſiis inter Scriptores Byzan-
„tinos. *Comment. de Scr. p. 83.*

„CONSTANTINVS MANAS-
„SES cum ſubiuncta verſione Latina
„*Meurſii* Lugduni Batau. 1616. Neque
„ingenio, neque arte æſtimandus. Illud
„vnum eruditi ſectantur, quod nonnulla
„habet aliis indicta. *Comment. de Script.*
*p. 98.*

„*Conſtantinus Manaſſes*, qui vixit tem-
„pore Manuelis Comneni, (fæculo XII.
„poſt C. N.) Græcorum compilator in Sy-
„nopſi Hiſtorica. *Sæcula IV. p. 309.*

§. 12.

Inter Latinos ADO VIENNENSIS ADO VI-
breuiſſime ab Orbe condito hiſtoriam com- ENNENSIS.
plexus eſt.

„*Ado Viennenſis* in Germania & Gallia
„editus in 4. *Comment. de Scr. p. 89.*

„RHEGINO, Abbas Prumienſis,
„duobus chronicorum libris præclarum
„nomen adeptus eſt. Perduxit id opus
„ad annum 907. id quod amplius apud
„*Voſſi-*

Digitized by Google

Cap. VI. 2. Hist. Vniuersalis.

„*Vossium* disputatur. Quæ sequuntur ab „alio adiecta sunt *Rheginoni*. *De rebus Sæculi IX. & X. p. 223.*

GODEFR. VITERB.

GODEFRIDI VITERBIENSIS ineptissimi scriptoris, atque indoctissimi *Pantheon*.

„*Gottfridi Viterbiensis Pantheon* in O„pere Pistoriano Scriptorum Germanico„rum. *Comment. de Scr. p. 95.*

„*Gottfridus Viterbiensis* in opere Pisto„riano; inepti iudicii scriptor *Ibid. p. 100.*

„SIGEBERTI, Gemblacensis, *Chro„nicon* cum continuatore *Roberto de Mon„te* habetur in opere Scriptorum Germa„nicorum Pistoriano. *Comm. de Scr. p. 93.*

ABBAS VRSPERGENSIS, qui etiam ad res Germanicas referendus est.

CONR. a LICHTENAV.

*Conradus a Lichtenau*, Abbas Vrsper„gensis, sæpius editus cum Paralipomenis „*Hedionis. Comment. de Scr. p. 96.*

„VINCENTIVS BELLOVA„CENSIS vsque ad annum Christi 1244. „deduxit speculum Historiale; in quo „multæ nugæ. *Diss. T. I. p. 1166.*

„*Vincentii Bellouacensis speculum histo„riale* digna atque indigna relatu habet, „iudicio sæpe exiguo. *Comm. de Scr. p. 97.*

§. 13.

IO. COLVMNA.

IOANNIS COLVMNAE *Mare Historicum*; scriptoris ineptissimi & eiusdem cum *Viterbiensi* commatis; quod ipsum scilicet vel ex titulo cuiuis apparet.

Hen-

Digitized by Google

„Henrici VII. temporibus ANONY- Cap. VI.
„MVS quidam ſcripſit *Chronicon* de ſep- 2. Hiſt. Vni-
„tem ætatibus mundi, haud dubie hiſtori- nerſalis.
„am vniuerſalem molitus: ſed quantum
„ex deſcriptione *Voſſii* conſtat, compila-
„tio mera eſt. *Diſſ. T. I. p. 1166.*

CONRADVS S. VDALRICI. CONR. S.
„Ita etiam inſcripſit opus ſuum RI- VDALRI-
„CHARDVS GRASDALE *de æta-* CI.
„*tibus Mundi. Diſſ. l. c.*

„Nec aliud quam excerpta ſapit HEN-
„RICI DE ERFORDIA opus, de
„factis illuſtribus ab O.C. vsque ad annum
„Chriſti 1355. *Ibid. p. 1167.*

„*Henricus de Erfordia* nugis admixtis
„auctoritatem, ſi quam habet, deſtruit.
*Diſſ. T. II. p. 99.*

RANVLPHI HYGDENI *Poly-* RANVL-
*chronicon.* PHVS
HYGDE-
„*Ranulphi Hygdeni Polychronicon* vi- NVS
„detur æſtimatores reperiſſe: cui etiam
„auctarium addidit THOMASWAL-
„SINGHAMVS. *Diſſ. T. I. p. 1167.*

„Florilegium tantum Hiſtoriæ vniuer-
„ſalis ipſo nomine profitetur MAT-
„THAEVS WESTMONASTE-
„RIENSIS. *Ibid.*

„BALDVINVS, parochus Paderbor-
„nenſis ab O. C. vsque ad 1418. hiſtoriam
„vniuerſalem reliquit. *Ib.*

„*Chronodromon* IOANNIS BRAN-
„DONIS huc videtur aſpiraſſe.

„Vt

Cap. VI. a. Hist. Vniuersalis.

„Vt & ANONYMVS sub Sigismun-
„do Imperatore. *Ibid.*

GOBELINVS PERSONA.

GOBELINI PERSONAE *Cosmodromium* seu Chronicon Vniuersale.

„Sigismundi temporibus etiam *Gobeli-*
„*nus Persona Cosmodromium* suum com-
„posuit. *Diss. l.c.*

„ANIANI FLANDRI Casselen-
„sis *Chronicon vniuersale* an superstit, igno-
„rat *Vossius*.

„PETRI RANZANI *de omnium*
„*pæne gentium rebus Annales*, quales fue-
„rint, superstes de 61. libris fragmentum
„vltimi ostendit.

„WERNERI ROLEVINC de
„LAER *Fasciculus temporum* operi scri-
„ptorum German. Pistoriano insertus,
„qualis sit, in propatulo est. *Ibid.*

DONATVS BOSSIVS.

DONATI BOSSII *Chronicon.*

HARTM. SCHEDEL.

*Chronicon* HARTMANNI SCHEDELII *Norimbergense* ab O. C. ad A. C. 1492. satis ineptum; sed tamen multa habet, quæ alibi frustra quæruntur.

ANTONINVS.

ANTONINI *Chronicon.*

„*Antonini*„ Archiepiscopi Florentini opus
„multa continet, quæ nemo historicarum
„artium peritus probauerit. *Diss. T. I. p. 1167.*

## IV. HISTORIAE VNIVERSALIS SCRIPTORES RECENTIORES.

### §. 14.

Inter recentiores vero IACOBVS CA-

Digitized by Google

CAPELLVS *Hiſtoriam ſacram & Exoticam* edidit.

Cap. VI. 2. Hiſt. Vniuerſalis.

Cui annumerandum CARIONIS *Chronicon, Philippo Melanchthone & Peucero* auctoribus nobile, atque inter ea, quæ habemus, grauitate iudicii & explanationis facilitate plane optimum; niſi quod accuratior Chronologia adiuncta ei non eſt. *Carionem* autem nihil ad id opus contuliſſe notandum eſt, ſed *Melanchthonem* potius, quia *Cario* præceptor eius fuerat & aliquando in huiusmodi propoſitum delapſus erat, ſub eius nomine id edidiſſe, *Peucerum* vero poſtea continuaſſe.

IAC. CAPELLVS. CARIO.

„Inſtitit hanc viam *Chronicon*, quod „vulgo *Carionis* vocatur: eſt autem a „*Philippo Melanchthone* compoſitum & a „*Peucero* continuatum. In hoc ea ſunt „ad ſummam rerum & hiſtoriæ vniuerſa„lis contextum ſpectantia iudicia, moni„ta, præcepta, vt de alio huius generis & „inſtituti volumine ſimilia polliceri nemo „facile queat. *Diſſ. T. I. p. 1168.*

„*Chronicon Carionis*, quod ſub eius no„mine ſcripſit *Philippus Melanchthon*, & „cuius alteram partem continuauit *Peu„cerus*, tale eſt, vt ei nullus ſane præferen„dus ſit. *Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 93.*

„Mihi nondum idonea viſa eſt ratio, „cur *Philippi Melanchthonis Chronico*, „quod *Carionis* vocant, præferrem alios; „niſi quod maiorem in eo Chronologiæ „lucem

Cap. VI. 4. Hist. Vniuersalis.

„lucem possumus requirere. Sed sup-
„pleri aliunde id potest. Et satis constat
„nihil hactenus perfectum in hoc genere
„elaboratum esse. *Diss. T. III. p. 346.*

„Vniuersalis Historiæ compendia mul-
„ta extant; e quibus tamen *Chronicon*
„*Philippi Melanchthonis*, quod vulgo *Ca-*
„*rionis* vocant, optimum. *Ibid. p. 499.*

§. 15.

GOTTFRIDVS.

GOTTFRIDI *Quatuor Monarchiæ* Germanica lingua conscriptæ eximiæ plane & hodie in aulis magnatum vsitatissimæ sunt. Editæ in folio.

„Quamquam de cetero ad vsum com-
„munem, epitomicum tamen, vberior
„(*Carionis Chronico*) sit, & frequentior
„*Ludouici Gottfridi* Historia vniuersalis,
„*Quatuor Monarchiarum* elogio compre-
„hensa. *Diss. T. I. p. 1168.*

„*Gottfridi IV. Monarchiæ* Germanice
„scriptæ, est opus excellentissimum & v-
„tilissimum. *Diss ad Lipsii Polit. p. 93.*

REINECCIVS.

Nec alio spectabat REINECCII *Syntagma Historiæ Iuliæ*: quia insigne maxime hoc opus est, ac dolendum, quod, vt constituerat vir præclarus, quartam etiam monarchiam absoluere non potuerit, sed tres priores tantum nobis relinquere coctus sit.

„Omnium autem in hoc genere curas vi-
„cit opus nobilissimum *Reineri Reineccii*,
„siue *Syntagma Historiæ Iuliæ*, acerba au-
„ctoris

„ctoris morte, quantum ad vltimam par- Cap. VI.
„tem attinet, interruptum. *Diss. T. I.* 4. Hist. Vniu.
*p. 1169.* recent.

Vulgo in manibus est IO. CLVVE- CLVVE-
RI *Epitome Historiæ Vniuersalis* in 4. quæ sa- RVS.
ne non est spernenda; quamuis fortasse non
defuerint causſæ, ob quas *Gottfridi Monar-*
*chias* prætuleris; præsertim postremam edi-
tionem.

„*Cluueri* etiam *Historia* commenda-
„tur; sed sæpe in margine pro fontibus no-
„minantur riui. *Diss. ad Lipsii Polit. p. 93.*

„*Ioannes Cluuerus* epochas Biblicas &
„Propheticas aliter iudicio & contextu se-
„quitur: in quantum habuit, qui præirent.
„Aut, si dicendum clarius est, Historiæ
„Ecclesiasticæ aptauit quicquid ad conne-
„xionem rerum pertinet. *Diss. T. I. p. 1169.*

„Commendant hodie etiam *Io. Cluueri*
„*Historiam Vniuersalem*, itemque *Micræ-*
„*lii, Paræi*, aliorum: de quibus suum cui-
„que esto iudicium. Nos *Philippi Chro-*
„*nico* omnino *Sleidani de quatuor Monar-*
„*chiis* libellum velimus adiungi. *Diss. T.*
*III. p. 499.*

„SLEIDANI quoque libellus hoc
„nomine præscriptus, quantum in illa exi-
„guitate fieri potuit, auctoris prudentiam
„abunde prodit. Fontes historiæ oppor-
„tuna annotatione *Meibomius* erudite ad-
„iecit. *Diss. T. I. p. 1168.*

„CHRISTIANVS MAT-
N „THIAE

Cap. VI. 4. Hist. Vniu. recent.

„THIAE suauitate & nouitate quadam „methodi sua ad monarchias excerpta „adornauit. *Ibid.*

„*Christiani Matthiæ* liber etiam metho„di nouitate multis placet; sed nil habet, „quod magnam laudem mereatur. *Diss.* „*ad Lipsii Polit. p. 93.*

„PEZELII & MICRÆLII ope„ra docentis ingenio accommodari audi„toribus visa sunt. Ceteris haud æque τῆς „ἁρμοζούσης ἐπισάσεως, quam in Historia „vniuersali *Polybius* spectat, copiam „præbere putantur. *Diss. T. I. p. 1169.*

„*Suetonio* & *Tacito* hic sine caussa ido„nea dicam scripsit vir & amicus noster „honoratissimus, dum fata sinebant, „CHRISTOPH. ADAMVS RV„PERTVS in *Obseruationibus ad Besol„di Synopsin*, ab *Arnoldo* quondam editis, „quas ipse auctor nunquam, puto, nisi „mutatis compluribus, editurus erat. „(Grauiter tum *Bæclerus* refutauit erro„res *Ruperti*, *Tacitum* que contra crimina„tiones vindicauit.) *Sæcula IV. p. 9. sq. Conf. p. 11. 14. 98. 104. 322.*

„Hinc egregio & clarissimæ eruditionis „Viro *Chr. Ad. Ruperto* nata occasio ali„um ordinem (*triginta tyrannorum*) con„stituendi; delectabatur enim studio „Chronologico. *Ib. p. 215. sq. Conf. p. 213. 223.*

§. 16.

Addenda BOXHORNII *Historiæ Vniuersalis* in 4. ELI-

ELIAE REVSNERI *Isagoge historica.* Cap. VI. 4. Hist. Vniu. recent.

MATTHAEI DRESSERI *Isagoge historica* per millenarios mundi.

VICTORINI STRIGELII Scholæ historicæ.

HORATII TVRSELLINI *Epitome historiarum* in 8.

*Chronica aliquot Virorum doctorum operæ concinnata. Basileæ.*

*Chronicon Chronicorum* IO. GVALTERI (*Ianus Gruterus* sub hoc nomine latet) IV. Tomis in 8. quod diuersa scripta complectitur maioris minorisque pretii, plurimos tamen auctores satis egregios.

PHILIPPI BERGOMENSIS *Chronicon.*

LEONH. KRENTZHEIMII *Chronologia & Observationes Chronologicæ.*

NAVCLERI *Chronicon* seu Generationes ab Orbe condito.

„*Ioannis Naucleri* opus Historiæ vni-
„uersalis multum debet limæ *Philippi Me-*
„*lanchthonis:* annotante *Ioach. Camerario*
„in *Vita Melanchthonis. Diff. T. I. p. 1168.*

M. ANTONII SABELLICI *Enneades*, nobile opus, & eleganti stilo conscriptum, multaque præclara in rebus Italicis continens. Accessit auctarii loco *Casp. Hedionis Synopsis historiæ.*

„*M. Antonii Sabellici Enneades XI.* vs-
„que ad an. Christi 1504. pertingunt.
*Diff. T. I. p. 1168.*

Cap. VI. § II. Hist. Vniu. recent.

PETRI OPMEERI *Opus Chronographicum.*

PAVLI CONSTANTINI PHRYGIONIS *Chronicon.*

LAVRENTII SVRII *Historiæ Vniuersalis Compendium*, continuatum a *Mich. ab Isselt.*

§. 27.

Præterea suorum temporum historiam vniuersalem reliquerunt:

THVANVS. THVANVS historicorum recentiorum Princeps.

„Recentiorum quoque numerum tum „alii, tum præcipue augusti calami scri„ptor *Thuanus* & accuratæ circumspectio„nis vir *Sleidanus* augere possunt ac de„bent. *Diss. T. I. p. 1153.*

„Et quando tempora, quæ *Natalis* „componit, in *Iacobi Augusti Thuani* opus „congruunt, qui ab anno Christi 1543. vs„que ad 1607. sexaginta annorum histori„am vniuersalem condidit; non poterit „vtilior & exactior κρίσις institui, quam si „quis illius scripturam cum huius exposi„tione conferat, consilia consiliis, artes ar„tibus scribendi comparet, & quid inge„nio prudentiaque valeat vterque, inte„riore cura dignoscat. Fallor, aut ma„gno exemplo constabit, duo cum faciunt „idem, non esse idem: & vno eodemque „argumento ingenia decora cœlo tenus „assurgere; imparia inter conandum he„bescere

Digitized by Google

„beſcere & obhæreſcere. *Thuanus* enim „eſt, cui nemo hiſtoriarum ſcriptor, ex eo „quo vixit tempore, per omnia poteſt comparari: præſertim illis artibus, quas, „*Polybii* exemplo, vniuerſali hiſtoriæ „coaptandæ vnice validas & idoneas exi„ſtimamus. Atque *Thuanus* quidem pa„lam profeſſus eſt, ſe res orbe toto geſtas „annis deſignatis & expreſſis poſteris tra„diturum. *Ibid. p. 1172.* Cap. VI, 4. Hiſt. Vniu. recent.

„*Thuani* eximia prorſus virtus vbique „præclariſſimo operi genium infudit & vi„gorem. Quippe obfirmato contra ca„lumnias & obtrectationes animo, con„ſcientia tutus, iter tenuit, ambitione & „periculis vacuum. *Ib. p. 1174.*

„Sed, vt virtus & ingenium *Thuani* ſin„gularis eſt exempli; ita delectus & iu„dicium in ſequendis aut non ſequendis, „quæ alii conſignauerant, ad ſummum „laudis profecit. *Ibid. p. 1176.*

„*Thuanus* nihil horum ignorauit. Igi„tur opus eius plenum eſt digreſſionibus „deſcriptionem variarum totius orbis Re„rumpublicarum, Regnorum, Imperio„rum, Statuum, continentibus. Qua in „re, vt ſemper, magno iudicio delectuque „verſatur. Exemplo eſſe poteſt deſcri„ptio S. Rom. Imperii, qua ad Germanos „pertinet. Licet enim aliqua ſint, quæ „aliter deſcribi poſſunt & debent; iudicio „tamen vſus eſt tam candido rectoque, vt



Digitized by Google

Cap. VI. 4. Hist. Vniu. recent.

„pudorem incutere possit multis Germa-
„norum, qui oculis longe minus illumi-
„natis isthæc talia aspexerunt. *Ibid. p. 1181.*

„Non possunt in Historia Vniuersali o-
„mitti, quæ ad statum religionis pertinent.
„Quare *Thuanus* ex *Sleidano*, quæ in an-
„nos certos congruunt, diligenter mutua-
„tur. Huius enim viri candorem, pru-
„dentiam, fidem, ex merito æstimauit. A-
„cta quoque colloquiorum de religione
„institutorum & alia eodem pertinentia
„scripta sedulo euoluit, vt posset, quam-
„quam breuem, summam exhibere. Et
„quia vtrinque scripta & dicta cognoscere
„& narrare potius, quam præter officium
„historici alteram partem insectari voluit;
„tum etiam quia acerbius in alteram par-
„tem facta non laudanda suscepit; odium
„grauissimum incurrit hominum malefe-
„riatorum, testatum famoso libello, cuius
„titulus erat: *Io. Baptistæ Galli Notæ in Hi-
„storiam Thuani;* qui liber sententia Cu-
„riæ Parisiensis manu carnificis crematus
„est. *Ibid, p. 1184.*

„Inter recentiores laudandus etiam o-
„mnino est *Thuanus. Io Bapt. Gallus,*
„personatus Iesuita, cuius liber flammis
„datus, quidem nævos eius multos co-
„natus est demonstrare, sed immerito
„reprehendit *Thuanum. Diss. ad Lipsii Po-
litica p. 92.*

„Recentiorum tibi præcipuus *Thuanus*
„esto,

Digitized by Google

„esto, quem non modo argumenti digni- Cap. IV.
„tas, sed scriptionis insuper & iudicii gra- 4 Hist. Vniu.
„uitas Politicis hominibus commendat. recent.
„*Diss. T. III. p. 348. sq.*

„Inter recentiores historicos *Thuanus*,
„insignis fidei candorisque nomine, tanto
„cordatorum virorum consensu com-
„mendatur, vt nec futiles aduersus histori-
„am eius *Notæ*, nec malignorum quorun-
„dam atroces sermones vel in Gallia, vel in
„vlla Europæ parte potuerint laudem eius
„obscurare. Quo nomine aliquis mirari
„queat, inueniri hodie, qui probris aduer-
„sus virum grauissimum non abstineant.
„Nolo eos nominare qui exempli aduer-
„sus semetipsos pessimi auctores facti satis
„ad posteritatem insignes erunt. Excu-
„satius fuit examen & moderatius, quod
„publicato primum opere quosdam de ra-
„tionibus politicis potius, quam de histo-
„rici officio solicitos in seueras traxit sen-
„tentias. Puto me rem studiosis gratam
„facturum, si duorum magnorum viro-
„rum, *Scipionis Gentilis* & *Marci Velseri*,
„super ea re disputationem in vulgus non
„editam hic apponam. Ita autem scri-
„bit *Scipio Gentilis* ad *Bongarsium*: *Augu-*
„*sto nuper & Monaci fui. Cum multa alia*
„*me in iis vrbibus delectauerunt, tum in*
„*primis* Marci Velseri *singularis erga me*
„*humanitas doctissimique sermones. Illud*
„*displicebat tamen vel maxime, quod ini-*



Digitized by Google

Cap. VI. 4 Hist. Vniu. recent.

„quior mihi visus & pæne subacerbus in hi-
„storiam Thuani vestri, vel potius nostri.
„Neque tamen satis dicere poterat, quid ab
„illo peccatum. Duntaxat dicebat, nimis
„eum suis Gallis contra Germanos fauere
„& Caroli V. sigillatim res ac virtutes pres-
„sisse: in quo ego exclamaui. Nihil enim
„vnquam ab vllo historico in vllius homi-
„nis aut imperatoris laudes tam magnifice
„& tanto studio scriptum memini legere,
„quam a Thuano de Carolo Cæsare omni-
„bus pæne lineis historiæ suæ, vbi res illas at-
„tingit. Legi enim sæpissime. Tum ad re-
„ligionem conuersus, plus Thuani histori-
„am catholicæ religioni nocere dicebat,
„quam Sleidani, quod huic minus creditur,
„ob eius in catholicam religionem odium.
„Thuanum vero illo loco, illa dignitate, illa
„professione, ita passim & tanto affectu Pro-
„testantes laudare, defendere, ac prope in
„ipso iudicio causam eorum suscipere. Ad
„quæ cum respondissem, quæ videbantur, de
„officio historici ac libertate, tum ille, in
„supplicio, inquit, Annæ Burgæi quam sese
„prodit! vt non abstinuerit a tragicis fere
„exclamationibus & lamentis. Eiusdem ge-
„neris multa alia & de ipso & de Scaligero
„adferebat, quæ nihil necesse commemorare;
„ac ne libet quidem: audiui enim perinui-
„tus. Hæc *Scipio* de *Velsero*: vt facile ap-
„pareat, vnde illæ lacrymæ. Certe mihi
„*Thuanus* non videtur grauius laudari

„po-

„potuisse, quam tali reprehensione, quæ & affectum reprehendentis vltro prodit, & „præter fidem ingenuam & simplicem in „historico nihil accusat. Idem interim „*Velserus* in sua quadam ad Virum Cl. e„pistola Augustæ anno huius sæculi IV. „data in hanc sententiam de *Thuano* indi„cat. *De censura, quod petis, magna est fu„tura scriptionis ad omnem posteritatem sa„ne controuersia commendatio: de rebus „Palæmon ego non sedeo: nimis quam diffi„cile homini nato affectus exuere & semper „recta ad virtutis scopum collineare. Caro„li & Francisci, exempli caussa, historiam, „qui non aliter Gallus, aliter Germanus „narret? nec vnquam alter alteri, quod ve„rissimum esse ipse credat, & quouis pignore „contendat, tamen persuadeat. Iam in ce„teris eadem est ratio, vbi præsertim ad „consilia, ad iura prouinciarum, ad hello„rum caussas, ad priuatam Principum vi„tam, & multo maxime, ad caussam reli„gionis ventum. Veritas fere imo puteo „latet, nos summam sæpe pro ea aquam li„bamus, aliena præsertim fide, tanquam „haustris usi.* Rursum se prodit iudican„tis propositum, ad laudem *Thuani*, quam „ad vituperium, accommodatius. Et ge„rebatur à tantis viris res illa moderatius „& in quodam genere probabilis disputa„tionis. At qui postea *Thuani* historiam in„fama-

Cap. VI. 4. Hist Vniu. recent.

Cap. VI. 4. Hist. Vniu. recent

„famare adorti sunt, inter atheos & in re-
„ligionis negotio inconstantes, profanos-
„que virum grauissimum retulerunt, ma-
„gno innocentiæ argumento, quod histo-
„rici officium expleri non potuisse credi-
„derunt, nisi quis suæ religionis hominis
„bus, ipsique præsertim Pontifici (cuius
„dominationem nemo virorum pruden-
„tium inter ipsos, qui catholici amant vo-
„cari, vel nescire, vel probare potest)
„adulari didicerit. *Annotata in L. 1. Histor. Taciti Commentationi in primordia Annalium subiuncta p. 650. sqq.*

Thuanum equidem, hominem in
„summa ingenii magnitudine, tempera-
„tum modestia, humanitate, disciplina,
„fortuna reipublicæ ad artes & consilia
„condendis annalibus digna excitauit.
„Multis erat opus amicitiis, subsidiis, in-
„strumentis ad historiam non vnius ge-
„neris, sed totius orbis: quæ illi omnia
„promta & exposita reddebat egregia
„& peregrinationibus aucta fama, quæ
„de singulari & demerendis hominibus
„facta virtute eius longe lateque per-
„crebuerat. Quem poterimus reperi-
„re, si quæramus, tanto nomini ha-
„ctenus conferendum? nisi ex propin-
„quis, *Puteanos*, aut eiusdem cum
„*Thuano* sanguinis nominisque par-
„ticipem, qui Thuanæ gentis decus
„hodie

„hodie ſuſtentat, non diſpari ſuc- Cap. VI.
„ceſſu vſuros fuiſſe ſtatuamus; ſi ad 4. Hiſt. Vniu.
„hoc conſilium componendi ſua tempo- recent.
„ra, animum voluiſſent applicare. Sed
„illos quidem non magis inſtituta vitæ ra-
„tio ad alias curas reuocauit, quam auer-
„ſus a poſteritatis reuerentia ſæculi mos
„deterruit. Quamquam qui pluribus in-
„ſtruere ſcriptorem rerum quiuerit, no-
„minare liceat neminem. Defenden-
„dam ſibi potius alter *Putcanorum Thuani*
„memoriam & hiſtoriam ſumſit: profu-
„turo ſæculis opere, ſi in manus homi-
„num peruenerit. *Muſeum p. 11.*

„Tot iam elapſis annis, prodito tam
„illuſtri ad præcipuam ingenii laudem
„conſequendam ſpecimine, nemo reper-
„tus eſt, qui vel in Gallia *Thuanum*, vel in
„Germania *Sleidanum* æquare contende-
„ret. *Ibid. p. 13.*

(*Stili admirabile temperamentum inter ſermonis Latini elegantiam & quæ nunc obtinet loquendi conſuetudinem, laudat ibidem p. 15. ſq. Quomodo continuandi Thuani impetum ceperit quidam, noſtro* vir ſane elegans *dictus, vid. ibid. p. 10 ſqq.*)

## IVLIVS CAESAR BVLENGERVS. BVLENGERVS.

*Iulius Cæſar Bulengerus* Hiſtoriam vni-
„uerſalem non niſi ſui temporis deſcri-
„bendam ſuſcepit. *Diſſ. T. I. p. 1171.*

NO-

Cap. VI. 4. Hist. Vniu. recent.

NAT. COMES.

NATALIS COMES, in quem notas scripsit *Caspar. Bitschius.*

„Nec vlterius patet *Natalis Comitis*, Ve„neti institutum, qui ab anno 1545. vsque „ad 1581. historiam vniuersalem edidit: „non valde illam quidem exactam, aut ar„tibus, quæ hic spectantur, copiosam; „non omittendam tamen in hoc transcur„su. *Diss. T. I. p. 1171.*

„*Natalis Comes*, in cuius libros *Casparis* „*Bitschii* notæ extant. Laudatur non „tam auctor ipse, quam notæ in illum. *Diss. ad Lipsii Politica. p. 93.*

„*De Natali Comite* multi melius, quam „est meritus iudicarunt. *Ibid. p. 94.*

„*Natalis Comes* in principio sui operis „promittit quidem: *seruabimus tanquam* „*iurisiurandum, ne quid scientes mentia*„*mur*; sed parum sollicitus fuit de testium „testimoniorumque delectu: sicut, ne a„lia nunc attingamus, vel ex iis locis patet, „vbi *Surium* citra examen describit. *Diss. T. I. p. 1176.*

„Quanto sit inferior (Thuano) *Natalis* *Comes*, ingenio, iudicio, diligentia, peri„tia, licet intelligere ex conatu illo, cum *L. 6. p. 341.* „Comitia Imperii describere aggreditur. „Sed id iam ostendit erudita censura ma„gnum quondam huius Academiæ orna„mentum *Caspar Bitschius* ICtus; cuius „*Animaduersiones in Natalem*, qui pluris

„faciunt

„faciunt, quam ipſum *Natalem*, non ha- Cap. VI.
„beo qui refutem. *Ibid. p. 182.* 4. Hiſt. Vniu. recent.

Pii II. Commentarii a IO. GOBELINO ſcripti, cum continuatione *Iacobi Piccolominei.* IO. GOBELINVS.

PIASECIVS ſummopere fuit initio „expetitus, ſed tanti non eſt, quanti prin„cipio fuit æſtimatus, nam de rebus exte„rorum male ſæpe iudicat. *Diſſ. ad Lipſii Politica p. 94.*

PETRI LINDENBERGII Commentarii rerum memorabilium in Europa ab an. 1586. ad 1591. LINDENBERGIVS.

*Mercurii Gallo-Belgici* continuata Volumina etiam quodammodo huc referri potuerunt. Mercurius Gallo-Belg.

„Ab erudito illo conſilio contexendi „hiſtoriam vniuerſalem plurimum abſunt „tumultuarii illorum labores, qui *Mercu„rios* orbe toto diſcurſuros emittunt & „*Relationes*, vt quidque audiunt accipi„untque curioſitati paſcendæ ad horas & „mundinas conficiunt. Aliud nimirum „eſt ſcribere, quæ ætatem ferre queant, & „componere quaſi ad vſum ſpectaculi ali„cuius temporarium opus: quod *Thucy„dides* præclare monet. Hinc eſt, quod „*Mercurios* Vltramontanos ſatis contem„tim ridet *Victorius Sirius*, longeque alio „inſtructu ſuum *Mercurium* adornat. Hic „enim vir eſt, qui veras artes hiſtoricas „edoctus, ab anno 1635. orſus, Italico ſer„mone

Cap. VI. 4. Hist. Vniu. recent.

„mone operis æternam famam habituri „illustre specimen dedit. *Diss. T. I. p. 1173.*

Theatrum Europæum.

MERIANI *Theatrum Europæum* hic quoque nominandum. Tomus I. & II. satis boni propter acta publica; reliqui deteriores. Quintus omnium deterrimus, eque solis nouellarum schedus compilatus.

## CAPVT VII.

### DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE ECCLESIASTICAE.

### I. VETERES.

#### §. 1.

PARTICVLARIS HISTORIA est vel ECCLESIASTICA, vel CIVILIS, vel LITERARIA.

#### §. 2.

EVSEBIVS, SOCRATES THEODORETVS. SOZOMENVS. EVAGRIVS.

Quod veteres HISTORICOS ECCLESIASTICOS GRAECOS attinet, *Corpus Historiæ Ecclesiasticæ* Græce & Latine editum est Geneuæ; in quo sunt EVSEBIVS, SOCRATES, THEODORETVS, SOZOMENVS, EVAGRIVS, præcipui auctores, qui vnam epocham scripserunt.

„In Scriptoribus Ecclesiasticis occurrit „*Eusebius*, cuius *Historia Ecclesiastica* nu„per ab *Henr. Valesio* memorabilibus No„tis fuit illustrata, Parisiis Gr. Lat. *Comm. de Scr. p. 68.*

„*Eusebii* Historiam Ecclesiasticam sub

„præ-

„prælo esse cura Cl. *Henr. Valesii* audimus, „qui post *Christophorsonum* & *Henr. Ste-* „*phanum* non pauca egregia præstabit, „quibus carere certe non debemus in hac „parte historiæ. *Sæcula IV. p. 25.* Cap. VII. 1. Hist. Eccl. Vet.

„*Socrates* & *Sozomenus* Historici Ec- „clesiastici a *Rob. Stephano* cum reliquis „editi Græce: Gr. Lat. a *Christophorsono* „& nuper ab *Henr. Valesio. Comment. de Scr. p. 75.*

„*Socrates* de morte Iuliani modeste & „egregie, vt interdum solet, iudicat ita: „A quocunque vulnus illud fuerit, certum „esse, quod manus a Deo fuerit directa. *Sæcula IV. p. 325.*

„*Euagrius* inter Historicos Ecclesiasti- „cos a *Rob. Stephano* Paris. & Gr. Lat. a „*Christophorsono* editus Geneuæ. *Comment. de Script. p. 69.*

§. 3.

Eandem epocham continuauit PHILOSTORGIVS Cappadox, Arianus, cuius epitomen edidit *Iac. Gothofredus* in 4. Omnia vero eius ex Bibliotheca quadam Hispanica magnis sumtibus Regina Sueciæ sibi comparauit. PHILOSTORGIVS.

„*Philostorgii* Epitomen Historiæ Ec- „clesiasticæ Gr. Lat. edidit *Iac. Gothofre-* „*dus*, Geneuæ in 4. *Comment. de Scr. p. 71.*

Addendus NICEPHORVS CALLISTVS Græce & Lat. fol. II. Tomis Parisiis NICEPHORVS CALLISTVS.

Cap. VII. 1. Hist. Eccl. Vet.

risiis. Stilus Græcus elegans est, iudicium vero eius satis exiguum.

„*Nicephori Callisti* fides, nisi aliunde ful-„ciatur, sibi non sufficit; adeo in illo scri-„ptore cuiuis, qui vel vnum librum lege-„rit, licet palpare *ἀυρισίαν*, temeritatem „& impudentiaam. *Sæcula IV. p. 39.*

„Non soleo hic facere mentionem *Ni-„cephori Callisti*; eius enim leuitas & *ἀ-χρισία* passim apparet. Hinc si aliquid „habet, quod apud alios non legitur, non „est credendum. Pontificii quidem ei-„dem aliquid deferunt, quoties fabellas „profert quas hypothesibus suis accom-„modare possunt: tanta tamen eius est „interdum leuitas, vt ipsi ab illo recedere „cogantur. *Ibid. p. 134.*

„*Nicephori Callisti* nullam esse auctori-„tatem satis constat, nisi vbi aliorum au-„ctoritatibus fulcitur. *Ibid. p. 307.*

*Nicephori Callisti* Historiam Ecclesia-„sticam *Fronto Ducæus* duobus Tomis Gr. „Lat. edidit; ante enim latine tantum ex-„tabat. *Ibid. p. 26.*

THEODORVS ANAGN.

Item THEODORI ANAGNOSTAE s. Lectoris Collectanea ex Historia Ecclesiastica Gr. & Lat. edita Augustæ Vindelicorum, & apud *Henr. Stephanum.*

*Theodori Anagnostæ s. Lectoris Collecta-„nea* Gr. Lat. inter Scriptores Byzantinos, „Paris. in fol. *Comment. de Scr. p. 83.*

Et

Et PALLADII *Hiſtoria Lauſiaca* edita *Meurſio*. Cap. VII. 1. Hiſt. Eccl. Vet.

„*Palladii Hiſtoria Lauſiaca Sanctorum*, a *Meurſio* Græce edita in 4. Gr. Lat. „Pariſ. *Comment. de Scr. p. 70.* PALLADIVS.

„*Palladii Lauſiaca Meurſius* edidit, quæ „magni æſtimata olim hiſtoria & in Eccleſiis legi ſolebat ob vitas ſanctorum. *Sæcula IV. p. 389.*

## §. 4.

Inter LATINOS reperire licet primo loco RVFINIVM *Hiſtoriam tripartitam*; item SVLPICIVM SEVERVM cum Comment. *Sigonii*. Scriptum hoc compendium Salluſtiano ſtilo non infeliciter. RVFINVS. SVLPICIVS SEVERVS.

„*Salluſtium* exprimere *Sulpicius Seue*„*rus* non infeliciter tentauit. *Diſſ. T. I. p. 127.*

„*Sulpicius Seuerus Hiſtoriam Sacram* „ſcripſit, Salluſtiani ſtili imitator. Edidit „*Druſius* 1607. in 8; cum commentario *Si*„*gonius* in fol. *Comment. de Scr. p. 75.*

Hiſtoricos Chriſtianos veteres minores, in quibus & HEGESIPPVS, edidit *Laurentius de la Barre*. HEGESIPPVS.

Cetera ſubſidia Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cuius ſtudium longe difficillimum, e *Patrum Monumentis* & ex *Conciliorum Tomis* XXXVII. Pariſiis editis petenda videntur.



Digitized by Google

Cap. VII. 2. Hist. Eccl. recent.

## II. RECENTIORES.

### §. 5.

IAC. SALIANVS.

IACOBI SALIANI *Annales Ecclesiastici V. T.* ab orbe condito vsque ad natum Christum. Eximium opus & magna diligentia conscriptum.

„*Iacobus Salianus Iosephum* potissimum si„bi examinandum & rigidioribus censuris „vexandum sumsit, sæpe non sine mani„festa in *Iosephum* iniuria, vt alibi ostendi„mus. *Sæcula IV. p. 72.*

(*Factum id in Exercitatione in* Fl. Iosephum, *quæ Diss. T. I. p. 309. sq. habetur, passim; vbi p. 358. noster*, „Non video, *inquit*, quid „ad vsum & auctoritatem bonarum litera„rum faciat, omnia statim in atroces cen„suras & interpretationes inclementiores „corripere, contra & præter mentem scri„ptoris, aut sententiam contextus; quod „non dubitat facere in aliquibus *Salianus*, „sicut deinceps intelligi poterit.)

IAC. VSSERIVS.

Apud Reformatos IACOBVS VSSERIVS, Archi-Episcopus Armachanus, *Annales Ecclesiasticos. V. T.* scripsit.

„*Iacobus Vsserius*, Armachanus in se„ptem ætates digessit *Annales* suos; & si„cut ille modus ei ad propositum Histo„riæ vniuersalis visus est congruere, si Hi„storiæ sacræ externa subtexerentur; ita „in *Annalibus Veteris & Noui Testamenti* „diligenter pleraque conseruit ex reliquæ „orbis historia. *Diss. T. I. p. 1169.*

§. 6

§. 6.

Cap. VII. 2. Hiſt. Eccl. recent.

BARONIVS Cardinalis XII. Tomis ſcripſit Hiſtoriam N. T. inſigne etiam opus & quamplurima rara monumenta in ſe continens; quod tamen, cum auctor omnia ad curiæ Romanæ palatum conceperit, vbique fere reprehenditur. BARONIVS

„Pleraque ex *Baronio* religionem & „res ſacras concernentia mutuati ſumus, „quantum equidem fidei diuerſæ partis „ſcriptori præſtare licuit, qui occaſioni „inſidiatur, maxima minima in opinio„num ſuarum adminicula trahere cona„tur. *Præfat. in Hiſtoriam Caroli M. Diſſ. T. II. p. 140.*

„In ritibus Eccleſiaſticis *Baronius* non „curioſe modo, ſed interdum temere ſo„let verſari, vt auctoritas antiquiſſima re„bus nouis accommodetur. *Sæcula IV. p. 41. Add. p. 25. 129. ſqq. 137. ſqq. 259. 291. 307. 350.*

IS. CASAVBONVS

ISAACVS CASAVBONVS *Exercitationes* in modo laudatum *Baronium* ſcripſit, ſed morte præuentus.

„*Baronius* absque dubitatione ab anti„quioribus receptam (*Epiſtolam Chriſti ad „Abgarum*) vult oſtendere. *Caſaubonus* „Exerc. XIII. ad an 31. merito miratur hoc „factum: cuius cenſuram non attigit, qui „alias, vbi poteſt, in eum incurrere ſolet, „*Spondanus*, nec quicquam mutire audet. „Sagaciter! Præſtat enim ſilentium frigi-



Digitized by Google

Cap. VII. 2. Hist. Eccl. recent.

„da & inepta responsione, qualem moli-
„tus est *Iac. Gretserus* de imaginibus non
„manu factis c. 3. *Sæcula IV. p. 37.*

„Nemo Historiæ Ecclesiasticæ peritior
„hodie vixit DAVIDE BLONDEL-
„LO. Spes quoque est, eius animaduer-
„siones in *Baronium* editum iri, quod pro-
„misit *Alexander Morus* in Præfat. ad *Eu-*
„*sebium Scaligeri*; neque deerunt, qui a
„magistratu Amstelodamensi, qui exem-
„plar *Baronii Blondello* vsurpatum in quo
„plurima annotauit, in Bibliothecam pu-
„blicam transtulit, petent euulgationem
„illarum notarum. Nemo certe par pos-
„set ei nominari in hoc sæculo, adeo in
„studio Ecclesiastico excelluit; quod ci-
„tra iniuriam vllius dici potest. *Ibid. p 35.*

E societate Iesu ABRAHAMVS
ABR. BZOVIVS. BZOVIVS eum continuauit; sed infelici successu.

„Bene & egregio candore hunc metum
„(*Baronii de Arianismo Constantini M.*)
„dissoluit SPONDANVS ad *Baronium*
„ad A. C 324. nota ad §. 18. vbi & *Casauboni*
„*ni* aliorumque contra hanc sententiam
„rationes strictim eodem candore recen-
„sentur. *Sæcula IV p. 308.*

„Neque iuuat *Spondani* annotatio sub-
„dola A. C. 326. §. 7. (*de Cruce Christi ab*
„*Helena inuenta*) Vbi candor quidem eius
„laudandus, cum inquit: *De inuentione*
„*Crucis etiam agitur ad finem Chronici Eu-*
*sebiani*

Digitized by Google

„*ſebiani, quamquam ea verba non reperi-* Cap. VII.
„*untur in plerisque Codicibus MStis.* A- 2. Hiſt. Eccl.
„gnoſco candorem, dum fatetur in ple- receut.
„risque MSS. non reperiri, quod a *Scalige-*
„*ro* quoque in vtraque editione eſt omiſ-
„ſum: cum vero addit, *Euſebium* huius rei
„meminiſſe L. III. c. 29. *de Vita Conſtantini,*
„ad Macarium in epiſtola, maxima eſt de-
„ceptio, & tali viro indigna; Nam de illo
„miraculo per crucem Chriſti patrato non
„adeſt verbum. Loquitur autem Con-
„ſtantinus de ſepulchro tantum ita: mi-
„rum eſſe quomodo per tot tempora
„conſeruatum ſit. Adeo vel hoc vno ex-
„emplo patet, quam non ſit tutum apud
„Pontificios hiſtoriam legere, fontibus i-
„pſis non conſultis. Viderat *Spondanus,*
„vt vir eruditus, quod vrgeatur hoc ſilen-
„tio *Euſebii*, ideo aliud quid comminiſci
„voluit. *Ibid. p. 351.*

§. 7.

Nos habemus a Chriſto nato *Centurias* Centuriæ
*Magdeburgenſes* a *Matthia Flacio* & aliis con- Magdeburg.
cinnatas; opus plane aureum, & quod Pa-
picolæ quoque laudare neceſſe habent:
quamuis methodus quidem ipſa adeo accu-
rata non ſit, & multa quoque alia in eo repre-
hendi poſſint. Interim hæc omnia tam va-
ſto operi merito condonanda videntur. Ve-
tus Baſileenſis editio optima.

„Eſt autem opus illud *Centuriarum*
„*Magdeburgenſium* plane Heroicum, non



Digitized by Google

Cap. VII. 2. Hist. Eccl. recent.

„fine singulari diuina prouidentia animos „adgubernante conscriptum, quale nun„quam antea sperare licuit: quod agno„uit etiam *Casaubonus*; licet iudicio au„ctores quoque lapsi fuerint interdum. *Sæcula IV. p. 37.*

Contra hos scripsere GVILIELMVS EISENGREIN in *Centenariis* & CORNELIVS SCHVLTINGIVS in *Thesauro antiquitatis Ecclesiasticæ.*

OSIANDRI *Epitome Historiæ Ecclesiasticæ ex Centuriis Magdeburg.* in 4.

§. 8.

TORNIELLI *Annales Ecclesiastici* tanti pretii non sunt, vt supra nominati.

HOTTINGERVS in *Annalibus Ecclesiasticis* vsque ad annum 1600. ex rebus Mahumedanis multa adfert.

„De Iudaismo Clariss. *Hottingerus* „multa satis diligenter conquisiuit, nemi„ni antea tanta diligentia collecta. *Sæc. IV. p. 368.*

„Ex *Iustini* Apologia II. frustra præsidi„um Caluiniano dogmati (*de Eucharistia*) „Cl. *Hottingerus* captat *Hist. Eccl. L. I. p.* „*83. sqq.* Mirari possit aliquis, cur vir tam „doctus ex *Iustino* patrocinium quærere „velit, quod sane fine maxima patris illi„us iniuria fieri nequit. - - - - - Mirari „licet, quam crasse argumentetur. *Ibid. p. 124.*

„Communem cum aliis errorem erra„uit

Digitized by Google

„uit *Hottingerus* (*Pii nomen Antonino ob fauorem erga Chriſtianos datum aſſerens*) „Ii qui ſuperiori ſæculo ita ſenſerunt, faci- „le excuſantur: mirum autem, quomodo „id in tanta luce literarum imponere po- „tuerit Cl. *Hottingero*, ſunt enim hæ me- „ræ nugæ Græculorum. - - - - - - Hæ „igitur nugæ non debent inſeri Hiſtoriæ, „nimis enim ſunt abſurdæ. *Ibid. p. 135.* Cap. VII. 2. Hiſt. Eccl. recent.

IO. PAPPI *Epitome Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* breuiſſima eſt.

IOACH: CAMERARII *Chronologia tripartita* Pariſiis prodiit.

CASP. HEDIONIS *Chronologia Eccleſiaſtica.*

ONVPHRII PANVINII *Chronologia Eccleſiaſtica.*

„*Onuphrius* in toto illo opere Chronico „Pontificum maximorum non reſpondit „auctoritati, famæ, & exſpectationi con- „ceptæ. Hinc etiam ea, quæ diſſoluere „nequit, diſſecat. *Sæcula IV. p. 44.*

„*Onuphrius Panuinius* omne huc ſtu- „dium & ingenium attulit. *Ibid. p. 129.*

„Ex omnibus autem aggreſſus eſt rem „incredibilem temerario & inaudito auſu „*Onuphrius Panuinius*, qui dies etiam, non „annos tantum & menſes Pontificum pro- „miſit, quod cum ad exitum deducere „non poſſet, re vera multis ludibrium de- „buit. *Ibid. p. 130.*

Cap. VII. 2. Hist. Eccl. recent.

HENR. PANTALEONIS *Chronographia Ecclesiastica.*

HENR. SAMERII *Chronologia Sacra.*

LVD. LVCII *Historia Ecclesiastica.*

LAVR. RHODOMANNI *Historia Sacra.*

BOETII EPONIS *Antiquitates Ecclesiasticæ.* Duaci.

„Miratus sum GESSELIVM in „*Historia Ecclesiastica* nouissima non du„bitasse magno cum periculo & damno e„xistimationis suæ illam fabulam (*de Do„natione Constantini M.*) reponere, quam „nemo non obseruat nimis crude ad stabi„liendam illam hypothesin Caluinianam „de eliminandis ornatibus templorum ac„commodari. Mirum proinde est, scri„ptorem qui in tam magno argumento a„liquid præclari promittit, tales nugas in „media luce literarum adferre. *Sæcula IV. p. 392.*

§. 9.

VOSSIVS *Historiam Pelagianam* scripsit, & in eo opere insigne specimen dedit scribendæ Historiæ Ecclesiasticæ: quod ipsum etiam in nonnullis fidei articulis præstitit GEORGIVS CALIXTVS.

*(Addam hic, quæ de Hæresium scriptoribus Noster monet.)*

„PHILASTRIVS, Brixiensis fuit Epi„scopus, & vixit anno 400. & Historiam „Hære-

„Hæreticorum ad ſua vsque tempora pro- Cap. VII.
„duxit; ſed ad opus tam laborioſum & ac- 2. Hiſt. Eccl.
„curatum multum quidem diligentiæ at- recent.
„tulit, ſed non ſatis eruditionis: vnde fæ-
„pe aliquam doctrinam hæreſin vocat, quæ
„non vera hæreſis eſt. THEODORE-
„TI quidem labor etiam eſt valde lauda-
„bilis, cum iudicio & diligentia præcellat,
„vincitur tamen ab EPIPHANIO, qui
„inexhauſtus eſt huius antiquitatis eccle-
„ſiaſticæ theſaurus, cui multitudine rerum
„nemo poteſt comparari, meritoque le-
„gendus. Quæ tamen nolim ita accipi,
„quaſi ἀβασανίστως omnia credi debeant;
„non enim ſine examine omnia debent
„arripi. *Sæc. IV. p. 50.*

Huc quoque referendæ ſunt eiusdem VOSSII Diſſertatio *de Natali Chriſti*; item *de Paſſione*; *de tribus Symbolis*.

„IO. RICHARDSONI *Harmonia*
„*Euangelica* opus certe videtur eſſe dili-
„gentiſſimum, adeo, vt nemo tanta di-
„ligentia congeſſerit hiſtoriam ſ. ſerieni
„quatuor Paſchatum. De tempore Pas-
„ſionis nota eſt diſſertatio *G. I. Voſſii*, eo
„nomine merito commendanda, quod
„tradita & inquiſita recentiorum diligen-
„ter collegerit. *Sæcula IV. p. 22.*

„De tribus Symbolis, Niceno, Athana-
„ſiano, Conſtantinopolitano abunde, &
„plane vt optabatur, pertexuit *G. I. Voſſius*
„in diſſ. *de tribus Symbolis*; vbi ipſi qui-



Digitized by Google

Cap. VII. 2. Hist. Eccl. recent.

„dem primum est Apostolicum, dissertatione 1; alterum Athanasianum, dissert. 2; de Niceno & Constantinopolitano dissert. 3. agitur. Multa disputat, quæ sitim eorum explere possunt, quibus hæc curæ sunt. *Ibid. p. 367.*

„Vossianæ dissert. addatur VSSERII Dissert. *de Symbolo Apostolico*, quo nemo diligentior est. *Ib. p. 31.*

(*De Epistolis Decretalibus Pontificum hæc Noster habet.*)

„Defendit eos contra centuriatores Magdeburgenses ex professo & integro opere FRANCISCVS TVRRIANVS Iesuita, in quo vehementissime gloriatur, se omnia argumenta hæreticorum refutasse. Repertus tamen est anno huius sæculi 28. vir doctissimus DAVID BLONDELLVS edito doctissimo libro, cui titulus *Pseudo-Isidorus*: cuius libri notitia paulo nos remorari debet. Non tantum enim refutauit nugas *Turriani*, verum etiam ingens thesaurus historiæ ecclesiasticæ ibi reperitur: nemo enim historiæ ecclesiasticæ peritior hodie vixit. - - - - - - - - - -

„Scio vnum & alterum ex viris eruditis eius *Blondelli* plumis se exornasse, quos nominare nolo, quia exemplaria valde sunt dispersa; & cum typographi quotidie nouas nugas recudant, dolendum est, istiusmodi opera non recudi; sicut

„nec

„nec Epiſtolæ *Clementis* ad Corinthios Cap. VII.
„amplius comparari poſſunt. Vanita- 2. Hiſt Eccl.
„tem autem Ieſuiticam de his epiſtolis vel recent.
„titulus Epiſtolæ Clementinæ ad Iaco-
„bum fratrem Domini, *Epiſcopum Epiſco-*
„*porum*, *Dei Eccleſiam regentem*, refutare
„poſſet, qui tum iam obierat. Quem
„ictum a Magdeburgenſibus intentatum
„cum non poſſet declinare *Turrianus*, mi-
„rum quantas nugas agat. Poſteriora
„quoque epiſtolæ deſumta ſunt ex *Epito-*
„*me Geſtorum Petri* ab ipſis Pontificiis da-
„mnata. Collegit autem primo *Blondel-*
„*lus* iudicia Pontificiorum, *Baronii*, *Bel-*
„*larmini*, *de Turrecremata* &c. poſtea ar-
„gumenta *Turriani* ſingillatim accuratiſ-
„ſime & ſolidiſſime refutat. Liber eſt
„auro contra non habendus, cui nihil in
„hoc genere ſimile extat. *Sæcula IV. p. 34. ſqq.*

„*Dauid Blondellus* in hoc argumento
„omnium diligentiam vicit, quod facile
„deprehendet is, qui ſtudioſe inquiſiue-
„rit: cuius poſtea arauit vitulo *Iſaacus*
„*Voſſius* & *Cl. Salmaſius*, quod ſæpe qui-
„dem diſſimulat in libro *de Primatu Pa-*
„*pæ*, & ſibi vnam atque alteram obſerua-
„tionem tribuit, quam ex *Blondello* ſumſit. *Ibid. p. 43.*

„Epiſtolas Pontificum τῆς νοθείας e-
„ruditiſſime & ad oculum conuincit *Blon-*
„*dellus* in *Pſeudo-Iſidoro. Ibid. p. 369.*

§. 10.

Cap. VII. 2. Hist. Eccl. recent.

§. 10.

SLEIDANI de statu Religionis Comment. Libri XXVI. elegantissimum opus est. Contra eum scripsit IO. FRIDERICVS MATENESIVS.

„Accuratæ circumspectionis vir *Sleida-*
„*nus. Diss. T. I. p. 1153.*

„Ipsum, qui ex iunioribus tantopere
„commendatur, *Sleidanum*, quamuis in-
„dustriam adhibuerit, quanta humanæ o-
„pis esse potest, alicubi tamen, coniunctis,
„quæ distingui oportebat, actorum men-
„tem non assecutum esse arguunt. *Ibid. p. 656.*

„*Sleidanus* licet floreret notitia Electo-
„rum, tamen magna sollicitudine ipsi sub-
„sidia conquirenda fuerunt; & nisi *Stur-*
„*mius* ipsius amicus ipsi archiuum Argen-
„toratense aperuisset, nunquam potuisset
„scribere talem historiam. *Diss. ad Lipsii Polit. p. 128.*

Partem Historiæ Ecclesiasticæ executi sunt, GEORGIVS ARTHVRVS in Commentar. *de rebus in regno Antichristi maxime memorabilibus*. Francofurti.

CONR. GRASERVS in *Historia Anti-Christi*. Lugd.

ARNOLDVS MERMANNVS in *Theatro Conuersionis Gentium.*

IACOBVS VSSERIVS Archi-Episcopus Armachanus in *Antiquitatibus Britannicarum Ecclesiarum.*

Melior

„Meliori fide & eruditione in Eccleſiæ „Britannicæ originem inquiſiuit *Iac. Vſſe-* „*rius* in memorabili & nunquam ſatis lau- „dato opere de *Antiquitatibus Britan.* „*Eccl. Sæc. IV. p. 127.* Cap. VII. 2. Hiſt. Eccl. recent.

Sed eius generis opera nominabuntur ſub titulis Hiſtoriæ Ciuilis ſecundum nationes diſpoſitis.

Ita Pontificum Hiſtoriæ etiam inter ſcriptores vitarum reponentur.

## CAPVT VIII.

### DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE IVDAICAE.

### §. I.

IN HISTORIA CIVILI & pragmatica præcedit HISTORIA IVDAICA. IOSEPHVS nobiliſſimus & plane egregius ſcriptor eſt & rerum Hebraicarum præcipuus, antiquitate maxime reliquis præferendus, in quo multum eruditionis latet. IOSEPHVS.

„Magna & diuerſa ſunt magnorum vi- „rorum de *Ioſepho* iudicia. Quantopere „*Ioſephus Scaliger* eius ἀξιοπιστίαν extule- „rit, notum eſt. De fide eius hiſtorica in „pluribus certe non eſt dubitandum: quo „minus tamen hiſtorici munia omnia im- „pleuerit, impedimento fuit, quod ſu- „perſtitioſis ſuis cogitationibus ſemper a-

uoca-

Digitized by Google

Cap. VIII. Hist. Iudaica.

„uocaretur, quoties res sacras tractaret: „præsertim cum in frontispicio promise- „rit, se ad verbum fere sacras res expressu- „rum; quod quomodo seruarit, notum „est. Vnde *Iacobus Salianus* hunc potissi- „mum sibi examinandum & rigidioribus „censuris vexandum sumsit; sæpe non si- „ne manifesta in *Iosephum* iniuria, vt alibi „ostendimus. *Gelenius* satis quidem lau- „dabilem in edendo *Iosepho* nauauit ope- „ram, sed non profecit, quo destinauerat; „singulari enim eruditione opus est, si „quis in eiusmodi scriptores penetrare ve- „lit. Est hodie Parisiis doctissimus Vir, „& a quo res literaria multum sibi pro- „mittere potest, si superuixerit, qui, vt co- „ram ex ipso audiui, multa in *Iosephum* „præstabit, & loca corrupta adhuc resti- „tuet; in primis ex *Suida*, qui multa ex „*Iosepho* citare solet, suppresso quidem no- „mine. Eruditum in primis interpre- „tem requirunt libri aduersus Appionem „Grammaticum, prout libri illi eruditio- „ne etiam præcellunt. *Sæcula IV. p. 71. sq.*

„*Iosephus* censorem habet doctum & „perpetuum *Iacobum Salianum* in *Annali- „bus Ecclesiasticis*. Editio Geneuensis *Si- „gismundi Gelenii* hactenus in vsu fuit. Ex- „pectatur iam pluribus annis Bosiana. In „Anglia nouam editionem aiunt sub præ- „lo esse. *Comment. de Scr. p. 53.*

„Non constituimus vllum ex *Iosephi* er-

„rori-

Digitized by Google

„roribus defendere, aut minuere ; quini-
„mo idipsum agimus hoc exercitatione, vt
„ostendamus, quantum non penetrauerit
„in S. textum *Iosephus*: sed - - - a sce-
„leris quidem consilio facile liberabit *Io-*
„*sephum*, qui cogitabit, *Iosepho* non fuisse
„propositum aliquid contra scripturam
„scribere: quod, si accidit ipsi postea, igno-
„ranti accidit; credebat enim secundum
„scripturam esse, quod contra eam erat.
„Dum enim profunditatem sacri stili non
„assequitur, dum multoties eius oculis
*κάλυμμα Ιουδαικὸν* obuersatur, delapsus est
„in erroneas opiniones; sed sub ea tamen
„opinione, quasi vel maxime essent ad
„mentem scripturæ, quæ tradit. - - - -
„Nunquam sane *Iosepho* in mentem venit
„*κατὰ πόδα* & *κατὰ ῥῆλον* sequi literam
„scripturæ, quasi per modum versionis,
„sicut præter rationem opinatur *Salianus*:
„sed argumentum historiæ secuturum se
„pollicitus est sine adiectione talium, quæ
„eo non pertinerent, & sine detractione
„eorum, quæ ad integritatem historiæ
„proprie pertinerent. Non dicam nunc,
„quam bene hoc ipsum præstiterit; sed de
„*ὑποθέσει* scriptoris & *διαθέσει*, ni fallor,
„vtique constare debet iis, qui *κρίσιν* exer-
„cere volunt in scripta. Apparet autem
„ex tractatione *Iosephi*, ea, quæ omissa
„sunt, ea opinione esse omissa, quasi ad
„rem ipsam non admodum pertinerent,

„aut

Cap. VIII. Hist. Iudaica.

„aut in dictis iam continerentur, vel vt cir-
„cumstantiæ subintelligi aut libere etiam
„omitti possent. Quæ vero addita sunt,
„ea per modum interpretis, aut ex tradi-
„tione interpretum, aut quasi declarantia
„historiam scripturæ & cum ea connexa,
„adeoque sine vitio alienæ adiectionis vi-
„sus est sibi adiicere. In quo haud dubie
„sæpissime falsus est: sicut suis locis nota-
„bitur. *Diss. T. I. p. 318.* (*vbi integra dissertatione Iosephum examinat & subinde contra Salianum defendit.*)

„Cur *Iosephi* Iudæi nullam fecerimus
„mentionem, in hac annotatione, vltro in-
„telligi par est. Licet enim is a primæua
„mundi ætate orsus, historiam vsque ad
„sua tempora pertexuerit, & in posteriori
„parte suæ ἀρχαιολογίας Asiaticas & AE-
„gyptiacas & Romanas res miscuerit;
„quia tamen ad Iudæos pleraque retulit,
„inter eos potius referendus est, qui histo-
„riam vniuersalem scripturo plurimum
„possunt adiumenti adferre & non modi-
„cam materiæ partem subministrare. *Diss. T. I. p. 1156.*

„IOSIPPO GORIONIDI tan-
„tum non tribuendum, quantum nonnul-
„li faciunt. *Sæcula IV. p. 72.*

Item PHILO Iudæus, qui plurima
PHILO. habet historica.

„*Philo* rectius fortassis, in Philosophis
„nonni-

Digitized by Google

„nominandus; ſcripſit tamen quædam hiſtorica. Vid. *Voſſius* Hiſt. Gr. L. II. c. 7. „Scripta eius pleraque ſunt *φιλολογήμενα* „& *θεολογήμενα*; eloquentia eſt plane ſin- „gulari & æmula *Platonis*. Quantum ad „tractationem rerum, plerumque allego- „riis indulget, ſicut & *Ioſephus*. Videmus „in vtroque *κάλυμμα* illud *Ιεδαικὸν*, quo „ſit, vt omnia in ſimilitudines & allegori- „as deflectant. In Philoſophia plurimum „vidit: cui multum etiam debet *Grotius*, „qui horum ſcriptorum ſtudioſiſſimus ſe- „ctator fuit. Olim præclare de eo com- „plures meriti ſunt, ſingulis opuſculis ſin- „gillatim procuratis, donec *Adrianus* „*Turnebus* totum eius opus ederet. Nu- „pera autem editio Pariſienſis Græco-La- „tina omnium eſt ſplendidiſſima. *Sæcula IV. p. 70. ſq.* Cap. VIII. Hiſt. Iudaica.

„*Philonis* enim, vt hoc in transcurſu „adiiciam, Philoſophia adeo diligenter v- „titur *Grotius*, vt etiam gloriari videatur „cognitione ſcriptoris reconditi & ſingu- „laris. *Præf. ad Grot. de I. B. & P. p. 12.*

„Huius ſæculi (*primi poſt C. N.*) ſunt „celebres illi duo Iudæi Helleniſtæ, vt vul- „go vocantur, *Philo Alexandrinus* & *Ioſe- „phus*. *Philo* eloquentia *Platonis* æmu- „lus, Philoſophus practicus exquiſitæ do- „ctrinæ, recti iudicii, quoties allegoriis „non immergitur: ea enim Philoſophia „intemperantius & audacius vtitur. In-



Digitized by Google

Cap. VIII. Hist. Iudaica.

„ter editiones præstat Parisiensis Græco-
„Latina 1640, in fol. *Comment. de Script. p. 52. sq.*

„*Philo* nullam vllius figuræ aut ampli-
„ficationis occasionem prætermittit. Igi-
„tur inter præcipuos auctores copiosæ ad-
„ornatæque orationis commendari mere-
„tur. *Diss. T. I. p. 387.* (*vbi Philonis Legationem ad Caium singulari schediasmate persequitur.*)

§. 2.

Inter recentiores habetur PAVLI EBERI *Historiæ Iudaicæ contextus.*

TILEMANNI MYLII *Annales Hebræi.*

SIGONIVS, BONAVENTVRA CORNELIVS BERTRAM, & PETRVS CVNAEVS ICtus *de Republica Hebræorum.* Hi tres inuicem coniungendi sunt. Vnum nimirum argumentum, sed diuerso modo tractarunt: inter quos *Cunæus* ea tantum sibi explicanda sumsit, quæ a reliquis fuerunt omissa. Est autem magnæ & exquisitæ eruditionis libellus, editus Lugd. Bat. in 12.

§. 3.

BENEDICTVS ARIAS MONTANVS in *Antiquitatibus Hebraicis* de Hebræa Lingua præclare meritus est.

SCHICKARDI *Ius Regium Hebræorum* nobile argumentum est in rebus Hebraicis.

SEL-

SELDENI opera quædam huc pertinent, vt *Vxor Hebraica* (de matrimoniis scil.) item *de Successionibus*; item *de Iure naturali & gentium iuxta disciplinam Hebræorum.* Cap. VIII. Hist. Iudaica.

(*Vide de hoc postremo opere infra caput de Iurisprudentia.*)

## CAPVT IX.

### DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE GRAECAE.

§. 1.

IN Historia GRAECORVM primo loco nominandi sunt Historici Græci; de quibus videndum insigne *Vossii* opus *de Historicis Græcis* in 4.

§. 2.

HERODOTVS antiquissimus & pater quasi historiæ, quem *Cicero* nunquam sine elogio nominat. Cum vero scripserit dialecto Ionica, quæ a reliquis plurimum abit, ideo plerumque negligitur. In primis autem insigni iniuria optimum historicum afficiunt, qui patrem fabularum vocant. Quod ipsum conuitium facundissimo dialogo Gallico refutauit *Henricus Stephanus*; cuius editio Græco-Latina optima censetur, Parisiensis & Francofurtensis. HERODOTVS.

Notetur, fabulam non esse, quod *Herode-*



Digitized by Google

Cap. IX. Hist. Græca.

*tus* scribit, formicas Indicas ouis magnitudinem æquare. Idem enim *Busbequius* testatur, seque inter dona Regis Persarum Imperatori Turcico destinata formicam Indicam, animal sæuum & mordax vidisse affirmat.

„In idem sæculum congruunt *Herodo-*
„*tus* & *Thucydides*. Hos enim coniun-
„gere solent plerumque, tanquam parem
„celebritatem & in diuerso scribendi ge-
„nere parem famam adeptos: ita, vt in e-
„loquentia quidem *Herodotus* Ionicæ dia-
„lecti norma in placido & suaui stilo, *Thu-*
„*cydides* Atticæ facundiæ, in seuera &
„graui dictione, exemplum existimetur.
*Phot. Bibl. Cod. 60.* „*Herodoti* libros commune Græciæ totius
„suffragium *Musarum* nominibus hono-
„rauit, opusque & argumento & tractatu
„incomparabile censuit. *Thucydidis* ado-
„lescentiæ gloria *Herodoti* stimulos tam a-
„cres admouit, vt nobile & ipse argumen-
„tum, licet angustius patens, de rebus qui-
„bus interfuit, aut præfuit, sui denique
„temporis, elaboratissima scriptura com-
„poneret, proximusque *Herodoto* historiæ
„condendæ auctor haberi mereretur. Qui
„*Herodotum* fabulas historiæ inseruisse
„tradunt, vt more poetico gratiam operi
„suo conciliaret, nec æquitatem, nec pru-
„dentiam in iudicando sequuntur. In re-
„bus antiquissimis aliqua, vt acceperat ab
„iis, quorum testimonio auctoritas inerat,
„non omittenda iudicauit: Neque tamen
„vana

Digitized by Google

„vana ſunt omnia, quæ vulgo pro fabulis Cap. IX.
„traducuntur. Ita, eſſe apud Indos for- Hiſt. Græca.
„micas vulpibus maiores, canum magni- *L. 3. c. 101.*
„tudine, cum ait, falſum dici exiſtimant
„aliqui; ſed *Busbequius* inter munera ſu-
„periore ſæculo Turcarum tyranno a Per- *Epiſt. 4.*
„ſarum rege transmiſſa memorat formi-
„cam Indicam, mediocri canis magnitu-
„dine, mordacem admodum & ſæuam. Et
„hoc *Thuanus* quoque repetit lib. 24. Cu- *p. 724.*
„ius generis multa falſo vanitatis ſuſpe-
„cta inſunt. Quantum in rem extat *Apolo-*
„*gia* feſtiua *Henrici Stephani*. Legen-
„dus eſt omnino *Herodotus*, niſi quis ma-
„lit antiquiora pleraque ignorare, aut vn-
„decunque emendicare. *Vita Homeri* vul-
„go operibus eius adiungitur, inuitis eru-
„ditis, qui alium auctorem facile depre-
„hendunt. Poſt Stephanicas editiones
„Aubrii Græce & Latine anno 1602. Fran-
„cofurti publicarunt. *Comment. de Script. p. 12. ſq.*

„Idem iudicium experiri cogitur *Hero-*
„*dotus*, in quo ſæpe vt mendacia exagitant,
„quæ ſunt certiſſimæ veritatis. E. g. ſcri-
„bit ille, formicam Indicam magnitudine
„æquare ouem: quod veriſſimum eſſe te-
„ſtatur nobiliſſimus Vir *Busbequius*, qui
„talem vidit in aula Ottomannica, dono
„ab Rege Perſarum miſſam: quod in hiſto-
„riam ſuam quoque intulit *Thuanus*. Vn-
„de *Henricus Stephanus* non tam ſerio,

 „quam

Cap. IX. Hist. Græca.

„quam festiuo & eleganti libello, sermone „Gallico, Apologiam scripsit pro *Herodoto*. *Sæcula IV. p. 82.*

„*Herodotus* scilicet est, cuius historiam „vt mendacem *Harpocration* toto libello „infamauit: *Herodotus* est, cuius κακοή„θειαν, siue maligni vitium animi *Plutar„chus* itidem toto Commentario repre„hendit: *Herodotus* est, cui non obscura „*Photii* Patriarchæ περὶ σις fabularum & di„gressionum studium a proposito ac vir„tute historiæ valde alienum obiectat.

*Strabo 17. Geogr.*

„Nec deest vir magnus, qui in *Herodoto* „poetæ institutum, fabularum dulcedine „oblectantis, quam historici incorruptam „fidem profitentis officium mauult agno„scere. Ita nimirum consulto consilio e „fabulis petitum Musarum nomen impo„situm operi fuerit, vt ipsa inscriptione & „prædantur mendacia & excusentur; id „quod non dubitauit affingere seueriori„bus antiquorum censuris *Ludouicus Vi„ues.* - - - - - - Speciosis illis aduersa„riorum nominibus poterat opponere o„mnis ingenii ac doctrinæ principes, quo„rum testimonio priscis & iunioribus sæ„culis *Herodotus* habetur PATER HI„STORIAE: id est, qui primus ad con„dendam historiam attulisset idoneas ar„tes, eloquentiam, dispositionem, pruden„tiam, fidem. Non ignorat Hercules, „neminem historicorum non alicubi de„ceptum

„ceptum esse, siue cum auditis, siue cum „lectis acquiesceret. De cetero probe in- „telligit, *Herodotum* singularis artificii „contextu id egisse, vt præcipui occasione „argumenti nihil pateretur desiderari „de tota antiquitatis memoria, sine qua „materies suscepti operis ad accuratam & „politicam, vt sic loquar, notitiam sui ac „vsum proficere non poterat. Tali con- „silio *Polybium* postea aliosque ex alto „conduxisse, quæcunque longinqua etiam „consecutione, suis quodque vinculis, ad „notabilem aliquam necessitudinem per- „tinerent. Meminit etiam, candidissimum „quemque multa historicis concedenda „putasse, ad euitandum narrandi tædium: „cum totum eiusmodi opus *non ad actum „rei, pugnamque præsentem, sed ad memo- „riam posteritatis & ingenii famam* (sicut „*Thucydidis* sententiam *Fabius* interpre- „tatur) componi consueuerit. Hæc at- „que talia Hercules expromere paratus e- „rat, nisi in oculis essent, quæ doctissimi vi- „ri, *Ioachimus Camerarius*, *Henricus Ste- „phanus*, *Gerardus Ioannes Vossius* aliique „pro *Herodoto* & Musis responderunt. Di- „ctum sapienti sat est. Nam reciprocare „ferram cum indoctis, aut ad bonam men- „tem reuocare eos, qui, cum nunquam „*Herodotum* legerint, præter ceteros ta- „men conuitiantur, nec Hercule, nec Mu- „sis dignum est. *Diss. T. II. p. 376.*



Digitized by Google

Cap. IX. Hiſt. Græca.

„Conſtat *Herodoti Muſas* nequaquam „τῆς κατὰ μέρος ἱσορίας ῥόπῳ, particula„ris hiſtoriæ menſura taxari debere: quip„pe quæ non barbarorum minus, vt voca„bant, quam Græcorum res memoratu „dignas per ducentos viginti annos com„plectuntur, Europæque & Aſiæ plera„que. (nam Africæ non æque magna illis „temporibus in publicis magnisque ac ce„lebribus negotiis ſors & connexio erat) „varietate ſcripturæ contextuque mirifico „denarrant. - - - Quo nomine credo „*Caſaubonum* liberalius & infra dignita„tem *Herodoti* pronuntiaſſe in dedicatio„ne *Polybii: Magnus ſane ſcriptor* Hero„dotus, *& ſine controuerſia hiſtoriæ pater: „ſed qui ad πολυμάθειαν & rerum anti„quiſſimarum cognitionem plurimum, ad „eam vero quam quærimus prudentiam non „multum ſit collaturus. Diſſ. T. I. p. 158. ſq.*

Addita ei ſub finem ſunt Fragmenta

CTESIAS CTESIAE *de rebus Perſicis.*

„*Xenophontis* temporibus vixit *Cteſias „Cnidius*, cuius de Perſicis & Indicis ex„cerpta nobis conſeruauit *Photius* Cod. 62. „quæ etiam *Herodoti* editionibus ſolent „adiungi. Diſſonat *Herodoto* & *Xeno„phonti*, eoque ſuſpectus eſt viris eruditis. „Si opera eius extarent integra, accuratius „poſſet iudicari. Magni ſcriptores, *Dio„dorus Siculus* & *Trogus Pompeius* haud „parum ei tribuerunt *Comm. de Scr. p. 22.*

§. 3.

Digitized by Google

§. 3. Cap. IX. Hist Græca.

THVCYDIDES nobilissimus scriptor post *Herodotum* iure suo nominatus, quem cum Scholiaste Græco & erudito, (*Gebhardus* in Notis in Pausan. Corn. Nepotis *Marcellinum* vocat) ac versione *Laurentii Vallæ* edidit *Henricus Stephanus*. Verum *Laur. Vallæ* versio parui sane pretii est. At elegantissima *Enenckelii* seorsum edita conspicitur. THVCYDIDES.

„*Thucydidem* censura morosiore taxa-
„uit *Dionys. Halicarnassensis*, ostentatione *In Opp. Rhet.*
„artis Rhetoricæ, vt puto. Quis enim non
„videat frustra & sine caussa dici, quæ de
„argumenti delectu afferuntur? Frequen-
„tia orationum eo minus accusari potest,
„quo magis illæ ad explicationem historiæ
„ipsius accommodatæ sunt. Laudandus
„est ergo *Georgius Acacius Enenckel* L. Ba-
„ro *Hobeneccius*, qui non tantum versio- *Tubing. 1596.*
„ne Latina eleganti & ad formam Liuiani
„stili efficta hunc scriptorem adornauit,
„sed in notis quoque eruditis a grauiore
„censura plerumque defendit. Græce cum
„scholiis antiquis non indoctis editus est
„*Thucydides* Basileæ 1540. præfante *Io-*
„*ach. Camerario.* Cum Latina *Vallæ* ver-
„sione a se emendata, sed Græco textui
„postposita *Henr. Stephanus* anno 1564.
„vulgauit. Sed hanc editionem multum
„superauit posterior editio Stephanica, in
„qua fissa paginæ facie Latina Græcis e re-
„gione respondent, scholiis Græcis in ex-



Digitized by Google

Cap. IX. Hiſt. Græca.

„trema pagina comparentibus. *Thucy-*
„*didis* hiſtoria refert Imperii noſtri Ro-
„mano-Germanici ſtatum, ſi partes po-
„tiores, in quas diuidimur, partium ſtudia
„& conſilia, & hinc emergentia penitius
„ad inuicem contendamus: quare lectio
„eius noſtris hominibus in primis com-
„mendanda erat. Reperiet verum me
„dixiſſe, qui in patria non peregrinatur.
*Comment. de Scr. p. 14. ſq.*

§. 4.

XENOPHON. XENOPHON dulciſſima eloquentia & elaboratiſſimæ venuſtatis ſtilo *Cyropædiam* ſcripſit: politicam vere regiam, & in qua imaginem potius boni principis, quam ipſam Cyri vitam adumbrare nobis conſtituit. Edita eſt Pariſiis Græco-Latine cum *Leunclauii* verſione: *Henrici* tamen *Stephani* melior videtur. In *Hiſtoria* ſua *Græca* idem *Xenophon* non tam vacaſſe eloquentiæ notatur, quam in laudato modo opere *Cyropædias*.

„*Xenophontis* hiſtoria, quod & *Lipſius*
„notat, ſcripta eſt non tam ad fidem hi-
„ſtoriæ, quam ad imaginem boni princi-
„pis; vnde non deſcripſit Cyrum, qualis
„fuerit, ſed qualis eſſe debuerit. *Diſſ. ad Lipſii Politica p. 90.*

„*Platonis* æqualis & æmulis fuit *Xeno-*
„*phon*, magnus Philoſophus, nec minor
„hiſtoricus, tum Imperator præclarus, vt
„μύριοι illi, ſiue decem millia militum bo-
„norum

„norum, quibus præfuit, adhuc hodie et-
„iam prouerbialibus elogiis testimonium
„ei perhibeant perfectæ σφατηγίας. Elo-
„quentia suauissima vel Apem Atticam, vel
„Musam Atticam indicat. Non recte, vt o-
„pinor, humilem, siue tenuem stilum ei tri-
„buunt. Humilis enim dicendi character
„quotidiana loquendi consuetudine, vltra
„quam non ascendit, æstimari debet. Talis
„vt esset oratio eius, nec argumenti digni-
„tas patiebatur. At qui venustatem humi-
„litate & tenuitate stili superiorem non
„animaduertunt, illi profecto ex caussa ne-
„scio qua cœcutiunt. Accidit hic fere, quod
„circa *Iulium Cæsarem* in Latinis; cui qui
„tenuitatem stili attribuunt, illi plus vo-
„lunt sapere, quam *Cicero*, omnium opti-
„mus iudex, qui longe aliter statuit. Meli-
„us sentiunt, qui Thucydidem grauitatis
„& sublimitatis specimen laudant; facili-
„tatis & dulcedinis palmam *Xenophonti*
„assignant; *Herodotum* vt mediocri loco
„inter vtrumque collocant, sequestrata o-
„mni humilitatis conditione, alio quodam
„diuersa comparandi genere. Singula *Xe-*
„*nophontis* opera iudicium peculiare po-
„stulant. Sed instituti modum ea res egre-
„ditur. Diuinum opus est *de Institutione*
„*Cyri*. At a veritate abludit, inquiunt Ve-
„teres. Non tantopere forsitan, quantope-
„re aliqui existimant. Ecce duo sunt, quæ
„ad perfectius exemplum tendere viden-
„tur;

Cap. IX. Hist. Græca.

„tur, quam res humanæ putantur capere: „Disciplina aulæ Persicæ, & militiæ Persi- „cæ. At illam confirmant ceteri quoque „scriptores: quibus credidit, & ab iis tra- „dita nobili opere *de Regio Persarum* „*Principatu* excoluit *Brissonius*: quæ „Commentatio ante *Xenophontem* lecta „huius quoque lectionem iucundiorem „faciet atque vtiliorem. Militiæ artificem „fuisse Cyrum, id quoque certum, magnis- „que successibus affirmatum est. Neque ea „referuntur, quæ fieri nequeunt: fuitque „illud tempus, quo fortuna Persarum, pau- „pertate magistra, & boni moris studio, ab „inferiore conditione ad maiora profecit. „Sed hæc ab instituto longius recedunt. „De Operibus *Xenophontis* multa sunt se- „orsum edita. Omnia coniunctim edidit „*Henr. Stephanus* 1561. & emendatius 1581. „Latina interpretatione in finem reiecta. „Sed Græcis Latina respondent in editione „Francofurtensi & altera Parisiensi splen- „didissima. Luculente ostendit vtilitatem „ex lectione *Xenophontis* petendam *Dio* „*Prusæus Chrysostomus* Oratione XVIII. *Comment. de Scr. p. 19. sq.*

HERACLIDIS PONTICI *περὶ τῶν πολιτειῶν de Politiis Veterum* fragmenta tantum supersunt. Apparet tamen ex ungue leo.

HERACLIDES PONTICVS.

§. 5.

Sequuntur iam supposititii scriptores *Annii Viterbiensis*, ut sunt BEROSVS, MANE-

BEROSVS.

NETHO & MEGASTHENES; qui Latine editi habentur & veteres esse debe-rent, sicut etiam reuera fuerunt; sed deperditi & in eorum locum postea ineptissimi illius monachi Itali foetus mundo obtrusi sunt. Quod apparet ex *Eusebio* & *Iosepho*, qui plurimos pereruditos locos ex iisdem verbotenus citant. Cap IX. Hist. Græca.

MANETHO. MEGASTHENES.

„Quæ *Megasthenis*, (qui male *Meta-*
„*sthenes* vulgo vocatur) *Berosi*, *Manetho-*
„*nis*, nominibus Latine circumferuntur,
„putida *Annii Viterbiensis* commenta esse,
„eruditis notum & demonstratum est; &
„facile colligitur ex fragmentis horum
„scriptorum valde nobilibus apud *Euse-*
„*bium* in *Præparatione Euangelica*, *Iose-*
„*phum*, *Strabonem* & alios. *Comment. de Scr. p. 32.*

§. 6.

ARRIANI *Historia Alexandri M.* nobilissima & historiæ Curtianæ parallela est. Edidit cum Versione *Bonauenturæ Vulcanii Henr. Stephanus.* ARRIANVS.

PHLEGON TRALLIANVS *Meursii.* PHLEGON TRALLIANVS.

„*Phlegon Trallianus* Hadriani libertus,
„ex cuius opere *Olympiadum* s. Chronico
„habemus fragmenta, vt & *de Mirabili-*
„*bus*, itemque *de Longæuis Ioanni Meur-*
„*sio* edita. Ex quibus fragmentis ingeni-
„um eius æstimare possumus. *Sæcula IV. p. 165.*

§. 7.

Digitized by Google

Cap. IX. Hist. Græca.

PAVSANIAS.

§. 7.

PAVSANIAE opus admodum insigne est & eruditionis plenissimum. Historiam vere reconditam complectitur; sed propter materiarum varietatem nonnihil difficile est. Edidit *Hen. Stephanus*, *Aldus Manutius* Venetiis, Wechelii Græco-Lat. Francofurti.

„Supra in scriptoribus sæculi II. post „Christum natum debuit etiam memorari „*Pausanias*, cuius post Aldinam editio„nem Græcam, Græco-Latina Wechelia„na præcellit, Hanouiæ 1613. Verum reli„quit posteris omnis antiquitatis Græcæ „thesaurum, multa eruditione & diligen„tia consignatum. Non possunt eo vti, „nisi serio docti. *Comment. de Scr. p. 67.*

„*Pausanias* X. libris *Græciam* comple„xus est. Iudicium *Scaligeri* de eo seue„rius. Auctor est eruditissimus πολυμα„θέστατος, absque quo si essemus, mera ca„ligo nobis obuersaretur in rebus Græcis, „adeoque eo plane carere non possumus „propter breuitatem, qua ingentem mul„titudinem rerum complecti voluit. O„ptimam editionem Græcam procurauit „*Aldus*, vnde postea facile fuit *Henr. Ste„phano* & Wecheliis adornare editionem „Græco-Latinam. Eruditio eius est pro„fecto sine labe; quemque eruditi meri„to inter reconditos habent. *Sæculæ IV. p. 168.*

GEOR-

GEORGIVS GEMISTVS Baſilex editus; item Pariſiis cum infra nominatis aliis Byzantinis Scriptoribus. Cap. IX. Hiſt. Græca.

GEORGIVS GEMISTVS.

„*Georgius Gemiſtus Plctho* de Geſtis „Græcorum poſt pugnam ad Mantineam; „non ſpernendus ſcriptor, longe tamen „ſupra meritum laudatus ab *Antonio Antimacho* interprete. *Comment. de Scr. p. 106.*

§. 8.

CVRTIVS tenſisſimæ & exquiſitisſimæ venuſtatis auctor, cuius diligentiam in ſtilo nemo adæquat. Editio *Freinshemii* optima, & poſt hanc *Raderi* in fol. cuius tamen iudicium adeo magnum non eſt. CVRTIVS.

„*Curtium* Veſpaſiani æuo vindicat *Rut„gerſius* in aureo & illuſtri *Variarum le„ctionum* opere (multo plura & admirabi„liora præſtiturus, niſi iuuenis & curis „reipubl. immixtus deceſsiſſet) & ex eo „*Voſſius* de Hiſt. Lat. L. 1. c. 28. Auctor „politisſimus, qui ſane aurium iudicio ſatisfacere vult, & in eo *Liuio* ſuperior, „qui generoſior & ſecurior eſt hac in parte, neque numerorum rationem tam accurate, quam *Curtius* obſeruat, qui latinisſimus auctor eſt & perfectisſimæ elo„quentiæ. Concidit hic quoque iudici„um *Lipſii*, qui putat eum militaris tan„tum prudentiæ laude eximium eſſe, „quem tamen certum eſt omnia aulæ my„ſteria tradere. Refutauit iudicium *Li*-

„*pſii*

Cap. IX. Hist. Græca.

„*pſii Erycius Puteanus* duabus Orationi-
„bus. In editione *Curtii* non omittenda
„diligentia *Raderi* Ieſuitæ; ſine dubio
„tamen omnes ſuperauit editiones Freins-
„hemiana, quæ breui notis auctior &
„indice locupletiori, qui tum feſtinanter
„ſcribebatur, prodibit. *Sæcula IV. p. 80.*

„De *Q. Curtio Raderus* & *Freinshemius*
„bene meriti, repetita nuper editione in 4.
„Argentorati. *Comment. de Scr. p. 55.*

„Inter Hiſtoricos ſane a nemine ſibi
„plus adiumenti poteſt promittere elo-
„quentia politica, quam a *Liuio*, & *Curtio*,
„quem ſtatim adiungam. Sicut enim
„poſterior *Liuio Curtius*, Veſpaſiani de-
„mum æuo, vt videtur, vixit: ita optimi
„æui ſcriptoribus æquari & fortaſſe omni-
„bus Hiſtoricis quodammodo anteferri
„poteſt. Magnificentior *Liuii*, *Salluſtii*
„grauior, *Taciti* profundior oratio; *Cur-*
„*tii* his omnibus ſuauior, terſior, accura-
„tior eſt. Quod in moribus *Liuio* tri-
„buit *Fabius*, multo magis *Curtio* conue-
„nit. Electiſſima eius verba; ciuiles &
„aptæ ſententiæ; expoſitio mirifica, con-
„ciones expedita facundia inſtructæ: ma-
„teriam ſuam non magis prompte implet
„oratio, vbi opus eſt; quam e pleno, pro-
„ut decet, diſpenſat. Atque in his omni-
„bus cum nihil ad laudem perfecti Rheto-
„ris deſit, magis tamen extare videntur,
„quæ libentius ad πολιτικὸν, vt appellant,
„ retule-

„retuleris. *Liuius* eloquentiam ſuam „prolixius & liberalius vel amare, vel imi„tari volentibus offert: *Curtius* haud pau„lo accuratior æquabile politisſimi ſtili „temperamentum non ſimul & ſemel, ſed „poſt iteratam ſæpius lectionem attentis„demum intentisque commendat. *Liui„us* magnanimo quodam plenus candore, „exporrecta ſuauitate inuitat ſimul & ad„mittit lectorem: *Curtius*, per qnædam „admiſſionis myſteria & gradus in fami„liaritatem adhibet erudita & decora in„genia; obuia tamen ſic quoque & expo„ſita humanitate ſtatim idoneus amari. „Non enim abſtrudit gratiarum ſuarum „irritamenta, ſed diſponit: & cum primo „aſpectu placeat, hoc pretio vult placere, „vt æſtimetur. Seorſum laudari meretur, „quod non minus vtilem, quam ſubtilem „obſeruationem habet. Rerum aulica„rum elegantiam, ipſius aulæ genium, fi„guras, vultum, nemo vel appoſite magis, „vel magis ex decoro expreſſit. Vnus eſt „*Curtius* qui delicatiſſimo aulicorum iudi„cio votoque poteſt ſatisfacere in eloquen„disconuenientiſſime rebus, quibus actio & „vſus aularum gratiam formamque ex in„genio ſuo, non tam vt intelligatur publi„ce, quam vt vigeat intime, ac ſemper de„ceat, indidit. Quantum ſit in hac arca„na parte diſciplinæ Curtianæ, non fugiet „lectores, qui ingenii profectusque dex-



Digitized by Google

Cap. IX. Hiſt. Græca.

„teritate, qua par eſt, notitiam auctoris „tam accurati ambiuerint ſibique conci- „liauerint. Ad plurimos interim, qui ſi- „bi multum ſapere videntur, ne ſuſpicio „quidem eius rei peruenit, quam com- „mendauimus. *Diſſ. T. I. p. 108. ſq.*

„*Curtius* præſertim temperamentum „ſtili Politici cum quodam felici ornatu „explicat. *Diſſ. T. III. p. 501.*

„Succedit *Q. Curtius*, candidiſſimæ e- „legantiæ Hiſtoricus, qui an plus eloquen- „tiæ artisque, aut perſpicuitatis & facili- „tatis habeat, vix diſcerni poteſt. De cu- „ius laudibus cum alii ſatis multa dixerint, „nos illud tantum monemus, eloquentiæ „Latinæ ſtudioſis vix alium magis teren- „dum verſandumue eſſe. *Ibid. p. 539.*

„*Curtius* tibi omnem aulæ ſolertiam & „elegantiam, omnia Regiæ fortunæ deco- „cora & præſidia demonſtrabit. *Ibid. p. 348.*

„*Q. Curtii Rufi*, vt in cetero genere e- „lectiſſimæ diſciplinæ, ita in hac ſubtili e- „legantia (*moris aulici*) animaduertenda „& explicanda ſingulare non ſtudium „modo, ſed ingenium obſeruatur. *Diſſ. T. I. p. 489.*

„Aulæ ambages, elegantias, artes, ar- „cana, mores, flagitia, pericula, ſub tam „accuratum ſtili acumen veniſſe miraba- „mur: ſed non ſemper nihil nobis per- „miſimus vltra grauiſſimi ſcriptoris iudi-

„cium

Digitized by Google

„cium; qui ſicut profundam ſubtilitatem „politici actus nobis interpretari potuit: „ita aliquid eſſe, quod ab ipſo fruſtra ex„pectaretur ſatis memineramus. Narra„uit ille nobis fata aulicorum: nos fato„rum cauſſas, non ex Stoica illa ſerie, quam „*Curtius* texit, ſed ex diuina ordinatione, „quam ſacer Codex deſcribit, indagaui„mus. *Orationes & Programmata p. 290. ſeqq.*

„Occaſionem & materiam ſuppedita„uit, quem publica prælectione interpre„tandum ſuſcepi, Hiſtoricorum venuſtis„ſimus *Q. Curtius*. E quo cauſſam Phi„lotæ diſtributis inter eos, qui exerceri „cupiunt, perſonis, meditationi literariæ „aptare placuit. Quamquam autem in „cauſſis maieſtatis non tam memorandis „quam explicandis plane ſingularis ſit & „prudentia *Curtii* & facundia; in Philotæ „tamen negotio ſe quodammodo ipſe ſu„perauit: adeo nihil deſideratur eorum, „quæ in hoc argumentum vel auctoritas „iuris vel vtilitas regni ex voto Principum „& inuento aulicorum inuexit; præſertim „in ſilentii culpa, quam non alibi ad hoc „exemplum tractatam reperies. *Ibid. p. 459.*

§. 9.

De veteri Græcia extat elegans opuſculum NIC. GERBELII, & eruditiſſimum SOPHIANI opus, cum Tabula

NIC. GERBELIVS. SOPHIANVS.



Digitized by Google

Cap. IX. Hist. Græc.

Geographica accuratissima, quam seorsum & in minori forma edi curauit *Sanson d' Abbeuille*, Geographus Regius in Gallia; maior pars typis ligneis excusa, egregium huius artis monumentum nominari potest. Ad hunc modum *Heidmannus Palæstinam* suam scripsit.

LAZIVS. WOLFG. LAZII *Commentarii rerum Græcarum*, liber elegantissimus.

## §. 10.

IO. MEVRSII de veterum Græcorum rebus præclarissime meriti aliquot opuscula seorsum edita, quæ vix hodie omnia haberi possunt, vt *de Attica*, *de Populo Atticæ*, *de Areopago*, *de Solone*, *de Luxu Græcorum* & *Græcia Ludibunda*.

IO. MEVRSIVS.

NICOLAVS CRAGIVS *de Republica Lacedæmoniorum* non ineleganter scripsit & diligentius quam *Keckermannus*.

NIC. CRAGIVS.

Fragmenta veterum Rerumpublicarum, videlicet Hippodami, Laconum, Creticæ, Carthaginensis, contra quas disputat *Aristoteles* II. Politicorum, edita sunt Ferrariæ.

Plura ad res Græcas pertinentia sub aliis titulis in Philologia erunt obuia.

CAP.

Digitized by Google

# CAPVT X.

Cap. X. I. Hist. Rom. Græc.

## DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE ROMANAE.

## I. GRAECI.

### §. I.

POLYBIVS. POLYBIVS Historicus grauissimus & summi iudicii, quique omnia ad prouidentiam diuinam & altiores causſas referre consueuit: id quod inter recentiores *Cominæus* imitatus est. Splendidissima extat editio *Casauboni* in fol. cum versione eiusdem eruditissima.

„*Polybius* complexus erat suo opere, „cuius hodie exiguam partem tenemus, „insignia illa incrementa Romanæ potentiæ ab initio belli secundi Punici vsque ad „finem belli & regni Macedonici, per „quinquaginta & tres circiter annos: quibus deinde alia nonnulla addidit. Et „quamquam primario populi Romani facta componere voluit; quia tamen aliarum quoque, toto fere orbe tum notarum nationum res inseruit temporibus, „copulauit argumentis, non præter rem „videbatur, amplitudini operis magnificum historiæ vniuersalis elogium adhiberi; in primis propter conserendi, & „vinculis vnius contextus illigandi, quæ „segregata & sibi inuicem aliena haberi



Digitized by Google

Cap. X. 1. Hist. Rom. Græc.

„ſolent, artificium. Quod ſibi glorioſi-
„us vni, certe primo, vindicat. - - - - -
„ - - - *Polybius*, aliquid ſingularis & ad
„ἐπίϛασιν πολιτικὴν ſeu obſeruationem
„& animaduerſionem rerum ciuilium re-
„ferendæ laudis ſibi deberi putat. - - -
„ - - - - - - - - - Merebatur, quod
„ſuſcepit *Polybius*, argumentum, vt, ſicu-
„ti fortuna Romanorum longe lateque
„per gentes ſe explicabat illis temporibus,
„ita eo demonſtraretur ſcribendi genere,
„quod non hæreret in diuerticulis & par-
„ticulis, ſed ſummam rerum totamque
„imperii increſcentis imaginem exhiberet.
„Hæc ἐπίϛασις καθολικὴ ſiue obſeruatio
„ciuilis in vniuerſa tendens quin *Polybio* ſit
„& adhuc maneat certo quodam modo
„propria, non negauerit, qui *Polybii* lectio-
„ni aſſueuerit. Quare non præter rem *Ger-*
*de arte hiſt. c. 22.* „*hardus Ioannes Voſſius* iudicat: *Polybius*
„*non contentus prodere ſui temporis hiſto-*
„*riam, ſimul* πρᾶξιν *tradere inſtituit ciui-*
„*lis doctrinæ, tum eius, quæ in admini-*
„*ſtranda republica verſatur, tum quæ ad*
„*militarem diſciplinam pertinet; quibus*
„*duabus partibus Politica abſoluitur.* Fuit
„ſane & aliis Hiſtoricis pragmaticis hoc
propoſitum; ſed *Polybio* placuit peculia-
„ris quidam & amplior modus: tum quod
„in vniuerſa ſemper porrigeret ſuam ob-
„ſeruationem; tum quod apparatu ſub-
„ſidiorum vberiore vteretur, qualem ſibi

ceteto-

„ceterorum nemo permiſit. *Diſſ. T. I. p. 1158. ſeqq.* Cap. X. I. Hiſt. Rom. Græc.

„Proponam ei vetus *Polybii* exem-
„plum, quo nemo ſtudioſius illam curam
„& cogitationem ſuſcepit de partibus hi-
„ſtoriæ in rerum ſummam & vnius cor-
„poris ſpeciem colligendis. *Muſeum p. 24.*

„Generoſus autem ſine exemplo *Poly-*
„*bius*, in ferenda tam de actionum euen-
„tibus, quam de actionibus ſententia, re-
„ctiſſimo incedit tramite, vt aliquando
„Chriſtianorum multos, quibus tamen ſo-
„lidam iudicii magnanimitatem & ſoler-
„tiam ipſa religio commendat ſuppeditat-
„que, pudefacere queat. *Diſſ. T. I. p. 1131.*

„Ob digreſſiones alias vehementer re-
„prehenſus eſt *Polybius* a *Seb. Maccio*; de-
„fenſus autem ſtrenue a *Gerardo Ioanne*
„*Voſſio*: qui tamen pro prudentia, qua va-
„lebat, hanc tanquam *ἰδιοπρέπειαν* in *Po-*
„*lybio* non excuſari modo, ſed laudari
„poſſe, eo, quod non aliter aut alibi digre-
„diatur, niſi vbi rei intelligentia & com-
„moditas poſtulat, cum dixiſſet, notabili-
„ter addit: *Nec propterea neceſſe puto, hac*
„*ſemper parte Polybium potius imitemur,*
„*quam ceteros, qui in digrediendo & par-*
„*ciores ſunt, & breuiores.* Valere poteſt
„& debet hoc iudicium, quando vix nega-
„ri poteſt, *Polybium* ſingulari prorſus in-
„ſtituto vſum, omnes ſcribendi rationes



Digitized by Google

Cap. X. 1. Hist Rom. Græc.

„non minus quam decebat illuc accom„modesse. *Ibid. p. 1181.*

„*Polybium* abunde laudauit *Casaubonus* „in præfatione splendidæ editionis Græc. „Lat. 1609, quæ cum diu desiderata esset, „nuper in Belgio, sed forma minore vna „cum *Excerptis Peiresianis* ad *Polybium* „spectantibus & notis variorum prodiit „cura *Iacobi Gronouii.* Priores V. libri „cum interpretatione *Perotti* prodierant „Hagenoæ an. 1530. Iterum hi quinque „cum eiusdem *Perotti* versione & cetero„rum superstitum interpretatione *Wolfg.* „*Musculi*, Basileæ 1549. *Xylander* Germa„nice vertit Basil. 1574. Castra Polybia„na erudito commentario illustrauit *Her„mannus Schelius* 1660. *Comment. de Scr. p. 36. sq.*

„Anni sunt fere quadraginta, ex quo „splendida *Casauboni* editio maiori forma „in officinis librariis & bibliopoliis non „potuit reperiri: cum tamen is esset *Polybi„us*, quo bibliothecis instruendis librisque „emendis vendendisque dediti ne ad bre„ue quidem tempus carere deberent. Sed „Græcorum quidem scriptorum fatum „hoc sæculo quale fuerit, notum est: nisi „quod omnis doctrinæ & literaturæ mu„nifica altrix Gallia plurimos optimos„que libros Græcos & illustria prorsus o„pera, etiam cum interpretatione Latina, „orbi perliberaliter exhibuit & redona„uit.

Digitized by Google

„uit. In Germania cum Wecheliis & Au- Cap. X.
„briis ſepultum quodammodo eſt ſtudi- 1. Hiſt. Rom.
„um Græca edendi ; ad quorum nomen Græc.
„pæne cohorreſcunt bibliopolæ. Quare
„cum ante annos XVII. de noua editione
„*Polybii* Caſauboniani , cui accederent
„ſupplementa Peireſiana, & fragmenta di-
„ligentius exquiſita, vna cum *Caſauboni*
„Commentario inchoato, & notis quibus-
„dam ad rem præcipue militarem perti-
„nentibus, bibliopolarum nonnullos in-
„terpellaſſem, neque elegantia typorum
„aut quicquam aliud deeſſe poſſet, quo mi-
„nus exemplum editionis prioris æqua-
„rent: impenſarum tamen magnitudine,
„& quod negotiatio libraria non paruis
„hoc tempore eſt expoſita periculis, de-
„territi, animum huc inducere nequiue-
„runt. Dimiſimus etiam Argentorato
„ſpecimen aliquot foliorum prorſus ad
„exemplum modo laudatum expreſſo-
„rum, quod ſane diſplicere nemini po-
„tuit, inſtitutum tamen noſtrum parum
„promouit. Circummiſſa ſunt & ex Bei-
„gio ante plures annos ſpecimina eden-
„dorum ſcriptorum Græcorum, maiore
„forma, quæ inde a typographia inuen-
„ta bibliothecas potiſſimum decere cre-
„dita eſt ; ſed cunctantibus omnibus,
„gratia magna debetur iis, qui minore
„forma Græcos Hiſtoricos, *Arrianum*,
„*Appianum*, *Polybium* edere cœperunt.



Digitized by Google

Cap. X. 1. Hist. Rom. Græc.

„Ad *Polybium* autem vt reuertar, non er-
„rauit *Lipsius*, quod militiæ Romanæ
„hunc in primis grauem auctorem & in-
„terpretem iudicauit; facileque agno-
„scas ex omnibus libris, quod hanc par-
„tem prudentiæ ipso vsu tractatuque ar-
„morum comparatæ conspici eminenter
„voluerit in suo opere *Polybius*. Sed in
„explicatione *Lipsii* quid desideretur ab
„eruditis, nunc quidem a nemine ignorari
„potest; licet *Iosephi Scaligeri* iudicium,
„quod ille non diu ante obitum tulerat,
„dissimulari, partem prudentiæ non sine
„ratione crediderint eximii viri. Incidit
„postea in hoc argumentum Vir maxi-
„mus: sed in opere posthumo inter pri-
„mordia deficiente tot noua sunt, quæ Ma-
„thematici vocant, postulata, vt contine-
„re se non potuerit doctissimus & lon-
„giore vita dignissimus *Hermannus de*
„*Schele*, quin ostenderet, quantum ab an-
„tiquitate & veritate passim discederetur.
„In hoc genere cum nec versionum ex
„Græco in variis linguis auctores multum
„sibi diligentiæ adhibendum putassent,
„nec ea disquisitio fuisset facta a scripto-
„ribus τῶν πολεμικῶν & τῶν τακτικῶν,
„qua hic opus est, in plerisque adhuc pal-
„mam in medio positam esse vix quic-
„quam dubitationis datur. In ipsis ver-
„sionibus multa esse, de quibus non est
„nulla dubitandi occasio, itidem mani-
„festum

Digitized by Google

„festum est. Illa ars, qua *Polybius* ex longinquo per seriem non interruptam omnia connectit, atque in integra & iusta magnitudine conspici cupit, nullis hodie commentariis opus habet: quando ingenia ciuilium rerum capacia vltro & in primis hoc sibi ad intelligendum & philosophandum negotii datum credunt. Atque hæc vel maxime ratio pellexerit homines reipublicæ natos factosque ad legendum *Polybium:* cum de cetero antiquitatis haud multum curiosa ætas nostra facilius odisse, quam intelligere hoc genus scriptorum soleat; tanti tamen Viri maximisque in rebus multa cum laude versati prudentiam aspernari nequeant, quibus cor sapit, rectumque & cordatum eius iudicium etiam admirari non recusent, qui præcipuum honestatis decus inter sæculi nequitias nequaquam omnino extingui sentiunt. *Lectiones Polybianæ MSC. Codicis Augustani, ad Io. Capellanum, Argentorati 1670, 4. editæ, sub finem. p. 177. sqq.* Cap. X. 1. Hist. Rom. Græc.

§. 2.

DIONYSIVS HALICARNASSEVS summæ eruditionis vir *Antiquitates Romanas* scripsit, vt & alia opuscula de Rhetorica, de quibus supra mentio iniecta est. Edita omnia iunctim sunt ab *Henr. Stephano.* DIONTSIVS HALICARN.

„De

Digitized by Google

Cap. X. I. Hist. Rom. Græc.

„De *Dionysii Halicarnassensis* Historia „Romana supersunt libri tantum XI. vsque „ad sublatum Romæ Decemuiratum. Al„tera pars operum eius continet Rhetori„& Critica. Optima editio Græco-Lati„na est Wecheliorum Francof. 1586. in fol. *Comment. de Scr. p. 45.*

APPIANVS. APPIANVS *de bellis ciuilibus* inter præcipuos Græcos nominandus est, maximumque nobis lumen in hac materia afferre potest. Editio *Henrici Stephani* Græco-Latina.

„Sub Antino Pio celebrantur *Appia„ni Alexandrini* scripta. Iudicium de eo „fertur duplex, vnum seuerius, eorum, „qui *Appianum* vocant fucum alienorum „laborum; alterum modestius. Non „diffitemur quidem, eum pleraque ex a„liis descripsisse, multum tamen ei tribu„endum est, quia plurimis rebus carere„mus, si absque hoc essemus; in qua re „ostendit insignem industriam. Plures „interdum & integros versus seu lineas ex „*Plutarcho* excerpsit; sed hoc non tanti „est, vt propterea reprehendatur acer„bius. Plures prodierunt editiones, ab „*Aldo, Stephano*, sed sine Ibericis & Anni„balicis. Postrema *Henr. Stephani* est „præstantissima, Græco-Latina. Recu„derunt eandem Wechelii, sed non ea„dem diligentia & splendore. *Sæcula IV. p. 166.*



Digitized by Google

§. 3. Cap. X.

DIO CASSIVS a nemine, cui cordi Hiſtoria Romana eſt, præteriri debet: & dolendum ſane, quod tam pauca viri huius ad nos peruenerint. Abbreuiator eius XIPHILINVS integer eſt & ipſa *Dionis* verba retinet; ſicut ex *Trogo Iuſtinus*. Edidit *Henricus Stephanus*, & Wechelii Francofurti. 1. Hiſt. Rom. Græc.

DIO CASSIVS. XIPHILINVS.

„Addideris illis (*qui principi commen-*
„*dari debent*) cum venia & ratione *Dio-*
„*nem Caſſium*, hiſtoricum profecto pru-
„dentiſſimum, & immerito a *Lipſio* in ca-
„talogo prudentiæ doctorum præteri-
„tum, vt rectiſſime autumat magnificus
„vir omnique ciuili cognitione actuque
„præluſtris *Chriſtoph. Forſtnerus* in Notis
„ad 1. An. Taciti. *Diſſ. T. I. p. 1152.*

„*Dio Caſſius* vtiliſſimus & diligentiſſi-
„mus hiſtoricus. Græce *Henr. Stephanus*
„edidit, Græco-Lat. Wechel. officina in
„fol. *Comment. de Scr. p. 66.*

„*Dio Caſſius* auctor digniſſimus eſt,
„qui diligenter tractetur. *Diſſ. ad Lipſii*
*Polit. p. 90.*

„*Dio Caſſius* Cocceius ſ. Cocceianus,
„ad Alexandrum Mammææ produxit Hi-
„ſtoriam ab U. C. Iniquior nonnullis viris
„grauibus, Ciceroni, Senecæ, Pompeio
„putatur. Pleraque eius operis perierunt:
„quæ ſuperſunt, Eclogæ ſunt *Xiphilini*, tum
„fragmenta Peireſii ab *Henr. Valeſio* edita.

„Præ-

Digitized by Google

Cap. X. 1. Hiſt. Rom. Græc.

„Præſtantiſſima editio eſt *Henr. Stephani*; „proximam laudem meretur Wechelia„na, quæ & plenior eſt propter epitomas. „Scriptor eſt alias ſatis floridus, copioſus, „eruditus. Iudicium *Tilemanni* in Di„ſcurſu admodum eſt memorabile & ve„rum, quando dicit, nullum auctorem „ſtudioſis Politicæ magis vtilem eſſe, „quam hunc *Dionem*, quia prudentiſſima „ratione ad omnium actionum cauſſas di„gitum quaſi intendit; quod quidem an„te ipſum fecit *Polybius*. Præclarum quo„que eſt teſtimonium *Photii*; nil enim „hoc viro in talibus *χρειικώτερον*. Oſtendi „alibi magnum vſum eſſe *Dionis* in inter„pretando *Tacito*, qui in multis absque „*Dione* non poteſt intelligi. Hic autem „honor in interpretando *Tacito*, *Dioni* „nunquam antea fuit habitus. *Sæcula IV. p. 279.*

„De editionibus *Dionis* obiter mone„mus, nobiliores quidem eſſe Stephanicas; „*Henricum* tamen *Stephanum Dionem* „Græce ſolum edidiſſe; nec non *Xiphili„num* poſtea cum verſione *Xylandri*. „Qui vero non tantum *Xiphilinus* ſua ex „*Dione* exſcripſit, (quæ etiam cauſſa eſt, „cur *Dionis* nomine veniat hiſtoria *Xiphi„lini*) ſed etiam quidam *Theodoſius*, ideo „poſtremam editionem Wechelianam „Francof. *Dioni Xiphilinum* & *Theodoſium* „ſubiunxiſſe, memorabili & notabili in„duſtria. *Ib. p. 117.* *Xiphi-*

„*Xiphilinum* Gr. Lat. *Henricus Stepha-* Cap. X.
„*nus* edidit. Epitomator *Dionis Caſſii*, cu- 1. Hiſt. Rom.
„ius plerumque verba retinet. *Comm. de* Græc.
*Scr. p. 91.*

„Supra diximus *Xiphilinum Dionem* ſo-
„lere exſcribere, eiusque epitomatorem
„eſſe. Nam non tantum ea habet *Xiphi-*
„*linus*, vbi *Dio* deficit; ſed hiſtoriam *Dio-*
„*nis*, quæ hodie adhuc ſuperſtes eſt, ver-
„bis *Dionis* propriis in epitomen redegit;
„vnde coniicimus, eum eodem inſtituto
„poſtea vſum. *Sæcula IV. p. 20.*

## §. 4.

HERODIANVM ſcriptorem ve- HERODIA-
nuſtiſſimum cum incomparabili verſione *An-* NVS.
*geli Politiani* Argentorati *Bæclerus*, item
*Henr. Stephanus* ediderunt.

„*Herodianus* haud dubie inter præcipu-
„os prudentiæ conſultos & incomparabi-
„les rerum conditores, niſi me omnia fal-
„lunt, ponendus eſt. *Diſſ. T. I. p. 1153.*

„*Herodiano* nullus eſt ſcriptor magis
„terſus; & eſt ille in Græcis omnino, quod
„in Latinis *Curtius*. *Diſſ. ad Lipſ. Polit.*
*p. 90*

„*Herodianus* ſcriptor elegantiſſimus, nec
„inter βιογράφους numerandus. Ele-
„gantiſſimum interpretem nactus eſt *An-*
„*gelum Politianum*, cui merito in verſio-
„num nitore palma danda eſt: nam & *Ar-*
„*rianum* pari elegantia vertit. *Caſaubonus*
„quidem

Digitized by Google

Cap. X. 1. Hiſt. Rom. Græc.

„quidem *Polybium*, Baro *Enenckelius Thu-*
„*cydidem* ſatis eleganter verterunt, ſed ad
„*Politiani* elegantiam nullo modo acce-
„dunt, vt huic ſine exceptione laus debea-
„tur *Henr. Stephanus* in præſtantiſſima ſua
„editione ſubinde voluit corrigere
„verſionem *Politiani*, ſed ridendum ſe
„præbuit, cum eruditas rationes, quas *Po-*
„*litianus* ſecutus eſt, non intellexerit: ſicut
„vir fuit Græce quam Latine doctior. Præ-
„ter elegantiam etiam commendanda eſt
„ſingularis *Herodiani* caſtimonia, dum
„non tam multas digreſſiones inſtituit,
„quam *Dio Caſſius*. Vide noſtras Notas.
*Sæcula IV. p. 279.*

„Inter *Herodianum* & *Lampridium* ſi
„quis comparationem facere vellet, a-
„nimaduerteret, quid interſit inter inſti-
„tutum τῦ βιογράφυ & ſcriptoris pra-
„gmatici, qualis eſt *Herodianus*. Vnde
„vehementer nonnulli errarunt, qui *Hero-*
„*dianum* βιογράφοις accenſere voluerunt,
„cum ſcriptor ſit omnibus boni hiſtorici
„virtutibus adornatus. *Ibid. p. 106.*

„Anni ſunt decem & octo cum *Hero-*
„*dianum*, ſcriptorem elegantiſſimum, no-
„ſtris quibusdam notis & animaduerſio-
„nibus neſcio an commendatum in grati-
„am eorum edidimus, qui Græca cum
„Latinis coniungere partem negotii, quod
„veræ eruditionis ſtudioſis adoleſcentibus
„publice datum intelligitur, ſerio ſtatue-
„runt.

Digitized by Google

„runt. Quantus vir ſit, non diſſimulas- Cap. X.
„ſent æquales eius temporis & ſuppares, 1. Hiſt. Rom.
„ſi pares ad ſcribendam hiſtoriam artes at- Græc.
„tuliſſent. - - - - Igitur ipſe ſibi teſtis
„& auctor ad famam, nihil ornamento-
„rum proximis ſuo ſæculis debet, donec
„*Photii* iudicio illuſtratus eſt: qui paucis
„multa, nec niſi eruditis arbitranda de
„*Herodiano* dixit. Reperiet, quod dixi,
„qui cum *Dione Caſſio* eiusdem ævi Hiſto-
„rico velit comparare. Eloquentiæ qui-
„dem laudem *Herodiano* vltra conceſſu-
„rus ille, an aliquid ſibi aſſumere poſſit,
„cuius ſpecimen, anguſtiores intra limites
„ingenii doctrinæque ſubtilitate non æ-
„quauerit hic aut vicerit, non iniuria du-
„bitaueris. Accuratioris quidem curæ
„exquiſitæque artis nomine *Curtio* eum in
„Latinis comparaſſe nondum nos pœni-
„tet. Multum quoque auctoritatis & fi-
„dei in delectu argumenti poſitum eſt.
„Comperta enim ſibi pleraque & de pro-
„ximo ſumta liquido grauique iudicio
„executus, in ſeptuaginta pæne annorum
„hiſtoriam miras fatorum vices, omnem-
„que fortunæ Romanæ varietatem & am-
„plitudinem compegit: tanta diſciplinæ
„indole, vt vix idem iudicaturus videaris,
„ſi legas idem apud *Lampridios*, *Capitoli-*
„*nos*, eiusque generis ſcriptores; a quibus
„fidem eius ſuſpectari citra cauſſam, ſatis
„animaduertas. Contigit tanto ſcriptori



Digitized by Google

Cap. X. I. Hiſt. Rom. Græc.

„dignus interpres *Angelus Politianus*; cu-
„ius primam editionem Bononienſem an-
„ni 1493. hic ſecuti ſumus, reiectis, quæ
„*Stephanus* interpolandi cauſſa addide-
„rat: cuius cenſura in *Politianum* quam
„non ſit æqua & erudita, non vno ſpeci-
„mine oſtendimus ſuo loco. Βιογραφοις
„*Herodianum* accenſeri nulla ratio doctri-
„næ conſentanea patitur. Itaque nolumus
„in ea ſententia ſubmouenda verboſi eſſe.
„Adiunxit autem huic ſecundæ editioni
„noſtræ luculentum & vberrimum indi-
„cem *Balth. Scheidius*, Doct. Th. Græcæ-
„que & Orr. LL. Prof. quæ res non parum
„adiumenti afferet Græce erudiri volenti-
„bus & *Herodianum* magiſtrum optanti-
„bus. *Præfat. Herodiano cum notis Noſtri Argent.* 1644. 1662. 1694. *edito præmiſſa.*

„Prorſus egregie factum eſt, quod ele-
„gantiſſimus ſcriptor *Herodianus* elegan-
„tiſſima interpretatione a *Politiano* in La-
„tinum conuerſus eſt: nec minus præcla-
„re ceſſit, quod *Henr. Stephanus* multa in-
„duſtria, typisque mundiſſimis vtriusque
„curas publicauit: at quod idem ille do-
„ctiſſimus vir *Politiani* verſionem, cui ſi-
„milem hactenus in nullo ſcriptore habe-
„mus, tot caſtigationibus non neceſſariis
„in ordinem redigere conatus eſt, id ego
„nec ex Græci ſcriptoris, nec ex Latini in-
„terpretis merito arbitror accidiſſe. Ef-
„fecit equidem tam critica manus, vt di-
„cendum

Digitized by Google

„cendum mihi nunc sit, quod, nisi instituti Cap. X.
„ratio efflagitaret, nollem dictum: *Hen-* 1. Hist. Rom.
„*ricum Stephanum* tum alibi, tum hic præ- Græc.
„sertim prodidisse, se minus Latine, quam
„Græce eruditum. Vt taceam, quod de *Po-*
„*litiani* proposito ne vllam quidem vide-
„tur cogitationem suscepisse. - - - Ge-
„nus hoc interpretandi *Politiano* singula-
„re & proprium liceat dicere. Quamuis
„enim generosiss. Baro *Enenckelius* mira e-
„legantia Liuiani stili *Thucydidem* inter-
„pretatus sit; *Casaubonus* autem *Polybi-*
„*um* luculenta itidem versione, vterque
„sane admodum Latine, illustrauerit: ma-
„lim tamen ad secundum genus (*Para-*
„*phrases*) *Casaubonum* referre; *Enenckeli-*
„*um* autem *Politiano* ita comparare, vt ad-
„huc differat vtriusque studium. Vide-
„tur enim vna *Politiano* cura fuisse, si La-
„tina elegantia posset, etiam in versione
„cum Græca *Herodiani* venustate certare,
„adeoque plus quam translationis nomine
„æstimari. Quod quidem ita illi succes-
„sit, vt rectissime de *Herodiano* translato
„iudicauerit *Ludouicus Viues; non ab ho-*
„*mine Græco videri genitum, sed a Latino.*
„ - - - *Politianus* talem nobis interpre-
„tationem *Herodiani* dedit, quæ dissocia-
„biles interpretis & eloquentis viri virtu-
„tes ita coniungeret, sicuti alias in histo-
„ria αὐτοπροσώπῳ oratoris laudes cum hi-
„storici officio conspirant. *Anima duer*



Digitized by Google

Cap. X. 1. Hist. Rom. Græc.

*siones in Henr. Stephani Examen versionis Politiani, initio; quæ subiunguntur Annotatis Bœcleri in Herodianum; vbi eundo per singula censuras Stephani discutit.*

§. 5.

ZOSIMVS.

ZOSIMVS cætera elegans auctor, nisi quod Christiano nomini infensissimus. Nunquam integer editus; sed pars a *Frid. Sylburgio* in Scriptoribus Græcis minoribus, pars ab *Henr. Stephano* cum *Herodiano* emissa.

„Hic *Zosimus* egregium est scriptor & dili„gentia & eloquentia valens; quamquam „male audiat apud Christianos auctores, „præsertim Historiæ Ecclesiasticæ & *Ba„ronium*, qui mendacia eius suspectant. „Hinc & iniquius interdum de eo iudi„cant; sed faciunt ei iniuriam. Cetero„rum autem auctoritas docet, vera esse „quæ scribit, quamuis fuerit Christiano„rum hostis & idololatra. Superat certe „*Vopiscum*, qui alias diligentiam suam ia„ctat, & se ceteris historicis præfert; quod „quidem iactantius facit. *Zosimus* enim eo „longe grauior est. *Sæcula IV. p. 217.*

*Zosimo* non est credendum, qui ex odio „Christiani nominis haud pauca talia de„prauat. *Ib. p. 289. Add. p. 310.*

„*Zosimus* nimis hypothesin suam tue„tur, quasi religioni Christianæ debea„tur, quicquid malorum imperium Ro„manum inuasit ac dissipauit. Non ta„men omnia mentitur, aut vbique reiici meretur,

Digitized by Google

„meretur. - - - *Zosimus* a quibusdam a- Cap. X.
„cerbius reprehenditur, a quibusdam ve- 1. Hist. Rom.
„hementius laudatur. In quo obseruan- Græc.
„da est διάθεσις animi ac scopus, iuxta mo-
„nitum *Diodori Siculi*, qui fuit, omnium
„malorum causſam in religionem Chri-
„stianam conferre. Dolendum est ta-
„men, *Zosimi* opera nunquam integre es-
„se edita; nam duos priores libros edidit
„*Henr. Stephanus*, qui plerumque *Hero-*
„*dian.* subiunguntur; tres posteriores
„comparent in opere Historicorum Græc.
„Sylburgiano. *Ib. p. 303.*

„*Zosimi* libri 2. ab *Henr. Stephano* Gr.
„& Lat. & V. libri a *Sylburgio* editi, in Hi-
„storicis Gr. minoribus. Scriptor nec in-
„facundus, nec imprudens, Christianis
„iniquior, qui & ipsi iniqui in ipsum esse
„solent. *Comment. de Script. p. 78.*

„*Leonclauius* quidem nimis honorifice
„sentit de Iuliano, in *Apologetico pro Zosi-*
„*mo*; sed vt appareat, nihil sinceri fuisse,
„adducam testimonia ipsorum ethnico-
„rum, inprimis *Marcellini*, qui alias ma-
„gnus ipsius fautor est. *Sæcula IV. p. 325.*

„Vt omnino cœcus sit *Leuenclauius*,
„qui ipso *Zosimo* durior & inclementior est
„in ea re, qua ad defensionem *Zosimi* non
„indiguisset. *Ibid. p. 330.*

THEODORI METOCHITAE fragmenta edidit *Meursius*, a quo scriptore originis historia prolixe exponitur. THEODORVS METOCHITA.

Cap. X. 2. Hist. Rom. Lat.

## II. LATINI.

### §. 6.

Inter Latinos, de quibus omnino videndum *G. I. Vossii* Opus *de Historicis Latinis*, est

IVL. CAESAR. IVLIVS CAESAR. *Iungermannus* cum Versione Græca non inerudita VII. Libros *de Bello Gallico* edidit; quæ versio *Maximi Planudis* creditur. De ipso auctore alibi dictum. Vid. & *Vossius* d. l.

„Huius sæculi (primi) sunt etiam illu„stres Historici. *C. Iulius Cæsar*; cuius „optima editio *Iungermanni* in 4. cum no„tis variorum. De quo satis alibi dictum. *Comment. de Scr. p.* 44.

„Apud me plus admirationis habet nuda „illa & recta venustas, quæ absque omni „cura aliquid accuratum, absque omni or„natu aliquid speciosum refert. Quo no„mine *Commentarii Cæsaris de Bello Gal„lico & ciuili* sine exemplo præcellunt. *Diss. T. I. p.* 91.

„Operæ faciet pretium, qui ab ætate „sua mature impetrauerit, vt expertis cre„dat, quantum præstantiæ non statim ap„parentis insit in stilo *Cæsaris*: longeque „maioris operis esse tale dicendi genus, „quam apparatissimas orationes, imitan„do consequi. Verissime enim de *Cæsa„re* dixeris, quod *Plutarchus* de Lysia: „*Facilis sermone videtur, sed imitatu diffi„cilis est.* Quapropter rectissimo consi-

„lio

„lio Magnus ille *Iacobus* Britanniæ Rex in- Cap. X.
„ter ethnicos Hiſtoricos neminem magis 2. Hiſt. Rom.
„commendauit filio, quam *Iulium Cæſa-* Lat.
„*rem:* cum ob dictionis ſuauitatem, tum Δωρ. βαϑ.
„ob materiæ dignitatem. *Ibid. p. 92.* L. 2.

„*Cæſar* ſcripſit & vixit æuo optimo, pri-
„mus certe poſt *Ciceronem. Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 91.*

„*Iulius Cæſar* contextu hiſtoriæ, quam
„eiusmodi locis morum nobilior, mon-
„ſtrare poteſt, qualis in exponendo eſſe
„poſſit vel debeat viri ciuilis oratio, ad
„eum modum, quem ſupra laudauimus.
„Vnum illud repeto, qui maturius & in iu-
„uenilibus annis delectari poteſt lectione
„*Cæſaris*, illius ingenium rectum, ſtabile,
„& in practico genere, ſicut loqui ſolemus,
„non vulgaris notæ exiſtimauerim. Qui
„ſero, ſed tamen ſerio tantum auctorem
„amabit, argumentum profectus & iudi-
„cii ad liquidum emerſi ſic quoque id ha-
„bebit. Cui ſemper vilis videbitur *Cæſar*,
„etiam in comparatione maximorum
„ſcriptorum, is ſciat, ſe vel aliud agere,
„vel a vera ratione iudicandi negotia vitæ
„multum abeſſe. *Diſſ. T. I. p. 105.*

Inter Hiſtoricos neminem habet ſimi-
„liorem *Nepos*, quam *Iul. Cæſarem*, de quo
„propterea ſtatim ſubiiciemus. Prorſus ea-
„dem dici poſſunt de *Iulii* dictione, quæ
„de *Nepote* dicta ſunt. Admirabilis vtrique
„candor, & facilitas, & proprietas; non



Digitized by Google

Cap. X. 2. Hist. Rom. Lat.

„quæsitæ, sed innatæ, vt sic dicam, virtu-
„tes. Nihil ibi calamistris inustum, nihil co-
„natu artis molestum: omnia nuda, venu-
„sta, recta, ornatu orationis tanquam veste
„detracta, vt loquitur *Suetonius* in Iulio c.
„56. pertinetque huc, quod de Augusti o-
„ratione idem Historicus tradit in Augu-
„sto c. 86. *Præcipuam curam duxit, sen-*
„*sum animi quam apertissime exprimere,*
„*quod quo facilius efficeret, aut nec vbi le-*
„*ctorem vel auditorem obturbaret ac mora-*
„*retur, neque præpositiones verbis addere,*
„*neque coniunctiones sæpius iterare dubi-*
„*tauit; quæ detracta afferunt aliquid ob-*
„*scuritatis, et si gratiam augent.* Hæc *Sue-*
„*tonius*. Neque caret interim eloquentia il-
„le stilus, sed dum non videtur quærere,
„aut ab arte mutuari, inuenit tamen ex so
„& præfert decorem, quem facilius fuerit
„amare, quam imitari. *Diss. T. III. p. 537.*

„Eximiis laudibus opera *Cæsaris*, tum
„ab aliis, tum a principe orationis Latinæ
„*Tullio*, ornata: præsertim historia, & o-
„mni paratu artis iustique operis venu-
„stiores commentarii. Quos egregiæ tan-
„tum mentes suo metiuntur pretio: quos-
„que iudicio vere regio præcipue ex omni
„gentilium historia suo filio *Iacobus* Ma-
„gnæ Britanniæ Rex commendauit. Ne de
„Ludouici XII. Galliæ Regis, aliorumque
„summorum Principum studio, qui ea le-
„ctione tantopere delectati sunt, nunc di-
„cam.

Ann. Ferron. L. 3.

Digitized by Google

„cam. *Dissert. Polit. in Suetonii Cæsares* Cap. X.
*edit. Argentoratensi 1688, 4. subiunctæ. p. 19.* 2. Hist. Rom.
„Propiore imitandi genere, maioreque Lat.
„similitudine HIRTIVS & *Oppius Iulii*
„*Cæsaris* opera suppleuerunt: vt appareat
„quidem diuersos, eiusdem tamen stili ge-
„nio valde congruentes auctores fuisse,
„qui imitantur & quem imitantur. *Diss. T.*
*I. p. 127.* §. 7.

SALLVSTIVS generosissimus histo- SALLVSTI-
ricus & paulo sublimior; vt de eo dubitari VS.
possit, an propter stilum iuuentuti commendari debeat. Editio *Gruteri* cum notis variorum optima.

„*C. Sallustius Crispus*, quem cum notis
„variorum *Gruterus* edidit, Basileæ antea
„maiore forma editus erat. In stilo archa-
„ismorum nimis studiosus est: in argu-
„mento nimis Philosophus, vt nonnulli
„existimant. Recta tamen est & grauis
„eius Philosophia. *Comment. de Scr. p. 45.*

„*Sallustii* proxima ætas est. De quo in v-
„tramque partem apud veteres, magnifice
„& acerbe, existimatum constat: euenitque
„vt quodam quasi fato ne iuniorum qui-
„dem iudicia vel inter se, vel cum veteri-
„bus in definienda dictionis Sallustianæ
„forma congruerent. Esse quiddam in sti-
„lo huius auctoris profunda cura recondi-
„tum, quodque non eandem sui æstima-
„tionem sic vel aliter intuentibus sugge-
„rat, id vero apertum est. Magno consensu

Cap. X. § 2. Hist. Rom. Lat.

„veterum doctissimi *breuitatem Sallustii* „commendant: quam tamen adimunt ei „celeberrima propioris æui nomina, *Sca-* „*ligeri*, *Gruteri*, aliique. Sed, vt opinor, „alia sunt ac diuersa ad quæ respiciunt illi „& isti, possisque eodem genere dubitan- „di *Thucydidi* quoque breuitatem abiudi- „care. Magis ad rem facit, quod *Antiqua-* „*rius* audit *Sallustius*: cuius exemplum „non parum sæculo vult nocuisse *Seneca*, *Epist. 114.* „qui *Sallustio vigente*, inquit, *amputatæ* „*sententiæ, & verba ante expectatum ca-* „*dentia, & obscura breuitas fuere pro cul-* „*tu.* Et præcesserat: *vitia vnus aliquis* „*inducit: ceteri imitantur, & alter alteri* „*tradunt.* Postea *obsoletas locutiones* „Sallustianas nominatim reprehendit. „Neque dissimulat tamen, imitatores e- „xempli, quod sibi proposuerunt, modum „excessisse, eaque, in quæ *Sallustius* rari- „us inciderit, pro virtutibus arripuisse, „magnoque studio frequentasse. - - - - „ - - - Augustus Antonium eo nomine *Sueton. Aug. c. 86.* „reprehendit, quasi *vtentem verbis, quæ* „*Sallustius ex Originibus Catonis excerpsit.* „ - - - - *Suetonius*: *Quo magis miror,* *in Grammat. illustr.* „*Asinium Pollionem credidisse, Philologum* „*antiqua verba & figuras solitum esse col-* „*ligere Sallustio, cum sibi sciat nil aliud* „*suadere, quam ut noto ciuilique & pro-* „*prio sermone vtatur, vitetque maxime* „*obscuritatem Sallustii & audaciam in*

*transla-*

Digitized by Google

„*translationibus*. Sunt equidem nonnul- Cap. X.
„li, qui noſtro ſæculo ſufficere credunt 2. Hiſt. Rom.
„debere auctoritatem ſolam veterum ſcri- Lat.
„ptorum; vt ſatis politicum ſit videlicet,
„quicquid eorum nomine exemploque
„præſcribitur. Neque nobis ſane fas fue-
„rit diffiteri, e *Salluſtio* multum poſſe mu-
„tuari orationem politicam; ſi modo me-
„minerimus, alia exempli cauſſa imitan-
„tibus, alia eruditis adulto iam profectu
„in varios vſus ſuppeditari. Salluſtiana
„dictio vult *iudicari*, quod non eſt tyro-
„cinii, & *eligi*, quod non eſt cuiusuis in-
„genii. Cum iudicium & electio acceſ-
„ſerit, *grauitatem* orationis ciuilis, quo-
„ties illi ſeruiendum eſt, figuris & ſenten-
„tiis propriis, vt ſic dicam, inſtruet *Sallu-
ſtius*. *Diſſ. T. I. p. 106. ſq.*

„Animoſius eſt *Salluſtii* iudicium de
„calamitatibus ex calamitatum cauſſis.
*Ibid. p. 1131.*

„In *Salluſtio* maior eſt grauitas, ſed nec
„imitationi tam opportuna, & cum iudi-
„cio diſcernenda, ne quis in ea incidat,
„quæ in Aruntio carpit *Seneca* Ep. 114.
*Diſſ. T. III. p. 541.*

„Diſputant viri eruditi de Orationibus
„*Salluſtii*, quas quidam epiſtolas de or-
„dinanda Rep. ad Cæſarem ſcriptas eſſe, a-
„lii orationes eſſe aſſerunt. *Diſſ. ad Lipſii
Polit. p. 119.*

„*Orationes Salluſtii ad Cæſarem* vere
ſunt

Digitized by Google

Cap. X. 2. Hiſt. Rom. Lat.

„ſunt compendium politicum, quas ora-
„tiones *Lipſius* fere totas transſcripſit, vt
„commendaret. *Ibid. p. 109.*

§. 8.

LIVIVS. LIVIVS ſcriptor eloquentiſſimus & maieſtate magnitudineque operis ante omnes. Editio *Gronouii* optima. *Grutteri* in fol. multis mendis ſcatet: neque etiam notæ eius magni momenti videntur, ſed potius adiectæ in bibliopolarum gratiam vna cum variis diſcurſibus in *Tacitum*.

„*Liuii* quæ ſuperſunt, emaculatiſſima
„dedit altera iam editione *Io. Frid. Gro-*
„*nouius*: ſuppleuit *Freinshemius* libros
„amiſſos egregio opere. Etiam hic in o-
„ptimis Latinitatis auctoribus illuſtre no-
„men tuetur. Polyarchici mixtique re-
„giminis bona malaque non aliunde cer-
„tius petas. *Comment. de Scr. p. 49.*

„*Liuius* obiit quarto Tiberii anno. Vid.
„*Voſſius* de Hiſt. Lat. L. I. c. 19. Opus ſeri-
„pſit ingens, ex quo quantilla hodie ſu-
„pereſt portio. Hiſtoricus eſt omnibus
„eloquentiæ & prudentiæ virtutibus ador-
„natus.

„ - - - - - *Liuius*, quod de eodicitur,
„*ingens*,
„*Quem mea vix totum bibliothecæ*
*capit*;

„quia omnes omnino hiſtorici numeros
„accuratiſſime impleuit. Vnde *Lipſius*
„turpiter lapſus eſt in Polit. dum ipſi inter
„alia

Digitized by Google

„alia falsa etiam Patauinitatem, id est, ser- Cap. X.
„monis quandam peregrinitatem obiicit 2. Hist. Rom.
„& *Historicum supinum & negligentem, non* Lat.
„*satis tersum & Romanum* vocat *s. Lati-*
„*num.* Desiderarem ego vnicum exem-
„plum. Hausit hoc ex Asinio Pollione,
„magnorum ingeniorum æmulo & mor-
„daci censore. Verum, vt sæpius alibi
„quoque diximus, fuit *Lipsius* vt de litera-
„tura egregie meritus, sic non item de e-
„loquentia; cum stili mysteria non satis
„accurate viderit. Illud autem longe est
„turpius, quod dum ipsi *ταυτολογίαν*,
„quam tamen vbertatem & synonymo-
„rum vsum nec *Cicero* refugit, obiicit,
„tandem dicit: *Quamquam mallem in de-*
„*scriptores deriuare.* Quis enim credat,
„quæso, descriptores copiosas istiusmodi
„formulas addidisse? Quæ certe sunt ab-
„surdissima. Sed, vt iam dixi, *Lipsius* stili
„mysteria non adeo perviderat, neque in
„lectione auctorum de idea aliqua stili to-
„ta admodum sollicitus erat. Cui acce-
„dit illud etiam, quod quicquid videbat
„di ersum ab *Seneca* & *Tacito*, illud nihil
„existimaret, nec ipsi præter duos istos a-
„liquid saperet; quod palati est & stomachi
„nauseabundi & infirmi. - - - - - - -
„ - - - Est autem *Liuius* iuuentuti præ-
„sertim ad imitandum proponendus cum
„*Cicerone*, propter vbertatem & copiam,
„cum reliqui scriptores stilum plerumque
„cir-

Cap. X. 2. Hist. Rom. Lat.

„circumcidant. Bene meritus de eo *Gru-*
„*terus & Sigonius*; optime *Gronouius*, cu-
„ius editio recudetur. *Sæcula IV. p. 75.*

„Patauinitatem *Liuio* multi obiiciunt,
„sed nemo recte explicare potest, in quo
„consistat *Liuii* Patauinitas. *Diss. ad Lipsii Politica p. 91.*

„*Liuius* eloquentissimus scriptor, vel *Ta-*
„*cito* nostro teste; quem si omnis politicæ
„eloquentiæ promtuarium credideris, a
„vero nil alienum putabis. Hunc *Hero-*
„*doto* æquauit *Fabius*, quamquam in non-
*Inst. Or. X, 1.* „nullis forte præferri mereatur; *cum in*
„*narrando miræ iucunditatis, clarissimique*
*candoris, tum in concionibus supra quam*
„*enarrari potest eloquens: ita dicuntur o-*
„*mnia cum rebus, tum personis accommo-*
„*data: sed affectus quidem, præcipue eos,*
„*qui sunt dulciores, vt parcissime dicatur,*
„*nemo historicorum comendauit magis;* vt
„absoluamus verbis *Fabii*, quod cœpimus.
„Hic eruditi habent, quod insatiabili affe-
„ctu mirentur: hic tam præsentis gratiæ
„vis inest, vt animos interiore disciplina
„non imbutos tamen rapiat teneatque.
„Hic omnis ætas inuenit, quod amet. Ita-
„que a pueris magis hunc legi vult *Fabius*,
„quam *Sallustium*: scilicet, vt puerilis æ-
*Inst. Or. II, 5.* „tas splendorem *Liuii* affectu naturali ap-
„petat; maturitas virilis sensu erudito
„æstimet; prouectior ætas vtriusque ge-
„neris disciplinam doctissimo iudicio pen-
„sitet

„ſitet atque commentetur. Notatur qui- Cap. X.
„dem μακρολογίας, id eſt longioris, quam 2. Hiſt. Rom.
„oporteat, ſermonis, cum libro VIII. ſcri- Lat.
„bit: *Legati non impetrata pace, retro do-* *Quintil.*
„*mum, vnde venerant, abierunt.* Sed lon- *VIII. 2.*
„ge differt interdum ſenſus ſcribentis a le-
„gente: atque ſicut magiſtris dicendi ſo-
„lenne eſt, omnia ad regulas artis vsque
„ad minutias reuocare: ita ſcriptores de
„induſtria a præceptis cum ratione ad fi-
„duciam & ſecuritatem quandam ſua ſtu-
„dia referunt. Nec deeſſet forte ratio,
„quæ in oſtenſo exemplo ſatis defenſum
„daret auctorem, ſi quis id vellet agere.
„Ne dicam (quod ſupra dictum eſt) ad ve-
„nuſtatem totius orationis vix pertinere,
„ſi capillus non prorſus ad leges geometri-
„cas ſit repoſitus. Si quis porro velit ho-
„die *Patauinitatem Liuii* cum Aſinio Pol-
„lione quaſi ex abdito refodere, is nodum
„in ſcirpo quærat arbitror. Fortaſſis in-
„terim delicati oris limatique iudicii Po-
„liticus, etiamſi totum probet ametque
„*Liuium*, non omnes periodorum ſtructu-
„ras menſurasque interdum ſuo propoſi-
„to exiſtimabit conducere. *Diſſert. T. I. p. 107.*

„Quid *Liuio* copioſius? lætius? vali-
„dius? ſplendidius? quid fortius ad ſen-
„ſum, accommodatius ad vitam dici pot-
„eſt? Legant, qui diſcere cupiunt, quid
„ſit maieſtas ſtili ad imperii & reipubli-

„cæ

Cap. X. 2. Hist. Rom. Lat.

„cæ maiestatem quodammodo exacta. *Diss. T. III. p. 540.*

„Ex *Liuio* liberæ Reipublicæ genium & „fortunam, populi mores & studia, optimatum consilia & artes vbertim cognosces. *Ib. p. 748.*

„*Liuium* sæpissime imitari *Polybium*, „nemo eruditorum dubitat. In iis enim „rebus, quas *Polybius* scripsit, *Liuius* non „habuit maioris ingenii & iudicii alium, „quem imitaretur. Cumque animaduerteret, *Polybium* id agere, vt historia scribenda ipsam vna ciuilem prudentiam „tradere, negotiorumque naturam, habitum, tractationem præ aliis omnibus singulariter complecti videretur: ipse in „eodem genere disciplinæ ne minor habe„retur, diuersa quidem, sed exquisita arte „meruit. Vitauit ergo ea, quæ in *Polybio* vel „nimium reprehendendi alios studium, „vel manifestiorem sui laboris prædicatio„nem, vel ambagiosam circumductionem, „aut operosius molimen præ se ferebant, „deditque specimen politi decorique operis, in quo rerum gestarum series & ex„positio perpetuis ac opportune subnatis „rationum ciuilium momentis apte simul „& speciose tanquam venusti sine ruga & „næuo corporis spectaculum cohæret. Et „vix sane reperias in *Liuio*, quod delicatis„simo etiam lectori tædium creare queat; „nisi quod prodigiis memorandis solici„tiori

Digitized by Google

„tiori diligentia ſtudet: quam ille tamen „partem religionis facit. - - - - - - - - „ - - - - Quibus aliquis rebus adductus „facile credat, *Polybium* exquiſitis pru- „dentiæ & eloquentiæ artibus a *Liuio* ſu- „perari. Qua tamen in re non eſt diſſi- „mulandum, imitatores ſæpe ingenio eo- „rum, quos imitantur, ad accuratiora „quædam inuenienda excitari & ſubmo- „neri. *De Polybii Liuiique diuerſa ſcri- bendi ratione, & huius imitatione; quod Lectionibus Polybianis ſubiunctum legitur. p. 169.*

Cap. X. 2. Hiſt. Rom. Lat.

„Ancipitis plenum negotii certamen, „comparari antiquis velle. Niſi quod „vnus omnium forte ſui exempli partes „ſingulas optime expreſſiſſe videtur, qui „*Curtii & Liuii* damna magna vi inge- „nii & eloquentiæ ſarcire contendit. Id „loco & tempore & ratione factum, cum „aliorum ſcriptura & hiſtoria hactenus „nil commune habet. Hic eſt, ſi quis- „quam, qui & *Tacito* ſuppiendo integran- „doque par exiſtimari potuit: cuius imi- „tatores, quicunque erunt, valde veren- „dum eſt, ne multa auctori ſuo relinquant, „quæ aſſequi fas non ſit. *Muſeum p. 18.*

## §. 9.

VELLEIVS politiſſimæ eloquentiæ & eruditæ breuitatis Hiſtoricus, a *Gerardi* filio *G. I. Voſſii* iam defuncto cum notis ſa- VELLEIVS.



Digitized by Google

Cap. X. 2. Hiſt. Rom. Lat.

tis elegantibus editus eſt. Quin & Argentinæ a *Io. Henr. Bæclero.*

„*Velleius Paterculus* ſcriptor eſt elegans „terſique oris, qui non tam quidem ad leges artis hiſtoricæ reſpexit, ſed ab elo„quentia aliquid mutuatus eſt. Primum „præclare de eo meritus eſt *Beatus Rhe„nanus*, Vir ingenio & induſtria magnus, „de quo ſibi Alſatia noſtra merito gratula„ri poteſt: cuius vitula niſi plurimi araſ„ſent, nunquam eo perueniſſent, quo „deſtinauerant. Mirum autem non eſt, „ſomnum eidem tum interdum obrepſiſ„ſe, cum glaciem in bonis auctoribus „frangeret; vnde nec valde eſt taxandus. „Bene deinceps de *Velleio* meritus *Gerar„dus Voſſius*, *Gerardi Ioannis* filius, cuius „eruditæ in eum extant notæ, niſi quod in „Germanos plerumque, in primis in illu„ſtrem & venerandæ ætatis atque eruditi„onis ſenem *Caſp. Barthium* iuuenis eſt ini„quior: de quo plura in noſtra editione. *Sæcula IV. p. 77.*

„*Velleium Paterculum* cum notis edidit „*Lipſius* in fol. Antw. *Gebhardus* in 12. „*Gerh. Voſſius* in 12. *Comment. de Scr. p. 54.*

„Eloquentia venuſtiſſima & prudentia „ſingulari vir *Velleius Paterculus* & multis „aliis nominibus, tum his potiſſimum fa„uorem ſibi tum promittere auſus, quod „Germanicarum rerum peritus, quod au„licus, quod generoſis familiis conſignan„dis,

Digitized by Google

„dis, quod moribus notabilibus in vtram- Cap. X.
„que partem exprimendis diligens & eru- 2. Hist. Rom.
„ditus auctor semper est habitus. - - Lat.

„ - - Militauit *Velleius* in Germania,
„quo tempore Romana vis maxime inua-
„luerat & contra eam Germanica virtus
„ac libertas acerrime feliciſſimeque in-
„surrexerat. Quis Maroboduum, quis
„Arminium, prodigia eius æui & miracula
„fidelius curatiusque memorauit? Etiam
„cum Romanis assentari videtur, Germa-
„norum laudes dissimulare neque voluit,
„neque potuit. Imitatum huius consilii
„morem postea dixeris *Cornelium Taci-*
„*tum:* sicut exemplum antea *Cæsar* Di-
„ctator dederat. Adeo non sunt alii,
„quibus militaris & triumphalis nostra
„patria plus specioſi testimonii debeat,
„quam militaribus his triumuiris qui non
„auditu, sed visu tractatuque, vel auspicio
„vel ministerio decora gentis bellicosæ
„vsurpauerant. - - - - - - - - - - -
„ - Consuetudo aulæ *Velleium* vt cete-
„ris elegantiarum ornamentis, ita facun-
„diæ nouo quodam gratiarum genio de-
„coræ dulcedine honestati publicæ attem-
„perauit. *Dedicatio edit. Argentorat. 1663.*
*8. præmissa.*

„Non assensirim *Lipsio* de argumento
„operis. A *Troiano* excidio orsus, am-
„bitu quodam, nescio an satis excusato,
„sed quæsito, ad primordia Romanarum



Digitized by Google

Cap. X. 2. Hiſt. Rom. Lat.

„rerum ingreſſus, ab externis interendis „poſtea abſtinuit. Quod facere non po- „tuiſſet, ſi πραγματείαν καθολικὴν in „animo habuiſſet. Nam quæ de illuſtri- „bus ingeniis libro priore intexuit, per ex- „ceſſum dicta ſunt. Neque magnitudi- „nem operis tantam animo conceperit, „quantam *Lipſius*, qui de ſcripturæ modo „& breuitatis, quodam quaſi tranſcurſu „omnia dicendi ſerio cogitauerit. ***Annotata in Velleium p. 10. edit. allegatæ.***

„Singularis eſt plane, quod iam alibi „monuimus, *Velleii Paterculi* in deſcriben- „dis & veluti nota publica ſignandis ho- „minum naturis diligentia. Hinc videre „eſt deſcriptiones perſonarum & elogia „ingeniorum, quæ ſubinde decenter, vti- „literque hiſtoriæ ſuæ inſeruit, philoſo- „phiæ politicæ plurimum, nec minus fa- „cundiæ continere, denique prorſus eo „dirigi, vt per quosdam quaſi characteres „politicos, ab auctoribus rerum atque a- „gentibus ad recondita & præcipua omnis „actus in republ. principia proficiamus. ***Characteres Velleiani initio.***

„*Velleius* quoque æui Tiberiani ſcri- „ptor ex iis eſt, qui ſtilo politico ſingu- „laris cuiusdam gratiæ & iucunditatis ge- „nium ſtuduerunt conciliare. Sed plus „habet ex quæſito: cum *Curtius* absque „ſuſpicione & ſpecie talis propoſiti exqui- „ſitus ſit. Eſt tamen *Velleius* in eo feliciſſi- „me diligens, quod ſtudium ſuum absque

„omni

Digitized by Google

„omni fastidio & ineptiis lectoris iudicio Cap. X.
„& fauori summa cum voluptate appro- 2. Hist. Rom.
„bat. Verum de hoc satis dictum est in Lat.
„Oratione, quam de Historia *Velleii* publi-
cauimus. *Diss. T. 1. p. 109.*

„*Velleius* quoque *Paterculus* in hac class-
„se ponendus est, qui vbique eleganter &
„supra vulgi consuetudinem loquitur.
„Tersa eius oratio est & decore polita,
„de qua prolixe diximus in oratione de
„Historia Velleiana. Diss. T. III. 539. (*Est illa oratio longior quam vt hic repeti possit: legi tamen meretur in Orationibus Bæclerianis p. 269.*)

§. 10.

TACITUS prudentia & iudicio su- TACITVS.
pra omnes excellens, difficilis tamen & qui a paucis recte intelligitur, adeo, vt stultissimi dicendi sint, qui ex versione *Tacitum* se posse intelligere præsumunt. Inter versiones Hispana optima. *Tacitus illustratus* a peregrinantibus magni æstimatur: sed reuera Notæ nullius momenti, nec meliores sunt, quam ineptissimæ nouæ cogitationes in auctorem hunc *Ludouici Aurelianensis* & *Hannibalis Scoti* Placentini commentaria s. Notæ aulicæ & politicæ, quas appositè plumbeas *Lipsius* vocauit: cuius Notæ alias in in hunc scriptorem optimæ sunt. Sed cum de coniecturis suis nimis sibi gratularetur, inuentus, est *Freherus*, sub *Lampugnani* persona latens, qui eas ex ficto Codice Mi-



Digitized by Google

Cap. X. 2. Hist. Rom. Lat.

randulano refellit: quamuis postea Lipsius eidem *Dispunctiones Codicis Mirandulani* opposuerit. Editio Parisiensis in fol. optima, cum notis variorum; vt & Berneggeriana Argentorati in 8.

„*Taciti* ætas vltra hoc sæculum (primum) excurrit. Alibi nos plura de *Tacito* „diximus, hic non repetenda. Adeo autem iudicia iniqua sustinuit hic Historicus, ut *Muretus* etiam, magnus eius „amator, æstimator, & interpres, cum „Romæ interpretandum suscepisset, maximo doctissimorum virorum confluxu, „in eo agnouerit aliquam horriditatem, „salebrosa quædam & tesquas: quod falsum esse iam notum est; si excipias loca corrupta; in ceteris enim egregia „conspicitur *συμμετρία*. Omnium autem „minime audiendus est *Casp. Scioppius* „omnium magnorum ingeniorum obtrectator; de quo illud verum fuit in re literaria, quod de Ismaele dicitur, quod „omnium manus contra ipsum, ipsiusque „manus contra omnes fuerit. Hic *Tacito* omnem laudem adimere conatus est, „quem tamen ipse ne capiebat quidem. „Nihil autem est ineruditius, quam *Tacitum* propterea cauillari, quod in eo vocabula quædam reperiantur, quæ apud „*Ciceronem* & alios non leguntur. Quantum enim ille habuit ex omnibus auctoribus, quorum studiosissimus est imitator,

Digitized by Google

„tor, quos nos hodie desideramus! Illud „autem plane nihil est, quod censent, *Ta-* „*citum* a iuuentute non legendum, eo „quod nil nisi de flagitiis & sceleribus scri- „bat. Quæ accusatio aliquem locum ha- „bere posset, si flagitia dominationis com- „mendaret, sicut hodie *Machiauellus* & „Machiauellistæ seu Pseudo-Politici vitia „tanquam virtutes commendant, quæ „contra *Tacitus* nominibus suis appellat „ac infamat, officiumque boni historici fa- „cit. Qui ergo ita disputant, suum po- „tius sæculum accusant. Quantopere „optandum esset, vt hodierni Politici ad „exemplum *Taciti* & *Aristotelis* scapham „appellarent scapham. Primam editio- „nem debemus *Beato Rhenano*; alteram palmam meretur *Lipsius*, qui ingenium „huius scriptoris plane peruidit, quam- „uis fere in correctionibus audacior in- „terdum sit, pro more Criticorum, qui „sæpe depositio pignore iurare audent, „auctorem ita scripsisse, vt ab ipsis fuit cor- „rectum. Qua de caussa etiam *Hippoly-* „*tus a Collibus*, Consiliarius Palatinus, „*Lipsio* alias amicissimus, eum exagitauit „edito libello & confecto nomine *Pom-* „*peii Lampugnani*, in quo finxit, in Codi- „ce Mirandulano omnia aliter legi, quam „*Lipsius* correxisset. Cum igitur *Lipsius* „nesciret, quomodo res illa se haberet, pro „certo autem haberet, in Italia nullum

Cap. X. 2. Hist. Rom. Lat.



Digitized by Google

Cap. X. 2. Hist Rom. Lat.

„alium Codicem MS. esse, quam Floren„tinum, quo ipse vsus est, edidit librum, „cui titulus: *Dispunctio Codicis Miran„dulani.* Sed *Hippolytus* fabulam dein„de ipsemet detexit, quæ omnia ingenti „illi editioni Parisiensi inserta sunt. Ab„surdissimus, ineptissimus & indoctissi„mus est Commentator *Taciti Ludou. „Aurelianensis*, cuius *Cogitationes* (ita „enim librum inscripsit) *&* *Monumenta* „ne plumbea quidem sunt, & putidissimis „ineptiis pleniſſima. Mirum autem, im„peritos nostros Galliæ peregrinatores „hæc nihilominus admirari interdum. „Ex Italis egregie commentario suo in „*Tacitum* insaniuit *Hannibal Scotus*; cu„ius opus iudicio *Lipsii* in epistolis post„humis, recte vocatur plumbeum, in quo „homo indoctisimus difficilia & *πολιτι„κώτατα* transilit; ea autem, quæ in su„perficie posita sunt, etiam omnibus ob„uia, fuse annotat. *Sæcula IV. p. 85.*

„*Lipsii* emendatio An. XII, 53. cum con„fidentius facta videretur *Hippolyto a „Collibus*, sub assumto schemate *Pompeii „Lampugnani* inter alia impugnauit, le„ctionemque haud dubie audaciorem „substituit. Respondit *Lipsius* (dispunct. „Cod. Mirandul.) & potissimum auctori„tatem *Cuiacii*, qui *Lipsii* emendationem „(Obseru. L. 21. c. 16.) probauerat, in exi„mia dissertatione de SCto Claudiano ob-

„ten-

Digitized by Google

„tendit. *Lud. Aureliani* (infelicis plerum- Cap. X.
„que Critici) iſta eſt correctio &c. *Com-* 2. Hiſt Rom.
*ment. in Grotium. p. 533.* Lat.

„*Gruteri in Tacitum notæ* hoc habent,
„vt copiam quaſi dogmatum politicorum
„exhibeant. *Diſſ. ad Lipſii Politica. p. 129.*

„*Cornelii Taciti* prudentia ſicut con-
„ſenſu hominum temporumque deprædi-
„cata eſt: ita facundiam non potuerunt
„capere aut iudicare, qui in penetralia
„huius ſtudii vere ſubtilis & reconditi non
„rite ſunt ac ordine admiſſi. Quo nomi-
„ne merito reprehenduntur inſignes qui-
„dam viri in vtiliſſimo *Voſſii* illius de *La-*
„*tinis Hiſtoricis* opere. Sed mirari ſatis
„non poſſis, reperiri hodieque, qui *Ta-*
„*citum* corrumpendæ Latinæ dictioni na-
„tum aſſeuerare non vereantur. Neſcio
„an hic dicam, quod ſæpius mihi videor
„animaduertere; viros etiam eruditos &
„harum literarum ſcientiam profeſſos non
„pari ſtudio in ſcriptoribus tractandis ver-
„ſari; ſed nonnullis quidem mentem ac
„operam ſerio impendere, in aliis haud pa-
„ri diligentia neque iudicio tam liquido,
„ſæpe ne abſque faſtidio quidem, vt præ-
„concepta alibi mouet adfectio, verſari.
„Hinc eſt, quod contemni nonnunquam
„videmus, quæcunque non quidem a re-
„cto, ſed a formula exempli, quod ſibi
„quisque amandum delegit, abeunt. E-
„quidem ſi Latinum non eſt, quicquid a



Digitized by Google

Cap. X. 2. Giſt. Rom. Lat.

„genere dicendi Ciceroniano eſt diuer-
„ſum, ſingant ſibi quidquid volunt, &
„quærant fæculum aut orbem, in quo vna
„tantum orationis forma obtineat placeat-
„que. Certe ex *Cicerone* hoc nemo didi-
„cerit, qui ſcripta eius legit. Poſſet ali-
„quis, ſi inſtitutum pateretur, ex ſolo *Ci-*
„*cerone* ad omnia, quæ Taciti ſtilus habet,
„inſignia exempla annotare: adeo non
„odit *Cicero* Atticam illam ſubtilitatem,
„aut natas ex abdito ſententias & nouata
„decore vetera vocabula & verba ſenſu
„tincta, quæque ſunt id genus alia. - - -
„- - Non iniuria quoque forte dubitaue-
„ris, an immunes illi cenſores vnquam ſa-
„tis obſeruauerint quam diligens imitator
„fuerit *Tacitus* optimorum & ſcriptorum
„& operum. Vix enim dici poteſt, quan-
„tum ex optimi æui eloquentia reconditæ
„eruditionis & terſiſſimæ Latinitatis ex-
„preſſerit hic ſcriptor. Certe de nouitate &
„inſolentia ſtili hactenus non videtur ei
„lis mota eſſe, vt arbitrer facilius æuo, quo
„vixit, ei obiici potuiſſe, quod *Plinio* ob-
„iectum eſt, non eſſe eum contentum elo-
„quentia ſæculi ſui, ſed ad antiquorum
„exempla ſtudioſius recurrere. At enim
„non ſeruauit totam illam formam ætatis
„aureæ. Poſſis reſpondere, ne illo qui-
„dem æuo vnicam fuiſſe notam dictio-
„uis; neque omnibus diffuſum aut ex-
„pla-

Digitized by Google

„planatum, sed iam tum non paucis ad- Cap. X.
„strictum pressumque orationis genus 2. Hist. Rom.
„probatum esse. Sed quoniam insecutis Lat.
„temporibus, sub imperio singulari Cæsa-
„rum magis magisque placere cœpit At-
„tica illa breuitas & pressa grauitas,
„pars eruditionis & prudentiæ fuit,
„genium sæculi quodammodo pro-
„pitiare: quod *Tacitus* ita præstitit, vt &
„*Senecæ* conatum, & *Pliniorum* dexterita-
„tem veluti naturali quodam bono vice-
„rit. Habet sane aliquid proprium & su-
„um, sed quod naturam potius & habitum
„animi & altioris prudentiæ genium,
„quam curam & artem referre videatur:
„adeo congruunt omnia æqualiter & re-
„spondent inuicem apte, & pulcre decent.
„Quæ sola res supra inuidiam censuræ a-
„trocis *Tacitum* collocare debuit. De
„cetero, fruatur suo sensu auspicioque,
„quantum lubet, qui in carmine tantum
„habere locum, neque ad *Taciti* stilum
„notandum adhiberi posse contendat,
„quod *Horatius* iudicauit: *Dixeris egregie*
„&c. Quantum etiam & quam decore
„Græcis acceptum dictio eius referat, non
„nisi eruditæ æstimationis est. Præcipu-
„um, quod caliginem & insolentiam af-
„fundit plerisque, sunt figuræ subticentiæ,
„detractionis & ἐμφάσεως, vt nunc Rhe-
„torum vocabulis vtamur. Hæ in *Taci-*
„*to* crebriores & ad peculiarem quendam

grauí-

Digitized by Google

Cap. X. 2. Hiſt. Rom. Lat.

„grauitatis modum accommodatæ; quæ „minus exercitatis obſcuritas videtur. De „hoc conqueruntur, & abrupta omnia & „inacceſſa clamant; cum plerúmque vni„us voculæ adiectione & ſupplemento o„mnia plana & expedita dari poſſint: id „quod in elegantiſſima ſua Paraphraſi „ſubinde demonſtrauit ampliſſimus no„ſter *Freinshemius*. Sed relinquatur, o„pinor, *Tacito*, quod alios non æque de„cuerit, neque diſcedat a lege ſui operis „ſtudioſus eloquentiæ ciuilis, quantum ad „perſpicuam & plenam facilitatem atti„net; dummodo non ignoret, quicquid „habet *Tacitus* vel electum verbis, vel „graue ſententiis, poſſe ſine vllo negotio „ad rationem dicendi apertiſſimam pla„niſſimamque transferri ab eo, qui probe „intellexerit tantum ſcriptorem (intelli„gunt autem oppido pauci) & in aliqua di„ctionis forma ſemel ſibi conſtiterit. Cui „hæc præſidia abfuerint, is potius alios vi„detur debere auctores ſequi. *Diſſ. T. I. p. 110. ſqq.*

„Quandoquidem ab initio ne doctiſſi„mis quidem Viris *Tacitus* is viſus eſt, qui „videri debuit, & poſtea malignis *Scioppii* „cenſuris e numero Latine ſcribentium „quodammodo exterminari cœpit: inui„ctis oſtendere nitebar argumentis, quam „eſſet vbique Latinus, quam Latinorum „optimorum imitator; quam nihil hor„ridum

Digitized by Google

„dum, ſed omnia perpolita & a ſalebris Cap. X.
„longiſſime remota haberet : niſi qua 2. Hiſt. Rom.
„corruptæ ſcripturæ aut mutilæ manife- Lat.
„ſta præfert indicia. Quicquid arduum
„& inacceſſum videretur, aliis deberi caus-
„ſis demonſtrabam. Prudentiæ autem
„in profundo receſſu latentis opes, quibus
„inſtrumentis, artibus, laboribus, erue-
„rentur, non perfunctoriis puto ſpecimi-
„nibus, nec infrequentibus ad aures ani-
„mosque eorum, qui mihi operam da-
„dabant, inſinuatum eſt. *Epiſt. Dedic. Commentationi in Taciti primordia Annalium & Hiſtorias præmiſſa.*

„Tota *Taciti* dictio, totus dictionis
„contextus; omnesque adeo verſus copi-
„am diſciplinæ ciuilis perpetuam ſpirant. *Præfatio Commentationis in priora Annalium Taciti.*

„Deſcripſit *Tacitus* ſeditiones militum *L. 1. Annal. c.*
„tanta diligentia & facundia, vt ſemel & *16.--50.*
„eximie huius argumenti Philoſophiam
„complecti voluiſſe videatur. Certe
„apud veteres non habemus accuratio-
„rem ſeditionis militaris expoſitionem:
„vt merito in exemplum talis cognitio-
„nis ſtudioſis Prudentiæ commendari
„debeat. *Comment. in priora Annal. p. 465.*

„In libris *Hiſtoriarum* ſcripturæ mo-
„dus vberior, florentior & in omnem
„pragmaticæ hiſtoriæ amplitudinem por-
„rectior: in *Annalibus* omnia reciſa &
„ſubti-

Digitized by Google

Cap. X. 2 Hiſt. Rom. Lat.

„ſubtiliter preſſa, contextu quoque mul„tum diuerſo & temporibus potius, quam „rerum vinculis ordinato, præſcribun„tur. *Annotata in libros Hiſtoriarum init. p. m. 495. & alibi paſſim.*

„Vel fæculi cauſſa addendus eſt *Taci„tus*, qui ambages aularum, arcana do„minationis, commenta & flagitia Ty„rannidis, quibus nil frequentius, multa „diligentia reducit & ex latebris ſuis in „lucem, non ſine graui tamen iudicio, „proſtituit. *Diſſ. T. III. p. 348.*

„Dedi operam in Commentario ad „primordia *Taciti*, vt exemplum inde „capere poſſint, qui de intelligendo tan„to auctore ſunt ſolliciti. Quamquam „ſane, ſi tempus tuliſſet, longe penitio„ri diſciplina fueram tibi oſtenſurus, „quanta tum ſtili, tum prudentiæ *Taciti* „eſſet profunditas. Nam qui dicta quæ„dam & loca excerpunt, de quibus dis„ſerunt illi auditoribus ſuis, non expli„cant *Tacitum*, ſed generatim ſub hoc „prætextu materias & locos communes „pertractant. *Ibidem.*

„*Tacitum* reprehendit quidem *Caſp.* „*Scioppius*, quod malas artes doceat, ſed „immerito. Nam non docet illa *Taci„tus*, ſed fugienda proponit. *Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 90. ſeq.*

„Nonne *Tacitus* ſcriptor eſt, inqui„unt nonnulli, qui potiſſimam ſuæ hiſto„riæ

„riæ partem tyrannicis artibus actibus- Cap. X.
„que commemorandis implet, quibus 2. Hist. Rom.
„scilicet facilius mali Principes in horri- Las.
„bili illo *κακοπραγμοσύνης* mysterio,
„quam boni in *εὐπραγίας* publicæ nego-
„tio informari queant? - - - - Sane,
„qui *Tacitum* legerunt, sciunt apprime,
„hæc talia ipsum non scripsisse vt doce-
„ret, vt approbaret; sed potius vt e la-
„tebris suis eruta infamia publica nota-
„ret, quicquid est arcanorum flagitioso-
„rum & inaniuin; item arcanorum do-
„mus & dominationis: quibus ille vel so-
„lis nominibus satis cauisset, ne quis pro
„imperandi artibus arriperet; etiamsi
„non essent additæ (sunt autem magno
„studio passim &cum emphasi additæ)
„grauiores censuræ. Sicut itaque Elen-
„chi Sophistici ab *Aristotele* sunt traditi,
„non vt iis vteremur, sed vt constaret
„nobis de deceptione & simulacris *τῆς*
„*φαινομένης σοφίας, ἀλλ' οὐκ ἔσης*, quæ
„summo studio vitanda est; ita vt rectio-
„rem gerendæ reipubl. viam Principes
„insisterent, deteriorem non ostendit
„modo, sed vituperauit *Tacitus*, ratus
„nullo validius argumento ad fugienda
„talia homines impelli posse, quam si
„metu infamiæ apud posteros deterre-
„antur; id est, si videant, historica liber-
„tate omnia denique clam patrata in pu-
„blica luce collocari ac detestationi po-
„steritatis

Digitized by Google

„tio Prouidentiæ, ſiniſtrum de Chriſtia- Cap. X.
„nis iudicium, de Iudæorum rebus fabu- 2. Hiſt. Rom.
„las) nemo opinor tam abſurdus erit, Lat.
„quin ſponte intelligat, *Tacitum*, quoti-
„escunque commendatur, cum exceptio-
„ne paganiſmi (intelligo autem & quos
„impreſſit paganiſmus ſcriptis proprios
„quaſi characteres) commendari. Quam-
„quam in tertio, ſiue de rebus Iudæorum
„nil mirum eſt, *Tacitum* aberraſſe; ſicut o-
„ſtendit III. de republ. Hebr. 4. doctiſſi-
„mus *Cunæus. Diſſ. T. III. p.* 384. *ſq.*

„*Tacitus* ſeueriſſimæ & profundiſſimæ
„orationis auctor ſine exemplo haberi de-
„bet. Sed cum duplex ſit grauitas, hor-
„renda ſeu inſolens, & accurate compo-
„ſita ſiue congruens, valde errant, qui il-
„lam potius, quam hanc, *Tacito* tribu-
„unt. *Ibid. p.* 541.

„Caligat circa aduerſa & clades Roma-
„norum perſpicaciſſimus alias ſcriptor
„*Tacitus*, non citra prouidentiæ iniuriam,
„quam tum quoque vix agnoſcit, cum a-
„gnoſcit. *Diſſ. T. I. p.* 1131.

„Laudandus eſt hoc loco euidentiæ
„nomine, quo minime vulgo cenſeri ſo-
„let, *Cornelius Tacitus*. Ille, cum in an-
„nalibus ſuis non bella & externos caſus,
„ſed domeſtica veluti ac interna tractet, ea
„dexteritate vtitur, vt Senatui e. g. non in-
„tereſſe modo videatur, quĩ legit, ſed ob-
„ſeruare poſſit plura, quam ſi intereſſet:



Digitized by Google

Cap. X. 2 Hiſt Rom. Lat.

„quid verbis velatum, fictum, ornatum, „implicatum, ſuſpenſum; conſilio recon- „ditum; geſtu adiutum; vultu ſimula- „tum; interpretatione deflexum; ſimu- „lacris mitigatum; vi arcana intenſum: „quis ex omni curiæ parte affectus, quæ „diuerſitas mentium, quæ voluntatum in- „uitamenta, qui fines ſtudiorum: quo de- „creta tendant, quam facta reſpiciant me- „tam: quis nexus cohærentium, quæ ſpes „aut minæ conſequentium: quæ fraus aut „veritas exemplorum, quæ calliditas re- „pertorum. Hæc & talia ea arte ſunt a „*Tacito* prodita, cui neminis ſcriptionem „comparare poſſe facile dixerim. Sin- „gula verba aliquid momenti pragmatici „inferunt: ipſa connexio non rerum mo- „do, ſed dictionis, habet aliquid quo in- „ſtruat lectorem negotiorum naturis in- „tentum. *Dio* cum ambitu id agit & in „potioribus: ſed ad reconditiora neque „is, neque ad hunc modum alius quis- „quam ſtilum porrigit. *Plutarchus* ſenten- „tiis & philoſophando in Vitis ſuis inſtitu- „tionem lectoris profitetur: *Salluſtius* & „*Marcellinus* digreſſionibus & dictis ſen- „tentioſis: *Liuius* & *Polybius* grandi illo „prudentiæ apparatu, quem interpoſi- „tis paſſim iudiciis, obſeruationibus, „monitis, expreſſionibus inſtruxerunt. „At vero, qui ad exemplum *Taciti* to- „to dicendi charactere, tota compoſi- „tionis arte, tanta ſenſuum copia, in-

tenſio-

Digitized by Google

„tenſione, geminatione, inſinuatione, re- Cap. X.
„rum geſtarum notitiam adiuuerit, nomi- 2. Hiſt. Rom.
„nari ex antiquitate nemo poteſt. Hinc
„eſt, quod dixi, euidentiæ laude illum præ-
„ſtare, neque aliunde rectius peti in-
„telligentiam rerum, vt ſunt, non
„vt videntur, aut dicuntur, aut ad-
„ornantur. Sed opus eſt viro, & inge-
„nio, & eruditione, vt in ceteris par-
„tibus, ita vel in ſola dictione, quam ra-
„riſſimi doctorum, minime autem omni-
„um ſcioli & vani, quorum mores auer-
„ſatur natura huius ſcriptionis, ſatis capi-
„unt. *Ibid. p.* 1126. *ſq. Add. p.* 1136. 1137.

„Cum hiſtoriam, potiſſimum noſcendæ
„reipublicæ inſtrumentum, commendat
„*Tacitus*, & ſuam exempli ergo nomi-
„nat, palam eſt, nobilia illa decoris tantum
„ingeniis pari prudentiæ & ſermonis fa-
„cultate condita monumenta deſignari.
„- - - - - Omni laudatione ſuperior eſt
„*Taciti* in hoc genere calamus, qui nihil
„omiſit in Annalibus, quod ad ingenium
„Principatus & Principum, ad conſilia &
„artes dominationis, ad habitum denique
„rei Romanæ, qualis per ea tempora erat,
„pertineret. Atque in hoc inſtituto non
„voluptati, ſed profectui lectoris inſerui-
„endum ſibi duxit, diſerte teſtatus, profu-
„tura ſane illa primo aſpectu leuia quæ
„ſcriberet, quamuis minimum oblectatio-
„nis afferant. *Diſſ. T. I. p.* 54. *ſq. Add.*
*p.* 78.



Digitized by Google

Cap. X. 2. Hiſt. Rom. Lat.

„Exemplum grande nobis præbet hi-
„ſtoricorum ſolertiſſimus *Cornelius Taci-*
„*tus*. Huius ingenio & eloquentiæ cum
„dignam fortuna materiam denegaſſet,
„obtuliſſet autem tempora, quibus nun-
„quam fœdiora res Romana habuit; ſcri-
„pſit non Principum vitas, ſed facinora la-
„tronum, ſed immanitates belluarum, non
„ſenatus ſententias & conſulta, ſed probro-
„ſas adulationes, ſceleſtas delationes, mi-
„ſeras neces: populi autem non obſequia,
„ſed miſerias ſine exemplo acerbiſſimas.
„Denique quicquid tyrannidis ingenium
„in orbe vnquam tulit impium, crudele,
„dedecoroſum, triſte; hoc in compendi-
„um eorum temporum, quæ *Tacitus* me-
„morauit, Romam confluxit. De quo
„tum ſæpe conqueritur; tum, cui bono
„res tam malas narrauerit, diſerte fatetur:
„nimirum, vt execrari hæc poſteri, & pro-
„pter eam poſterorum execrationem futu
„ri Principes cauere diſcerent: *vtque prauis*
„*dictis factisque* (ſic loquitur III. An. 65, 1.)
„*ex poſteritate & infamia metus eſſet.* At-
„qui ille propter eiusmodi arcana, flagitio-
„ſa, inania dominationis denique (quibus
„vel ſolis nominibus tam cauit, ne quis
„pro imperandi artibus arriperet) mirifice
„placet hodiernis politicis, qui felices ſe
„ſuosque Principes autumant, ſi ea ſequan-
„tur, ob quorum ſolam narrationem in-
„felix *Tacitus* ſibi aliisque viſus eſt. *Ta-*
„*citum*

Digitized by Google

„*citum igitur* (ſunt hæc magni *Caſauboni* Cap. X.
„in aurea ad *Polybium* præfat. verba) *fa-* 2. Hiſt. Rom.
„*cile nos quidem excuſamus: illos excuſari* Lat.
„*non poſſe iudicamus* &c. Hactenus *Caſau-*
„*bonus*: cuius auctoritate ex abuſu infeli-
„ciſſimo vindicandum cenſuimus ſcripto-
„rem maximi ingenii, nec minoris pru-
„dentiæ, parique eloquentia præditum:
„quem alio fine, rationeque multum di-
„uerſa tam ſerio admiramur, vt in genti-
„litate tota neminem audeamus illi vs-
„quequaque anteferre. *Diſſ. T. I. p. 737.*
(*Conf. tota Oratio de C. Corn. Taciti Hiſto-*
*ria, ac multa ſcribendi arte iudicioque, an.*
1636. *priuatæ Annalium interpretationi*
*præmiſſa, inter Orationes p.* 258. *ſqq. item-*
*que altera poſt abſolutum in Annalium Ta-*
*citi interpretatione Principatum Tiberii;*
*ibidem p.* 301. *ſqq.*)

„Illos nulla tueri videtur ratio, qui le-
„nioribus apti aut ſueti, ſublimiora cum
„obſcuritate quadam, &, ſi diis placet, *Ta-*
„*citi* ſingularem illam maieſtatem, vltro
„affectare inſtituunt. Quod ne *Lipſio* qui-
„dem ſucceſſurum fuiſſe, ſi vel maturus
„æui inceptaſſet *Taciti* ſupplementum,
„quod in adoleſcentia ſe perfeciſſe glorio-
„ſius iactitat, viri ſummi crediderunt. *Mu-*
*ſeum p. 17. ſq.*

„*Berneggerus* ad totam literariam anti-
„quitatem repurgandam animo conuer-
„ſus, eiusmodi inſtitutum tenuit, quo



Digitized by Google

Cap. X. 2. Hiſt. Rom. Lat.

„(præfiſcine dicam) neque ad emendan-
„da hæc ſtudia quicquam limatius, ne-
„que ad amplificanda copioſius, neque ad
„tractanda inſtructius a quoquam hacte-
„nus excogitatum eſt. Prodierunt antea
„præclari auctores, magna cum editorum
„celebritate illi quidem (quam intactam
„ad poſteros perennare iubemus) prout
„cuiusque ingenium, occaſio, ſuppellex
„tulit. Aliquis ſcriptorem MSC. ope aut
„per ſolertiam emaculauit & correxit: a-
„lius varias lectiones collectas diligenter,
„examinauit & contendit: nonnemo ri-
„tuum & priſci moris aliqua expoſuit:
„quidam vſum & vitam ſpectantes, ciuilis
„viri inſtitutionem quibusdam notis pro-
„feſſi ſunt aut diſſertationibus. Vt minus
„diſperſa hæc noſcerentur, quærebatur
„conſilium; cuius ſpecimen meditari Lu-
„tetia Pariſiorum cœpit: inde enim pro-
„cuſa ſunt ingentia *Taciti*, *Suetonii*, *Sene-*
„*cæ*, volumina. Quas erat reperire do-
„ctorum in ſcriptorem eum curas, in v-
„num corpus conduxerunt. Eius gene-
„ris etiam alibi exempla vſurpata: extant-
„que ad hanc formam Gruterianæ non-
„nullæ editiones. Verum hoc pacto non-
„dum erat vel tempori, vel eruditioni
„conſultum. Quid quisque, & an, quod
„deſiderares, annotaſſet, ſatis arduus in-
„quirendi labor natus, ſine tædio hacte-
„nus, niſi toties fruſtra, tolerandus. Multi
„diffi-

„difficiles loci & ſuſpecti ne verbulo qui- Cap. X.
„dem memorati, digna illuſtratu plurima 2. Hiſt. Rom.
„plane præterita, alia bis terue a diuerſis Lat.
„poſita. Plerique enim non ad editio-
„nem auctoris iſta, ſed in ſuis aduerſariis
„forte conſignauerant. Iam quantum ſu-
„pererat eorum, quæ aliis magnis viris
„huic auctori quidem profutura, ſed in a-
„liis operibus & miſcellaneis ſæpe com-
„mentariis prodita inueniebantur. *Berneg-*
„*gerus* ergo iniuit rationem, qua ſemel
„perfectioni ſtudiorum & tempori, tum
„& inſtituto cuiusque prolixo, vt ita di-
„cam, compendio ſubueniretur. Quic-
„quid vbique terrarum inde poſt renatas
„literas, ad vnumquemque ſcriptorem fe-
„licia publico elaborauere ingenia, quic-
„quid emendationi, illuſtrationi, dictioni,
„argumento, ex omni penu doctrinarum
„ſeruit, coacta ſub vnum conſpectum, di-
„ſpoſita in promtos vſus, locupletata in-
„genio editoris omnia exhibentur. Ita
„moles libro demitur, copia augetur, or-
„do additur: cuius inſtituti pars ſunt ſane
„non ignobilis Indices, non tumultuario
„aut ſemipleno congeſtu, non frigida &
„triuiali philologia, ſed plane nouo exem-
„plo in maiores, quam facile dixero, op-
„portunitates ac ſubſidia adornati, quæ ex-
„perimentis potius, quam elogiis innote-
„ſcere poſſunt. Huius operis formam a-
„nimo complexus Noſter, ingenti appara-



Digitized by Google

Cap. X. 2. Hiſt. Rom. Lat.

„tu, tempore, inſtrumentoque grauiſſi-
„mo indigere ſe intellexit. Comparatæ
„igitur iam olim bibliothecæ nobiliſſimæ,
„in quam patrimonium ſatis lautum im-
„penderat, acceſſere tum quotidiana ex
„librorum emtione augmenta, tum effe-
„cti in omne genus ſcriptorum indices,
„ſyluæ, notæ, commentarii: quibus ipſe
„partim manus admouit, partim ſtudio-
„ſorum ære ſatis largo conductorum ope-
„ra perpetua, quæ minus ingenio vide-
„bantur opus habere, expediuit. Fidem
„pæne excedit, quantos homo priuatus in
„hunc vſum ſumtus tolerauerit. Effe-
„ctum ergo vt ſinguli propemodum libri,
„neque minus recentiores, quam priſci,
„ſuis quibusdam præſidiis ſint ornati, &
„vniuerſi communi quodam mutui vſus
„vinculo ſibi inter ſe reſpondeant: quali
„paratu fortaſſe ſola cenſeri Argentina
„poteſt. Enimuero quid expectare in
„poſterum ex hoc elegantioris literaturæ
„domicilio orbis debeat, *Iuſtinus & Ta-*
„*citus*, quorum editione præluſit tantum
„deſtinatis *Berneggerus*, facilem conie-
„cturam præbent. Sed & *Suetonio*, *Vel-*
„*leio*, *Liuio*, *Arriano*, *Ciceroni*, *Senecæ*, ac
„in primis *Salluſtio*, *Thucydidi*, *Pachyme-*
„*rio*, propinquus nouæ lucis ſplendor o-
„riebatur: niſi intercepto morte *Berneg-*
„*gero*, omnem hanc induſtriam & vota
„ſæculi in Freinshemianos humeros ſu-

premum

„premum numen aptauiſſet: quibus quam Cap. X.
„bene ſedeat hoc onus, Floriano pridem, 2. Hiſt. Rom.
„& nuperrime Curtiano opere cognitum Lat.
„abunde ac oſtenſum eſt. Illud non omi-
„ſerim affirmare, dignum eſſe inſtitutum
„tam ſtrenuum, quod publica omnium eo-
„rum munificentia foueretur, qui pereun-
„tium in Germania ſtudiorum dignitatem
„refloreſcere optant. *Orationes p. 171. ſqq.*

„Quo factum eſt, vt præter morem &
„fas ſæculi & ſentire de præcipuis rebus,
„quæ vellet, & quæ ſentiebat, expromere
„poſſet *Forſtnerus.* Nouum & decorum
„ingenuæ libertatis genus: quod & illi ar-
„guere verentur, qui quædam indicta
„mallent. De iis, quæ ad *Tacitum* retu-
„lit, loquor. Obſeruaſtine, Modeſte, quam
„feliciter in iis etiam, quæ adoleſcentior
„ſcripſit, noua cum antiquis contulerit,
„quantum ille ab obſcura vetuſtate petitæ
„lucis in abſtruſam nouitatem intulerit?
„Ceteros, quid *Tacitus* ſuo fuiſſet ſæculo;
„hunc, quid omnibus eſſet ſæculis, ſtatim
„peruidiſſe credideris. Nam quæ ab vn-
„decimo Annalium libro perſecutus eſt,
„prouectioris iam multoque rerum vſu
„eruditæ ætatis exquiſita ſpecimina ſunt.
„De quibus nemo, niſi peritia interiore
„rerum hominumque Europæ imbutus,
„idoneum tulerit iudicium. Ingenio-
„rum ad lucem & res gerendas natorum
„hæc palæſtra eſt: in quam parum felici-



Digitized by Google

Cap. X. 2. Hiſt. Rom. Lat.

„ter deſcendit vir eruditus ille quidem „multis literis & *Forſtnero* amicus, ſed bi„bliothecarum vmbraculis aptior, quan„do *Forſtnerum* & *Gruterum* plus ad *Ta„citum* eruditionis, quam decet, attuliſſe „in cenſura librorum ciuilium arbitratus „eſt. Quid omnino *Gruteri* diffuſæ & ad „locos communes implendos factæ diſſer„tationes cum politulis *Forſtneri* & lima„tulis animaduerſionibus commune ha„bent? Alteræ, quid in eruditionis apparatu „copioſum; alteræ, quid in vſu eruditio„nis electum ſit ac ciuile, oſtendunt. Id „debebat vir candidus, ſi ſatis indolem vel „*Taciti*, vel *Forſtneri* cepiſſet, dicere, v„num eſſe *Forſtnerum* qui ſuper ſapientiam „experientiamque etiam id genus erudi„tionis ad grauiſſimum ſcriptorem attule„rit, quod & decere, & valere ſolum hic „debeat poſſitque. Id quod amplius ap„parebit iis, qui magni æſtimatas & ine„ditas *Boccalini* in *Tacitum* curas conten„dere inſtituerint cum Forſtnerianis. Illæ „ſane proficiſci videbuntur ab homine a„cuto & immenſum curioſo, ſed per er„rorem aut abuſum iudicii nonnunquam „ad declinanda elabente: harum auctor „recto tramite, gradu indeflexo, per ve„ſtigia magni cordatique conſilii ad rei„publicæ intima quæque graſſatur. *Muſeum p. 78. ſqq.*

„Agri-

„*Agricola Taciti* poteſt eſſe exemplum „ſtudii Politici feliciter & ſapienter tracta- „ti. *Diſſ. ad Lipſ. Polit. p.* 97. Cap. X. 2. Hiſt. Rom. Lat.

§. II.

FLORI Epitome elegantiſſima eſt, & Panegyricus verius, quam hiſtoria: neque etiam poſt *Plinium Floro* in hoc ſcribendi genere quisquam præferendus. Editio *Freinshemii* optima. FLORVS.

„Ad *Taciti* æuum etiam *Florus* perti- „net; is qui quatuor *Rerum Romanarum* „libros ſcripſit. Hic inter eos reponen- „dus eſt, qui, iudice *Auguſtino*, non tam *de C.D. 13.19* „narrare bella Romana, quam Romanum „imperium laudare inſtituerunt. Cui „propoſito ſtilus quoque reſpondet, in hi- „ſtoria declamatorius, ac poetico propior, „ſicut amplius de eo pronuntiat *Voſſius* in „opere *de Hiſtoricis Latinis*. Recte et- „iam *Barthius*, *Flori*, inquit, *Epitoma Re-* *l. 1. c. 30.* „*rum Romanarum quidam Panegyricus eſt.* „Omnia ſane Panegyriſtarum inuenta, ar- „tificia, acumina, plerumque non infeli- „citer captat. Itaque, quis eius in elo- „quentia ciuili vſus eſſe poſſit, cognoſce- „tur ex iis, quæ de oratoribus & Panegyri- „ſtis poſtea dicentur. *Diſſ. T. I. p.* 113.

„Præter vulgi captum, ſed minime præ- „ter rem & veritatem ſtatim his (*Panegy-* „*riſtis*) *Florum* addo, Panegyriſtam ve- „rius, quam Hiſtoricum; quod præter a- „lios etiam *Auguſtinus* aduertit. Fallun-

„tur

Digitized by Google

Cap. X. 2. Hist Rom. Lat.

„tur haud dubie, qui Historiæ conuenire „illum stilum opinantur. *Diss. T. III. p.* 540.

„*Lucius Annæus Florus* ex *Senecarum* „familia; non ille Epitomator *Liuii*. Est „eius opusculum *αὐλοπρόσωπον*, non Epi„tome. Stilus est doctissimus & accura„tissimus; interdum & supra *Plinii* Pa„negyricum ita assurgit, vt nihil sublimi„us in stilo Panegyrico cogitari possit. „*Dan. Heinsius*, qui in stilo Panegyrico ex„cellere voluit, erudite & exquisite imita„tus est eum. Scio paucissimos esse, qui „eum intelligant; nec suaserim iuuentu„ti prælegendum, quia etiam ipsos docto„res fatigare potest. Editio post plures „alios est optima, quam ex cura magni „*Berneggeri* dedit amplissimus *Freinshe„mius*. Vide eius notas, & quæ nos alibi. *Sæcula IV. p.* 169. *sq.*

„*L. Annæus Florus Freinshemio* 'mul„tum debet. *Commentat. de Scr. p.* 56.

§. 12.

EVTROPIVS.

In EVTROPIVM *Pæanius* metaphrasin Græcam scripsit: sed verius paraphrasis est. Auctor sane facillimus, magnoque iis vsui futurus, qui linguam Græcam addiscere cupiunt, si cum *Eutropio* conferatur.

„*Eutropius* a *Paulo Diacono* interpo„latus, malo exemplo: vnde viris do„ctis nata cura eum seorsum edendi. Quod „fecit

„fecit *Frid. Sylburgius* in ſcriptoribus Hiſt. Cap. X.
„Auguſtæ minoribus. *Sæcula IV. p.* 389. 2. Hiſt. Rom.
„*Pæanius* eſt metaphraſtes ſatis erudi- Lat.
„tus. Multas quidem habet additiones
„& omiſſiones, quæ tamen multa erudita
„continent. Meretur ſæpe edi, editus o-
„lim a *Sylburgio* in opere Hiſtoricorum
„Græcorum Hiſtoriæ Auguſtæ minorum.
*Ibid. p.* 306.

§. 13.

AMMIANVS MARCELLINVS a *Friderico Lindenbrogio*, itemque *Henrico Valeſio* ſeorſum cum notis editus eſt, in quibus multa pererudita habet de Officiis domus Auguſtæ. AMMIANVS MARCELLINVS.

„De *Ammiano Marcellino* aliquis dubi-
„tauerit. Sicut enim dictio eius a pura
„Latinitate non parum recesſit; ita ſuo
„quodam genere loquendi rerum abdi-
„ta & negotiorum naturas diligenter con-
„ſequitur. Non poteſt quidem, quod pru-
„denter intelligit, ciuiliter & venuſte elo-
„qui; ſed oſtendit tamen eximie, ſibi in-
„eſſe talis doctrinæ elementa, ſi vel ſæcu-
„li facundioris exemplo, vel maturiore
„diſciplina licuiſſet vti viro plerumque in
„militia & negotiorum actu verſanti. Cer-
„te compoſitioris eloquentiæ ſtudioſo fæ-
„pe poteſt ſuggerere cogitationes & ſen-
„tentias orationi ciuili profuturas, & ſi-
„mul admonere de iis, quæ magis ad
„ἐπίδειξιν & ſcenam recitatorum, quam

„ad

Digitized by Google

Cap. X. 2. Hiſt. Rom. Lat.

„ad ciuilem habitum pertinent. Placu-
„iſſe eum valde ſuo æuo, vel *Libanii* epi-
„ſtola de eo & ad eum docere poteſt. *Diſſ. T. I. p.* 115. *ſq.*

„Nominatim commendamus *Ammiani*
„*Marcellini* hiſtoriam, quæ multis ma-
„gnisque exemplis vitia forenſia, tum
„quoad iudices, tum quoad accuſatores &
„patronos, demonſtrat. *Diſſ. T. III. p.* 508.

„*Ammianus Marcellinus* fide in primis
„dignus ſcriptor. Dici non poteſt, quam
„ſit grauis; niſi quando perſuaſione eth-
„nica abripitur. *Sæcula IV. p.* 318.

„Hoc vnum eſt præcipuum in *Ammia-*
„*no*, quod adeo curioſe vitas principum de-
„ſcribit, eorumque elogia; ſumendo vo-
„cabulum ex vſu antiquo, non hodierno,
„quod non eſt laudatio ſolum, ſed totius
„vitæ, virtutum & vitiorum deſcriptio;
„quam prolixe adeo offert, vt nullus hiſto-
„ricorum id prolixius & ſæpius faciat. *Ib. p.* 324.

„Digreſſio *Ammiani* de Gallia L. XV.
„c. 23. -- 30. non æſtimanda eſt ſicut alio-
„rum ſcriptorum digreſſiones, quippe
„qua non eſt alia illuſtrior deſcriptio Gal-
„liarum; vnde hodie eandem cum *Plinii*,
„*Taciti*, *Straboni*s, *Cæſaris* deſcriptione
„conferre ſolent. Cum enim in Geogra-
„phia id quamplurimum interſit, vt mu-
„tationes regionum & nationum intelli-

„gantur

„gantur ; id ex *Ammiano* abunde discere „licet ; nec quisquam est Græcorum & La- „tinorum, qui id tam plene, accurate, & „curiose fecerit, dum historiam Gallicam „ad sua tempora fere simul concepit. Sic „*Curtius* in toto suo opere de regionibus & „nationibus Orientalibus non tantum, „quantum *Ammianus* in vnica digressione, „habet. *Ibid. p.* 345. Cap. X. 2. Hist. Rom. Lat.

„*Ammianus Marcellinus*, scriptor au- „licus & eximius ; sed defuit ipsi eloquen- „tia, nec semper omnia ita eloquitur, vt „alii scriptores. *Diss. ad Lipsii Polit. p. 91 sq.*

„In *Ammiano Marcellino* laudatur can- „dor, iudicii grauitas, & experientia re- „rum. Quod autem præclare intelligit, „vix satis eloqui potest. Præclarissime „de *Ammiano* emaculando meritus est „*Lindenbrogius*, sicut & alia præclara o- „pera edidit. Postea magnam laudem „meruit *Henr. Valesius*, qui adhuc inter „doctos Galliæ viros viuit. Hic præser- „tim de officiis domus Augustæ, quoniam „illa materia a nemine vno ex veteribus „Historicis, præter *Ammianum*, plene est „tractata, post curas doctorum virorum „*Gutherii*, *Bulengeri* de Imperatore & „Imperio, *Gretseri* in *Codinum*, eximia, „& aliis prorsus nondum notata adiecit. *Ibid. p.* 389.

„*Henr. Valesius* post *Lindenbrogium* & „alios

Digitized by Google

Cap. X. 2. Hiſt. Rom. Lat.

„alios Viros doctos abunde adhuc inue-
„nit, quod in *Ammiano* ageret; ſicut et-
„iam de aliis antiquis ſcriptoribus præcla-
„riſſime meritus eſt. *Ibid. p. 221.*

„*Ammianus Marcellinus* cum Com-
„mentariis *Lindenbrogii.* Alia editio
„*Henr. Valeſii* Pariſ. 1636. *Comment. de Scr. p. 72.*

„*Marcellini* de *Thucydidis* vita & in
„*Hermogenem* Commentarii præmitti ſo-
„lent hiſtoriæ *Thucydidis.* Libellum περὶ
„στάσεων eruditum valde in *Hermogenem*
„*Aldus* edidit. An auctor ſit *Ammianus*
„ille *Marcellinus*, qui patria Græcus fuit,
„non conſtat. *Sæcula IV. p. 388.*

## §. 14.

Collectio Script. Hiſt. Rom.

Scriptores Hiſtoriæ Romanæ in folio edidit *Gruterus* : nam Boxhorniana editio parui eſt pretii. Continentur vero eo volumine præter iam nominatos FLORVM ſcilicet, VELLEIVM, SVETONIVM, & AMMIANVM MARCELLINVM, SPARTIANVS, CAPITOLINVS, VVLCATIVS GALLICANVS, LAMPRIDIVS, TREBELLIVS POLLIO, VOPISCVS, AVRELIVS VICTOR, PAVLVS DIACONVS Warnefridi fil. LANDVLPHVS SAGAX, SEXTVS RVFVS, IVLIVS EXVPERANTIVS, IORNANDES, MESSALA CORVINVS

de

Digitized by Google

*de Progenie Augusti* & Anonymus *de Origine Gentis Romanæ.* Cap. X. 2. Hist. Rom. Lat.

(*De sex illis scriptoribus Historiæ Augustæ videatur infra caput de Vitarum Scriptoribus.*)

„*Aurelii Victores*, diuersorum illi qui-
„dem temporum scriptores: tum *Eutro-*
„*pius*, itemque *Sextus Rufus*, in hono-
„rem argumenti potius, quam studio e-
„loquentiæ cognoscendi sunt. Ex *Vi-*
„*ctoribus* alter *Taciti* locutiones quas-
„dam & sententias studiose affectauit:
„forte tamen infra successum eruditæ imi-
„tationis. Nostro certe instituto non
„conuenerit, illis operibus considerandis
„operam nauare. Nam quod *Victoris*
„*Viri illustres* pueritiæ inter prima rudi-
„menta Latini sermonis, propter miram
„simplicitatem & facilitatem, interdum
„commendantur, ad argumentum no-
„strum parum pertinet. *Diss. T. I. p.* 115.

„Sunt deinde breuioris instituti stilique
„elogia duplicis rursum generis: alia e-
„nim simplicitate quadam stili, aut facilita-
„te item sententiarum, ad historiæ quen-
„dam typum accedentia, minora maiori-
„bus, iudicia narrationi ita miscent, vt
„narrandi instituto interueniisse aut ser-
„uire iudicia videantur. Simplicissime
„versatus est in hoc genere *Aurelius Vi-*
*ctor de Viris illustribus. Ibid. p.* 404.

„*Aurelius Victor* in *Viris illustribus*



Digitized by Google

Cap. X. 2. Hiſt Rom. Lat.

„nam *Cæſares* eius & *Epitomæ* diuerſiſſimo „ſtili genere vtuntur) non quidem *Nepo-* „*tis* & ſimilium politæ venuſtati compara- „ri poteſt; ſed eſt tamen candidus & præ „ceteris ſimplex, quippe qui primas oratio- „nis formandæ lineas ſtudioſo Latinitatis „ſignare poſſit. *Diſſ. T. III. p. 537.*

„*Victor* ſtilo quidem non tam valet, „quam prudentia; cuius verba etiam in- „fra citamus, quia vulgo vitioſiſſime le- „guntur. *Sæcula IV. p. 208.*

„Ex quibus verbis deprehendere mihi „videor illud, quod ſemper ſuſpicatus fui, „*Victorem* hiſtoriam ſuam ex aliis conſar- „cinaſſe; aperte enim ſibi contradicit, „dum ait Diocletianum ob imminentes „turbas imperium depoſuiſſe; mox au- „tem, id factum fuiſſe animi altitudine & „excellentia naturæ, quæ idem non ſunt. *Ibid. p. 224.*

„Duo autem ſunt libri, qui hoc (nomen „*Aurelii Victoris*) præferunt, vnus *de Cæ-* „*ſaribus*, alter *Epitome*, idem argumen- „tum tractans, ſtilo quidem non valde „valens, multa tamen ex antiquioribus „habens, præſertim ex *Tacito*, ex quo „multa ſublegit. An autem idem vtrius- „que libri ſit auctor, poſtea videbimus. *Ibid. p. 9.*

„*Aurelius Victor de Cæſaribus* Creten- „ſem vocat Neruam; vnde apparet non „eundem eſſe ſcriptorem *Epitomes*, qui

oppido

„oppido Narnienſi in Vmbria genitum „ſcribit. *Ibid. p. 14.* Cap. XI. Hiſt. Byzant.

„De *Victoribus* omnium præclariſſime „meritus eſt eximio opere & eruditiſſimis „notis *Andr. Schottus. Ibid. p. 389.*

# CAPVT XI.

## DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE BYZANTINAE.

### §. 1.

PROCOPII Opera *Hæſchelius*, *Wolffius*, *Rittershuſius*, item *Camerarius*, ediderunt. PROCOPIVS. *Arcana* eius *Hiſtoria* Græco-Latina Lugduni a *Nicolao Alemanno* edita in folio & nuper Helmſtadii ab *Eichelio*, cum prolixa diſſertatione, in qua oſtendere vult (id quod alii etiam multi opinantur) Hiſtoriam eam ſuppoſititiam eſſe. Sed reuera errat. Non enim ſuppoſititia eſt, ſed genuina *Procopii* proles & inuectiua in Iuſtinianum, vt eleganti diſſertatione ſeu Apologia pro Iuſtiniano oſtendit eruditus ICtus *Thomas Riuius*. Gothica eius felicitate ſumma, vt ſolebat, vertit magnus ille *Grotius*.

„*Procopii* pleraque Græce edidit *Hæ-*„*ſchelius* Auguſtæ Vindel. in fol. *Arcanam* „*Hiſtoriam* Gr. Lat. cum Notis *Nicolaus* „*Alemannus & Eichelius*. Gothica, Van-

Cap. XI. Hist. Byzant.

„dalica, Persica Latine vertit *Hugo Grotius* „edita Amsterd. in 8. *Comment. de Scr. p. 83.*

„*Grotius* Græca suis fere verbis Latina „reddit, conscius sibi egregiæ artis, ma„gnique in hoc genere successus. - - - „ - - - In soluta oratione *Procopii Van„dalica & Gothica* illustrissimum huius „laudis monumentum haberi par est. *Præf. ad Grot. de I. B. & P. p. 30. sq.*

„*Procopii* historica monumenta quam „sint necessaria integrando eius ævi argu„mento & ponendo in conspectu reipu„blicæ, non ignoras. Hœschelianis cu„ris Græcam editionem debemus. La„tine qua fide ac ingenio interpretati sint „complures eruditi viri, vetus & iusta „querela est. Nisi quod *Hugo Grotius* „Vandalicorum & Persicorum elegantem „(vt erat singulari dexteritate in hoc mu„nere obeundo versari solitus) versionem „dedit, & Arcanam historiam egregie „Latinam fecit *Nicolaus Alemannus*. Est „autem Romæ in Vaticano codex Hœ„schelianis longe plenior meliorque: ex „quo si supplerentur, quæ habemus, & „ceteris quoque improspere conuersis li„bris contingerent interpretes, non mino„re, quam modo laudati, diligentia assueti, „prodiret opus totum Procopianum Græ„co-Latinum ea integritate ac dignitate, „qua nunquam publicatum est. An By„zantinorum scriptorum in Gallia edito-

ribus

„ribus hoc totum, quod dixi, *Procopii* ſpe- Cap. XI.
„cimen debiturus ſit in poſterum orbis, Hiſt. Byzant.
„in expedito tibi erit cognouiſſe. Quodſi
„autem hic accideret, quod in *Codino* ac-
„cidit, cui nondum acceſſere, quæ ex Va-
„ticana Bibliotheca inſignia & copioſa po-
„tuerant adiungi ſupplementa; in medio
„palmam adhuc repoſitam vt ambiant
„Mæcenates & Apollini ac Muſis amica
„capita, conſilii & fati eſt. - - - - - -
„ - - Cumque in Bibliothecis etiam *Ar-*
„*cana Hiſtoria* a Vaticanis Codicibus di-
„uerſa ſuperſit, hinc quoque bene de Mu-
„ſis merendi occaſio eminet. Neque dee-
„runt, qui interpretationi omnium eo-
„rum quæ nondum cum cura & fide con-
„uerſa ſunt, auſpicio ſceptri Apollinei ad-
„iuti manum admoueant. *Diſſ. T. III. extremo.*

§. 2.

AGATHIAS rarus auctor a *Bonaventura Vulcanio* editus eſt. AGATHIAS.

„*Agathiæ* optima editio eſt *Bonaventu-*
„*ræ Vulcanii*; quamquam & ſeorſum nu-
„per Pariſiis prodierit. *Sæculæ IV. p. 242.*
„*Agathias* Gr. & Lat. a *Bonav. Vulcanio*
„in 4. & inter Scriptores Byzantinos Pari-
„ſiis editus in fol. *Comm. de Scr. p. 83.*

THEOPHYLACTVS SIMOCATTA Scriptor Byzantinus grauis admodum eſt. THEOPHILACTVS SIMOCATTA.

„*Theophylactus Simocatta* aut *Simo-*
„*cat-*



Digitized by Google

Cap. XI. Hist. Byzant.

„*cattus* Gr. & Lat. Ingolstad. in 4. Satis „prudentiæ siue intelligentiæ rerum : sed „stilus ad veterem eloquentiam non a„scendit, & alicubi lacinioſus est. *Comm. de Scr. p. 85.*

§. 3.

CODINVS.

CODINVS de Officiis Palatinis & Ecclesiasticis a *Gretsero* editus est. Scripsit etiam *Origines Constantinopolitanas*, quæ Parisiis inter scriptores Byzantinos cum iam laudato opere editæ sunt. Edidit etiam *Douza.* Reginæ Sueciæ Bibliotheca multa de eo inedita habuit.

„*Georgius Codinus* Curo palata a *Iacobo* „*Gretsero* Gr. Lat. editus, & nuper Parisiis „Gr. Lat. fol. inter Scriptores Byzantinos. „*Origines* eius *Constantinopolitanæ* multis „modis auctiores in Vaticano habentur. „Mirum, quod nouissima editio Parisiensis „non accepit Roma. Vidi in Biblioth. Sere„nis. Reginæ Christinæ. *Comm. de Scr. p. 107*

„Omnium diligentissime hanc rem (de „origine Constantinopoleos) scripsit *Ge„orgius Codinus*; cuius παρεκβολὰς ἐκ „τῆς βίβλου τοῦ χρονικοῦ περὶ τῶν παλαίων „τῆς Κωνσταντινοπόλεως primus edidit *Ge„orgius Dousa* Iani F. an. 1596. Nupera e„ditione Parisiensi inter Scriptores Byzan„tinos est publicatus. Contuli cum duo„bus MSS. & ingens supplementum repe„ri in Bibliotheca Serenisſ. Reginæ Sue„ciæ, quod ex Vaticana ab Luca Holstenio trans-

Digitized by Google

„transmissum descripsi. Nam in Parisiensi desiderantur illa omnia. *Sæc. IV. p. 309.*

Cap. XI. Hist Byzant.

ANNA COMNENA *Alexiadem* seu Alexii Imp. Historiam non ineleganter scripsit. Edidit *Hæschelius*.

ANNA COMNENA.

„*Anna Comnena Alexiadem* scripsit: inter scriptores Byzantinos Parisiis in fol. vt „& Augustæ Vindel. in 4. Græce. *Comm. de Scr. p. 98.*

§. 4.

NICEPHORVS GREGORAS, LAONICVS CHALCOCONDYLAS; item GEORGIVS LOGOTHETES Geneuæ iunctim editi sunt in fol. Item Parisiis inter Scriptores Byzantinos.

NICEPHORVS GREGORAS elegans ac magni iudicii Historicus, & velut sequioris ævi *Polybius*, vt qui omnia itidem ad prouidentiam diuinam refert. Vixit sub Andronico Imperatore.

NICEPHORVS GREGORAS.

„*Nicephorus Gregoras* Gr. & Lat. Geneuæ 1615. Parisiis inter Scriptores Byzantinos. Scriptor est cordatus, iudicio præditus, probus, pius, supra sæculum suum grauis. *Comment. de Scr. p. 105.*

In LAONICO de rebus Turcicis plurima habentur.

LAONICVS CHALCOCONDYLAS.

„*Laonicus Chalcocondylas* vna cum *Nicephoro Gregora*, & *Georgio Logotheta* „editus Geneuæ Gr. Lat. in fol. *Comment. de Scr. p. 106.*

GEORGII LOGOTHETAE fragmenta edidit *Douza*.

GEORG. LOGOTH.

§. 5.

Digitized by Google

Cap. XI. Hist. Byzant.

§. 5.

IO. CANTACVZENVS.

CANTACVZENI Imperatoris nobilissimum opus inter Byzantinos Scriptores edidere Parisienses splendidissimo typo, candidius versati, quam *Gretserus* Iesuita in sua editione: qui cum videret, eum de consensu Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis alicubi agentem multa habere religioni Catholicæ hodiernæ contraria, partim ea ipsa deleuit, partim Glossis onerauit, caussatus, se ea tantum omisisse, quæ superflua forent.

„*Ioannis Cantacuzeni* opera Latine In„golstadii edita in fol. Gr. & Lat. Parisiis II. „Tomis. Historia necessaria est, & mul„ta obseruatione præstat. *Comm. de Script. p. 105.*

NICETAS CHONIATES.

NICETAS CHONIATES itidem eximius scriptor est, qui multa de inuidia Græcorum Imperatorum aduersus Occidentales Principes scripsit, quantumque eorum aduersus Turcas passagiis obstiterint, clare testatur.

„*Nicetas Choniates* Gr. Lat. Basil. Vbi „desinit *Zonaras*, incipit. Stilus non mul„tum solidæ laudis habere potest. Historia „necessaria est. *Comment. de Scr. p. 96.*

§. 6.

GEORGIVS PHRANZES.

GEORGIVS PHRANZES, Proto-Vestiarius, a *Gretsero* est editus; verum non magis bona fide, quam prius circa *Cantacuzenum* acciderat.

„*Georgius Phranzes*, Proto-Vestiarius, La„tine

Digitized by Google

„tine Ingolſt. in 4; in fol. Gr. Lat. Pariſiis. Cap. XI.
„Scriptor verboſus & lacinioſus, veræ e- Hiſt. Byzant.
„loquentiæ charactere iam tum deperdi-
„to. *Comm. de Scr. p. 106.*

SCYLITZIS Hiſtoria cum *Codino* SCYLITZES edita eſt.

Huc quoque pertinent *Leonis Allatii συμμίκτα* ſeu *Miſcellanea*, quibus Baſilii Macedonis vitæ ſcriptor & CONSTANTINVS PORPHYROGENNETVS continentur. CONSTANT. PORPHYROGEN.

„Imperatoris *Conſtantini Porphyrogen-*
„*netæ* opera partim ab *Allatio* in *Symmi-*
„*ctis* edita; partim a *Meurſio* Gr. Lat. *Com-*
*ment. de Scr. p. 90.*

CINNAMI *Hiſtoriam* edidit *Tollius*. CINNAMVS.

§. 7.

Plures Hiſtoricos Græcos Byzantina de Hiſtoria polliciti ſunt Typographi Pariſienſes.

In Græco-Latino opere *Cruſii*, quod Turco-Græciam inſcripſit, aliquot ſcriptores habentur de excidio Conſtantinopolitano.

## CAPVT XII.

### DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE GERMANICAE.

§. 1.

PLurimos ſcriptores rerum Germanicarum ediderunt iunctim

SCHARDIVS Tomis IV. Id nobiliſſimum opus eſt in rebus Germanicis, quod tamen hodie haberi vix poteſt. SCHARDIVS.



Digitized by Google

Cap. XII. Hist. Germ.

„Seriem temporum egregie seruat & „ostendit in Tomis IV. *Rerum Germanicarum Schardius*: cui addendi sunt tres „Tomi Pistoriani, vnus *Vrstisii*, vnus *Reuberi*, tres *Freheri*. Atque hoc coniunctim „nobile illud corpus est Historiæ Germanicæ: adiunctis, ex instituto editorum, „*Witichindo* & *Ditmaro*. *Notitia S. R. Imperii p. 17. sq.*

PISTORIVS MVTIVS. ABB. VRSPERG.

PISTORIVS Tomis III. fol. in quibus GOTOFREDVS VITERBIENSIS MVTIVS, ABBAS VRSPERGENSIS CONRADVS a LICHTENAV, grauis scriptor illorum temporum, & alii etiam continentur.

„Plerique *Auentino*, *Mutio*, *Vrspergensi* „*Abbate*, *Ottone Frisingensi* & eiusmodi „scriptoribus, magna quidem laude dignis, ita contenti sunt, vt auctoritatem „aliam non requirant. Sicut autem non „prorsus repudiandi sunt, qui a *Mutio* rerum Germanicarum principium autumant hodie repetendum festinanter hæc „talia tractantibus: ita in plurimis a delectus, & contextus accuratioris regula „eum excidere, palam est. - - - - - - - - - - - In remotioribus quin *Ottoni Frisingensi* & *Abbati Vrspergensi Conrado a* „*Lichtenau*, quos ante laudaui, plurimum „tribuendum sit, quotiens res sui temporis, aut iis proximas exequuntur, nemo „negauerit: quæ ab aliis ascepere, non eadem

„dem

Digitized by Google

„dem æſtimatione metienda ſunt. *Comment. de rebus Sæculi IX. & X. in præfatione.* Cap. XII. Hiſt. Germ.

FREHERVS. FREHERVS III. Tomis in fol.

§. 2.

REVBERVS. His addatur IVSTI REVBERI Tomus Scriptorum Germanicorum, in quo GVNTHERVS. GVNTHERI *Ligurinus* atque alia egregia monumenta.

„*Güntherus Ligurinum* ſcripſit de Ex„peditione Ital. cum Commentariis *Rit„tershuſii* in 8. & *Iacobi Spigelii* in fol. in „Tomo Reuberiano Scriptorum German. „Prudens ſcriptor & facundus. *Comment. de Script. p. 99.*

„*Güntheri* celeberrimum opus extat, *Li„gurini* titulo; eo quod res aduerſus Li„gures geſtas potiſſimum complectatur. „Quam appellationem de patria viri com„plures acceperunt: at oſtendunt & ar„guunt hunc errorem primores pagellæ „editionis Rittershuſianæ. Sunt illi ſcri„ptores (*Otto Friſingenſis*, *Radeuicus & „Guntherus*) omnium iudicio graues, can„didi, veri apprime ſtudioſi. *Notæ in Æ„neam Syluium p. 137. ſq.*

VRSTISIVS. CHRISTIANI VRSTISII Tomi II. Scriptorum Germanicorum; inter quos OTTO FRISINGENSIS, egregius æui ſui ſcriptor, & alii. OTTO FRISING.

„*Ottonis Friſingenſis* Chronicon cum „continuatore extat etiam in Tomo Vr„ſtiſiano

Cap. XII. Hist. German.

„stisiano Scriptorum German. *Comment. de Scr. p. 94.*

„*Ottonis, Frisingensis* Episcopi, in To-„mo Vrstisiano Scriptorum Germanico-„rum, candidi & grauis scriptoris, conti-„nuator. *Ibid. p. 99.*

„*Radeuicus* in eodem Tomo Vrstisia-„no, necessarius & probus scriptor. *Ibid.*

GOLDASTVS.

GOLDASTVS adhuc alios rerum Germanicarum scriptores in vnum Tomum collegit, qui licet recentiores paulo sint, magni tamen merito habentur.

LINDENBROGIVS.

ERPOLDVS LINDENBROGIVS Scriptores rerum septentrionalium Germanicarum edidit.

„*Lindenbrogius* præclare meritus est „de scriptoribus quibusdam, vt ipse ap-„pellat, septentrionalibus. *Sæcula IV. p. 344. sq.*

§. 3.

DITMARVS MERSEBVRG.

DITMARI Episcopi Merseburgensis *Chronicon* nobilissimum opus est in rebus suorum temporum & authenticum monumentum; sed raro haberi potest: edidit vero *Reineccius.*

VVITTEKINDVS.

WITTEKINDI *Annales Saxonici* ab *Henrico Meibomio* editi inter præcipua rerum Germanicarum monumenta habendi sunt.

„Pertinet huc *Wittichindi* (*Windichi-„num* etiam, & *Winduchindum* vocant) „monachi Corbeiensis historia, *tribus An-„nalium libris* comprehensa Edidit hunc „pri-

Digitized by Google

„primum & antiquiſſimum hiſtoriæ Sa- Cap. XII.
„xonicæ ſcriptorem, vt appellat, *Henri-* Hiſt. Ger-
„*cus Meibomius*, vita eius præfixa & notis man.
„pereruditis ſubiectis. *De rebus Sæc. IX. & X. p. 362.*

HELMOLDI *Chronicon Slauorum* HELMOL-
magna fide & diligentia eſt conſcriptum: ſic- DVS.
ut ſolenne erat hiſtoricis illorum temporum, rudi quidem ſtilo, eximia tamen fide omnia conſignare. Cum Appendice *Arnoldi* Abbatis Lubecenſis ediderunt *Sigism. Schorckelius & Henr. Bangertus.*

Add. VINC. PRIBEVIVS *de Origine ac ſucceſſibus Slauorum.*

„ALDELMVS Benedictinus, cuius
„*Annales* a Pipino ad Carolum M. conti-
„nuati in Ludouico Pio (ſub hoc enim flo-
„ruiſſe dicitur) exeunt, non omittendus;
„præcipue hoc nomine, quod ſuperſtes
„ex æqualibus illius ſæculi fuſius narrat,
„quamuis interea rude ſermonis genus fa-
„cile temporis infelicitati condones: adeo
„barbaries omnia corruperat. *Diſſ. T. II. p. 139.*

„Ceterum & iſtis, quæ IOANN. TVR-
„PINVS fabulis equidem, quam incor-
„ruptæ rerum geſtarum veritati ſimilio-
„ra prodidit, locum aliquem dedimus, non
„tam amœnitate quadam paſcere ſtuden-
„tes legentium animos, quam vt teſtare-
„mur, magis magisque fortiſſimi Principis
„(Caroli M.) facta eſſe ſuſpicienda; quippe
„quæ

Digitized by Google

Cap. XII. Hiſt. Germ.

„quæ molitione ardua, numero infinita, „ſucceſſu egregia, vel indagari plenius „nequiuere, vel ſua (vt fieri amat) ma„gnitudine ſupra certitudinem creue„runt. *Ibid. p. 140.*

„MStum codicem, quem in tabulario „ſuo Respubl. Argentoratenſis ſeruat, vi„dere mihi contigit. Auctor eius CONRADVS quidam, non longe ab ætate „Caroli, ſi membranam ac cetera anti„quitatis indicia ſpectes, remotus, carmine Germanico expeditionem Hiſpani„cam deſcripſit, ſane, quod formam o„peris attinet, ſucceſſu præter ſæculi ge„nium felici; & eo magis induſtrium fu„iſſe credo, quo ſublimius Rex noſter „poſtea Auguſtus Romanorum Impera„tor ſe extulit: tantam enim imperii ma„ieſtatem Germanici etiam ſermonis flore „& ornatu augere publici ſplendoris iu„tererat. *Diſſ. T. II. p. 170.*

„THEGANI Hiſtorica ſeorſum in „8. & inter Scriptores Francicos *Andr. du „Chesne. Comment. de Script. p. 88.*

„ROSWID, ſiue HROSVITHA, „virgo illuſtris, monialis primo, poſt ab„batiſſa Gandersheimenſis, cuius opera „*Conradus Celtes* initio ſuperioris ſæculi „Noribergæ edidit. *Panegyrin* autem *O„thonum* notis illuſtrauit & *Wittichindo* „coniunxit *Meibomius*, qui & vitam hu„ius poetriæ adiecit. *De rebus Sæc IX. & X. p. 362.*

§. 4.

§. 4. Cap. XII. Hist. German.

In recentioribus videndum est, an hæc authentica monumenta semper citent: ad ea enim errantes sunt examinandi. Certe *Grasvvinckelius* exiguam laudem meruit opere *de Libertate Veneta*, dum omnia e *Mutio* desumsit; cum tamen earum rerum auctores extent *Mutio* longe vetustiores.

„*Huldricus Mutius*, homo Germanus, „cuius fidem clarissimi nominis vir *Theo*„*dorus Grasvvinckelius* magni æstimat „in opere *de libertate Veneta* conscripto, „paulum variat in iis, quæ circa hoc bel„lum (Pipini cum Venetis) acciderunt. *Diss. T. II. p. 201.*

IACOBI WIMPHELINGII *Res Germanorum*; cuius habentur *Episcopi Argentinenses*, vbi plurima affert eximia.

BEATI RHENANI *Res Germanicæ* introductionis loco esse possunt in Historiam Germanorum.

„*Beatus Rhenanus*, vir vere magnus & „admirabilis, qui maximas & difficillimas „res aggressus est, glaciemque fregit, et„iamsi non omnia peruidere potuerit. *Sæ„cula IV. p. 268.*

„*Beatus Rhenanus*, vir ingenio & indu„stria magnus, de quo sibi Alsatia nostra „merito gratulari potest; cuius vitulo nisi „plurimi arassent, nunquam eo peruenis„sent, quo destinauerant. *Ibid. p. 77.*

ALTHAM-

Cap. XII. Hiſt. German.

ALTHAMMERI *Germania* extat in *Schardii* Operibus.

CLVVERI *Germaniæ antiqua*, opus magno labore & induſtria conſcriptum: verum in eo auctor in corrigendis auctoribus audaciſſimus reperitur.

AVDEBERTI, BARLANDI & NIC. REVSNERI *Germania.*

FRANC. IRENICI *Exegeſis Germaniæ;* egregium admodum opus.

PETRI BERTII *Commentarii Rerum Germanicarum* editi in 4. Opus ſtudioſo rerum Germanicarum valde profuturum. Nam & antiquitates pulchras eruit, & vtiliter conſiderat. Additæ ſunt etiam Tabulæ.

§. 5.

LOTICHII *Hiſtoria Germanica* ineptiſſima & nullius plane pretii eſt.

RICCIVS, Italus, *de Bellis Germanicis* plurimis nugis abundat.

„Italum, qui Latine bella Germanica „nouiſſima prodere memoriæ ſibi viſus „eſt, nec ſtudiis artibusque, nec facultate „hiſtorici præditum cenſebant, nonnen„que eius in hac diſputatione leui auditu „transmittebant. *Muſeum p. 25.*

„WASSENBERGIVS *Florum „Germanicum* edidit, ſummo applauſu „primo acceptum. Sed is neque bonus „hiſtoricus eſt, neque bonus Latinus. „Non bonus Latinus, quia ſæpe vitioſe „ſcribit, vt *cauſauit*, pro *cauſſatus* eſt:

bonus

Digitized by Google

„bonus hiſtoricus non eſt, quia non ha- Cap. XII.
„buit ſubſidia ad hiſtoriam ſcribendam Hiſt. Ger-
„neceſſaria. Et fuit ille potius nouella- man.
„rum ſcriptor, quam verus hiſtoricus.
*Diſſ. ad Lipſii Politica p. 94.*

LVDOVICVS ab AVILA & &ZVNIGA, item LAMBERTI HORTENSII *Bellum Germanicum* habetur in Schardianis monumentis.

Scriptor *des Oeſterreichiſchen Lorber-Krantzes* Auſtriacis partibus nimis eſt addictus.

HORTLEDERI *Acta publica* ſunt in rebus ſuperioris ſæculi conſulenda; Tomis II. fol.

In rebus huius ſæculi *Acta* LVNDORPII IV. Tomis. Recens editio iam eſt caſtrata.

. E GOLDASTI Voluminibus alteraque huc pertinent, quæ infra etiam in ſcriptoribus Iuris Publici nominantur.

MICH. MAIERVS *de veris inuentis Germaniæ*, de bombardis & typographia.

HIERONYMI GEBWILLERI, viri candidi, *Libertas Germanica* & eiusdem *Chronicon Zeringiacum.* (De Originibus Zaringenſibus vide Chronicon Conſtantienſe a *Io. Piſtorio* editum.) Nam in rebus Germanicis Chronica diligenter conquirenda ſunt, plurima ſiquidem in iis ſunt recondita, quæ aliunde peti nequeunt.

„Chronicorum ad varias nationes & lo-

Cap. XII. Hiſt. German.

„ca ſua ſcripta accommodantium quanta „ſit credulitas & negligentia in rebus vetu- „ſtioribus corripiendis deſcribendisque, „notius eſt, quam vt dici debeat. *Diſſ. T. II. p. 98.*

HILPERICI tractatus de Carolo M. & Leone Papa, cum animaduerſionibus *Goldaſti*, in quibus variæ antiquitates Francicæ & Alemannicæ.

§. 6.

Saxonica.

ALBERTI KRANTZII *Saxonia, Metropolis, Vandalia*, egregia opera.

„Ex *Gobelinio Perſona Krantzius* & alii „multa deſcribunt, quibus non ſemper ac- „quieueris. *Diſſ. T. II. p. 98.*

ADAMVS BREMENSIS inter præcipuos rerum Germanicarum ſcriptores numerandus.

„*Adamus Bremenſis* Helmſtadii nuper „editus. *Comm. de Scr. p. 92.*

*Monumenta Paderbornenſia.*

„Auctor *Monumentorum Paderbornen- „ſium*, cuius aureolæ Notæ theſaurum an- „tiquitatum Saxonicarum continent. *Diſſ. T. II. p. 90.*

AENEAE VITI *Saxonia & Metropolis*. Francof. ap. Wechelos.

HEINR. MEIBOMII *de veteris Saxoniæ finitimarumque regionum pagis*; eruditiſſimum opus, vt omnia eius viri, editum Helmſtadii.

DA-

Digitized by Goog

DAVIDIS CHYTRAEI *Saxonia.* Cap. XII. Hist. Germ.

„*Davidis* quoque *Chytræi* præfatio ad „lectorem, præmissa *Saxoniæ*, ea differit, „quæ huius meditamenti (de prudentia „politica ad scribendam historiam neces„saria) genuinum specimen præ se fe„runt. Sicut & in eo ipso opere longe „plus præstat, quam titulus promittit, „nec Arctoi orbis modo, sed Europææ „historiæ instruendæ idonea conducen„do, proxime ad historiæ vniuersalis su„perioris sæculi consilium accedit. *Diss. T. I. p. 1170.*

„Saxoniam bene describit, & post Ge„nealogicos, familiam diligenter signat „*Chytræus* in *Chronico. Notitiæ S. R. Imp. p. 220. sq.*

GEORGII FABRICII *Saxoniæ illustrata*, eiusdemque *Origines stirpis Saxonicæ.*

PETRI ALBINI Saxonica.

MICH. HEMPELII *Descriptio Saxoniæ.*

CYRIACI SPANGENBERGII *Chronicon Saxonicum* non ineruditum, & ejusdem *Chronicon Hennebergicum.*

„*Spangenbergius* sine dubio multum „diligentiæ adhibuit: plus etiam *Fabrici„us*: optem tamen sæpe fontes, vnde „hauserint, nosse. *Diss. T. II. p. 98.*

IO. GARZO *de rebus Saxoniæ, Thuringiæ, Misniæ.*



Digitized by Google

Cap. XII. Hist. German.

BRVNO *de bello Saxonico* tempore Henrici IV. Imperatoris.

NIC. MAMMERANI *de bello Saxonico inter Carolum V. & Iohannem Fridericum Electorem Saxoniæ*, opus egregium, quod in *Schardio* extat.

*Chronica und kurtze Beschreibung, was sich bey den XII. Chur-Fürsten aus dem Hochlœblichen Hause Sachsen von Anno 1414. bis auf 1656. zugetragen.*

§. 7.

Thuringiaca.

ZACHARIAE RIVANDRI Chronicon Thuringiæ.

GREGORII GROITSCHII *Salæ fluuii & adiacentium regionum descriptio.*

Anhaltina.

HENR. BASSEI & ERNESTI BROTVFFII Chronicon Anhaltinum.

Misnica.

REINERI REINECCII, Viri eruditissimi, *Historia Misniæ.*

PAVLI IENNISII *Historiæ Annæbergæ.*

§. 8.

Mecklenburgica.

IO. BOCERI *Duces Mecklenburgenses.*

Holsatica.

IONAE ab ELVERFELD Holsatia.

IO. PETERSEN *de Holsatiâ, Stormaria, Dithmarsia.*

CHRIST. CILICIVS *de Bello Dithmarsico.*

ANDR.

Digitized by Google

ANDR. ANGELI *Holſteiniſche Adel-Chronick.* Cap. XII. Hiſt. Germ.

CYPRAEVS *de Epiſcopatu Slesvvicenſi.*

ADAMI OLEARII *Holſteiniſche Chronick.*

HERMANNI BONNI *Chronicon Lubecenſe.*

LAMBECII *Origines & Res Hamburgenſes.* De recentioribus nullum habemus, qui accuratius quicquid ſcripſerit.

Bremenſia.

WILHELMI DILLICHII *Typus & Chronicon Vrbis Bremæ.*

Luneburgenſia.

LVCAE LOSSII *Chronicon Luneburgenſe* non inelegans.

HENR. MEIBOMII *Barderuici vrbis Hiſtoria*, opus breue, ſed elegans. Eiusdem *Chronicon Riddageshuſenſe*, pereximium eſt.

Magdeburgenſia.

ANDR. WERNERI *Chronicon Magdeburgenſe.*

§. 9.

Weſtphalica.

WERNERVS ROLEVINCK *de Weſtphalorum ſ. antiquorum Saxonum ſitu & moribus.*

BOCERI *Antiquitates Mindanæ.*

HERMANNI a LERBEKE *Chronicon Comitum a Schauenburg.*



Digitized by Google

Cap. XII. Hist. German.

LEWOLDI a NORTHOLFF *Chronicon Comitum de Marca & Altena*, cum *Henr. Meibomii* eruditissimis notis, in quo multa pereximia de rebus Germanicis habentur.

Cliuensia.

WERNERI TESCHENMACHERI *Annales Iuliæ, Cliuiæ & Montium*; quod earum rerum præcipuum est monumentum.

§. 10.

Bohemica.

Antiqui aliquot Scriptores rerum Bohemiæ ex Bibliotheca *Marq. Freheri* cum DVBRAVII *Historia Bohemica* prodierunt.

COSMAE PRAGENSIS *Chronicon Bohemorum.*

MARTINI BOREGK *Bohemia.*

CROPACII *Duces & Reges Bohemiæ*, cum figuris æneis.

MARTINI CVTHENI *Catalogus Ducum Regumque Bohemiæ.*

IVLII SOLIMANNI *Duces Bohemiæ.*

PROCOPII LVPACII *Rerum Bohemicarum Ephemeris.*

GEORGII BERTHOLDI PONTANI *Bohemia pia.* Posset etiam ad Historiam Ecclesiasticam referri.

ZACHARIAE THEOBALDI *Chronologia Ecclesiastica Bohemiæ.*

HAGECII *Chronicon Bohemiæ* Germani-

Digitized by Google

manicum, præcipuum in his rebus monumentum eſt. Cap. XII. Hiſt. German.

Sileſiaca.

IOACHIMI CVRAEI *Annales Sileſiæ*; opus in rebus Sileſiacis præcipuum, editi & aucti per *Schickfuſium*.

SIMONIS GRYNAEI *Monumenta Sileſiæ*.

NICOLAI HENELII *Sileſiographia*.

Marchica.

CHRISTIANI ENZELII *Chronicon Marchiæ veteris*.

WOLFGANGI IVSTI *Chronicon Francofurtenſe*.

§. II.

Auſtriaca.

IO. CVSPINIANI *Auſtria*, valde eruditum opus, ſicut etiam omnia reliqua eius viri ſcripta in magno pretio habentur.

HIERON. GEBVVILLERI *Auſtriaca*.

WOLFG. LAZII Hiſtoria Auſtriaca.

„*De rebus Viennenſibus*, totum opus *La-*
„*zii* quatuor libris concinnatum, vel cu-
„rioſis queat ſatisfacere. *Notæ ad AEn. Syluium p. 124.*

GERHARDI de ROO & CONRADI DECII Annales Auſtriæ, quorum prior grauis & prudens ſcriptor eſt; ſed rariſſime etiam in bibliothecis illuſtriſſimis reperitur. *Forſtnerus* ad *Tacitum* ſæpe eum citat.



Digitized by Google

Cap. XII. Hiſt. Germ.

FRANC. GVILLIMANNI *Habſpurgiaca.* Inſignis hic ſcriptor eſt, verum ab affectibus non planè immunis.

HIERON. MEGISERI, Viri eruditi, *Diarium Auſtriacum & Heroum Auſtriacorum Theatridion.*

„De Auſtria cautius & accuratius incedit Comes FVGGERVS in *Speculo „Honoris Auſtriaco. Notæ ad AEn. Sylvium. l. c.*

IO. FRID. MATENESII *Sceptrum regale domus Auſtriacæ*; Reges enim olim fuiſſe in Auſtria, extra dubium eſt.

IO. STABII *Genealogia Domus Auſtriacæ & epitome ortus Archi-Ducum Auſtriacorum.*

NIC. CLEMENS *de Regibus & Ducibus Auſtriæ.*

Carinthiaca.

IO. SALIVANVS *de ſitu Carinthiæ.*

THEOPHRASTI PARACELSI *Chronicon Carinthiæ.*

HIER. MEGISERI *Annales Carinthiæ* in fol.

Tirolenſia.

*Comitum Tirolenſium effigies*, cum deſcriptione.

WARAMVNDI *Deſcriptio Comitatus Tirolenſis.*

§. 12.

§. 12.

Cap. XII. Hist. German.

Bauarica.

WIGVLEI HVND a SVLZENMOS tractatus de Principibus & Nobilibus Bauariæ, qui inscribitur *Beyerisch Stamm-Buch*. Eiusdem *Metropolis Salisburgensis*.

MATTH. RADERI *Bauaria sancta*. Potest hoc scriptum etiam ad Historiam Ecclesiasticam referri; agit enim de Sanctis in Bauaria.

ANDR. BRVNNERI *de Principibus Bauariæ* opus, non spernendum; cum figuris æneis artificiosissimis & emblematibus.

MARQ. FREHERI *de Principibus terræ Bauaricæ*.

IO. POLITVS *de Boiorum origine & rebus gestis*.

PHILIPPI APIANI *Descriptio Bauariæ*, quæ tamen magis Geographica est, quam Historica.

MARCI WELSERI *Res Boiicæ* infra in rebus Sueuicis laudatæ.

AVENTINI, scriptoris nobilissimi & in rebus Germanicis optimi, *Annales Boiici*, insigne opus. Fuit hic *Auentinus* vir non spernendæ eruditionis; optimos enim quosque auctores diligenter eum euoluisse plurimis e vestigiis apparet; magni præterea iudicii, incomparabilisque diligentiæ, qui authentica vbique monumenta citat, ac eorun nomina

Cap. XII. Hiſt. Germ.

mina ſingulis hiſtoriæ ſuæ libris præmittit. Neque tantum res Bauariæ hic contineri credendum eſt, verum totius plane Germaniæ, vt omnino negligi non debeat rerum Germanicarum ſtudioſis. Editio Ingolſtadienſis Latina optima in fol. Inter Germanicas excellit Francofurtana, reliquæ enim Germanicæ nimis caſtratæ ſunt. Quin hic ſcriptor, alias egregius, non nimis tamen accurata quandoque interſerat, etiam dubitandum non eſt.

„*Auentinus* diligens indagator veri. *Notæ ad AEn. Syluium p. 142.*

„*Auentino* haud dubie plurimum pa„tria debet. Multæ in eo viro literæ: „ſubſidia quoque plura, quam quisquam „alius habuit. Quibus ille fretus non ra„ro vulgarium, vt appellat, Chronica„riorum tumultuarium genus hiſtoriæ „conſignandæ deſpicit. Sed quid deſide„rari merito in illis Annalibus poſſit, ne„mini licebit clarius cognoſcere, quam „qui aliquam ſibi hiſtoriæ partem; aut „Imperatoris cuiusdam vitam ex antiquiſ„ſimis quibusque monumentis repeten„dam & ad contextum illud opus conten„dendum deſumſerit. Solus interim eſt, „quo gloriari præcipue hiſtoria Germani„ca poteſt. *Præfat. Comment. de rebus Sæculi IX & X.*

ANDREAE Presbyterii Ratisbonenſis *Chronicon de Ducibus Bauariæ.*

§. 15.

Cap. XII. Hiſt. Germ.

§. 13.

Franconica.

IOACHIMI CAMERARII *Norica.*

ERASMVS MICHAEL LAETVS *de Republica Norimbergenſi* carmine ſcripſit.

Sueuica.

MARCI WELSERI, eruditiſſimi viri, duo præclara opera extant in rebus Germanicis; *Res* ſcilicet *Auguſtanæ* & *Res Boiicæ.* Nimis tamen acerbe in noſtræ religionis homines inuehitur.

STENGELII *Res Auguſtanæ.*

GEORGII CAELESTINI *Auguſtana Comitia* in fol. vbi omnia horum Comitiorum acta habentur.

ACHILLIS GASSARI *Annales Auguſtani.*

*Vrbium Auguſtæ & Argentinæ deſcriptio*, anonymi cuiusdam; Amſtel.

CRVSII *Annales Sueuiæ* II. Tomis in fol. qui quidem, melioribus non extantibus, magni habendi ſunt. Alias vero multæ inibi nugæ, & iudicio pleraque parum accurato conſcripta ſunt. Adde, quod affert multa, quæ in nullis hiſtoricis hactenus reperiri potuerunt.

GOLDASTI *Scriptores rerum Sueuicarum*, inter quos aliquot antiqui, editi in 4.

§ 14.

Digitized by Google

Cap. XII. Hist. Germ.

§. 14.

Austrasiaca.

NIC. CLEMENTIS TRELAEI *Austrasiæ Regum & Ducum descriptio.*

Alsatica.

SEBASTIANI BRAND *Chronicon Alsatiæ breue.*

HERTZOGII *Chronicon Alsatiæ*, non magna arte, sed tamen diligenter conscriptum.

FRIDERICI CLOSNERI *Res Argentoratenses.*

PETRVS ARGENTORATENSIS *de Bello Argentoratensi.*

In GEBWILLERI etiam *Panegyrico ad Carolum V. Imperat.* multa de rebus Argentoratensibus habentur,

*Chronicon Argentoratense* MS. IAC. von KONGELSHOFEN.

„Vidi Codicem Germanico sermone „conscriptum *Iacobi Königshouii*, quem „sacerdotis munere apud Argentinenses „functum sub Wenceslao Caroli IV. filio „Imperatore vixisse non leuis est coniectu„ra: ad hunc enim & Vrbanum VI. Ponti„ficem historiam pertexuit. *Diss. T. H. p. 156.*

„*Kœnigshoferum* nondum editum nuga„torem facile prodit huius sæculi indoles; „nam primo illo sæculo nulla templa ad„huc Apostolis in primis viuis, fuerunt de„dicata. *Sæcula IV. p. 126.*

„Quidam

Digitized by Google

„Quidam *Kœnigshofius* in *Chronico Ar-* Cap. XII.
„*gentoratenſi* nondum edito; (*Addit in-* Hiſt. Ger-
„*terpolator poſterioris editionis*: Quod ſu- man.
„periori anno 1698. ex MSS. primum edi-
„dit, & præter præfationem doctisſimam
„obſeruationibus hiſtoricis egregie illu-
„ſtrauit *Io. Schilterus* ICtus conſummatis-
„ſimus.) *Ibid. p. 38.*

BERNHARDI MOLLERI *Deſcriptio Rheni.*

PHILIPPVS CLVVERIVS *de tribus Rheni alueis & oſtiis, item de quinque Populis accolis.*

ISAACI PONTANI *Diſceptatio Chronographica de Rheni diuortiis atque oſtiis & eorum accolis.* Diſceptarunt inter ſe hi duo viri, licet nihil certi ſtatui posſit.

§. 15.

Palatina.

MARQVARDI FREHERI, Viri inſignis, *Origines Palatinæ.*

Eiusdem viri doctiſſimi *Commentariolus de Lupoduno, antiquiſſimo Alemanniæ oppido.* Viri huius opera raro reperiuntur.

LEHMANNI *Chronicon Spirenſe*, opus nobilisſimum, quod plus in receſſu habet, quam titulo promittit, quodque etiam introductionis vice eſſe poteſt in Ius Publicum Germanicum.

„Notum eſt *Lehmanni Chronicon Spi-*
„*renſe*; ſed reſpublica Spirenſis ſemper
„queſta eſt, multum ſibi incommodi da-
„tum

Cap. XII. Hiſt. Germ.

„tum per hunc librum. *Diſſ. ad Lipſii Politica p. 127.*

Moguntina.

CONRADI Epiſcopi *Chronicon rerum Moguntinenſium.*

NIC. SERARII (*Schlæffers*) *Res Moguntiacæ*, eximium ſatis opus, ſed commentis Ieſuiticis quoque minime vacuum.

„Rerum Moguntiacarum præcipuus „ſcriptor habetur *Nicolaus Serarius 1604. Not. S. R. Imp. p. 187.*

GEORG. HELWICHII *Apographum monumentorum Moguntinenſium.*

Treuirenſia.

GVIL. KYRIANDRI *Annales Auguſtæ Treuirorum* magno in pretio habentur. Grauis enim & cordatus rerum æui ſui ſcriptor, neque nugarum aliis Chronicariis vſitatarum ſectator eſt.

*Luckius*, ciuis Argentinenſis, *Chronicon Treuirenſe MS.* habuit, quod 600. imperialibus vendere voluit, deinde vero deſcribi, ſed admodum corrupte, fecit.

§. 16.

Colonienſia.

MICH. ab ISSELT *Colonienſis belli Libri IV. Chronicon eius* eſt lingua Belgica conſcriptum, ſed tam rarum, quam elegans.

„*Chronicon Colonienſe* videtur quidem „ſcriptum eſſe a viro non malo, ſed non „ſatis cauto, & labe illorum temporum in„fecto.

Digitized by Google

„fecto. *Sæc. IV. p. 126.* (*vbi fabulæ eius reiiciuntur.*) Cap. XII. Hiſt. Germ.

Fuldenſia.

VALENTIS MVNTZERI *Chronicon Fuldenſe.*

CHRISTOPHORI BROWERI *Fuldenſes Antiquitates* ſatis eleganter ſcriptæ; verum more Ieſuitarum multis commentis refertæ.

## CAPVT XIII.

### DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE BELGICAE.

§. 1.

HVBERTI THOMAE LEODII tractatus *de Populis Germaniæ inferioris*, elegans in res Belgicas introductio eſt.

PETRI KAERII *Germania inferior.*

IO. BAPT. GRAMMAYE *Peregrinatio Belgica.*

GVICCIARDINI *Belgium* quoad deſcriptionem Geographicam præcipuum opus eſt.

ANDR. SCHRIECKII *Origines rerum Celticarum & Belgicarum* cum Continuatione. Vir hic magnæ eruditionis eſt; niſi quod ſingulares quasdam opiniones fouet. Opera eius permagni habenda ſunt.

PETRI

Digitized by Google

Cap. XIII. Hist. Belg.

PETRI DIVAEI *Antiquitates Gallo-Belgicæ.* Egregium admodum opus.

MALBRANVS *de Morinis & Morinorum rebus* nimis in suis coniecturis audax est.

HVBERTVS THOMAS LEODIVS scripsit *de Tungris & Eburonibus.*

§. 2.

*Belgicarum Rerum Annales* diuersorum Auctorum Francofurti apud Wechelios.

*Chronicon Belgicum magnum* extat in Tomis Pistorianis. Scriptor nec magnæ eruditionis, nec magni iudicii est: habet tamen particularia quædam, nec alibi reperienda.

AEGIDII de ROYA *Annales Belgici* ab *Andr. Schotto* editi.

AVBERTI MIRAEI opera cum grano salis legenda sunt; quia scilicet nimis indulget affectibus. Scripsit autem *Annales rerum Belgicarum; Elogia Belgica; Fastos Belgicos & Burgundicos; Chronicon; Stemata Principum Belgii.*

PONTI HEVTERI, insignis viri *Veteris & Noui Belgii Historia.*

FRANC. SWERTII *Annales rerum Belgicarum* eximii sunt.

„Prudentioribus placuit Historiam v„niuersalem certi nec longi temporis ag„gredi. Fecit id singulari breuitatis genio „LVDOVICVS GVICCIARDI„NVS etiam in angustiore ambitu: qui „suum consilium (interprete *Kerkhouio*) „ita explicat: - - - - - Non ignorauit „con-

Digitized by Google

„contextum rerum erudite tractandum: „sed cauit sibi, veniæque consequendæ ra- „tiones ex eo disposuit, si Belgii spatio „præcipue suam narrationem clausisse, „cetera non eodem studio, sed securius, & „vt sub manum succederent, subtexuisse „videretur. *Diss. T. I. p. 171.* Cap. XIII. Hist. Belg.

§. 3.

EVERHARDI REIDANI *Annales Belgærum* ex patria lingua in Latinum a *Dionysio Vossio*, Gerh. Io. filio, translati.

*Leo Belgicus* MICHAELIS AITZINGERI etiam laudari solet.

METERANI *Historia Belgica* satis eleganter diligenterque conscripta, in præcipuis merito habetur.

„Interdum editores operum indicem „libri eo vsque extendunt, quo auctor „ipse nec cogitauit. Accidit hoc *Emanueli Meterano*; qui, cum vniuersalem „historiam nec aggressus nec professus „esset, illi tamen, qui anno huius sæculi 40. iterarunt editionem, tali elogio „volumina præscripserunt. *Diss. T. I. p. 172.*

ERNESTI EREMVNDI *Historia Belgicorum tumultuum* hac in materia optimum est opusculum.

VIGLII ZWICHEMII Historia Belgicorum tumultuum.

FLORENS *von der* HAER *de initiis Belgicorum tumultuum.*



Digitized by Google

Cap. XIII. Hiſt. Belg.

*BONAVENTVRAE VVLCANII Hiſtoria Tumultuum Belgicorum* elegantiſſimus libellus eſt, ſed, quod dolendum, rariſſime reperiendus.

„*Hieronymo Bignonio HVGO GRO-*
„*TIVS* Annalium & Hiſtoriarum libros,
„ante exilium in patria ſcriptos, cum le-
„gendos obtuliſſet, laudata viri ad præ-
„clara omnia geniti induſtria, planius &
„perſpicuum magis dicendi genus optare
„non dubitauerat. Valuit eo tanti au-
„ctoris ratio, vt reſcribere is ſuum opus
„inſtitueret, amicisque ſpecimen mon-
„ſtraret. In quo tamen propoſito, ſiue
„ſuperioris temporis conſuetudine, & in-
„genii quadam ad grauitatem propenſio-
„ne aduerſante, ſiue aliis cauſſis dehortan-
„tibus, non perſtitit. *Muſeum p. 17.*

„Amauit *Grotius* vbique orationem
„preſſam & quadam dignitate grauem; a
„qua nec in hiſtoria ſibi temperauit. Sa-
„tis conſtat, virum noſtri ſæculi ſummum,
„omnisque doctrinæ & auctorem & cen-
„ſorem gratiſſimum, *Hieronymum Bigno-*
„*nium*, cum ineditas adhuc *Grotii Hiſto-*
„*rias* & *Annales* legiſſet, non probaſſe
„breuitatem orationis, obſcuritati obnoxi-
„am, in illo genere ſcripturæ, quod a per-
„ſpicua venuſtate potiſſimam cominen-
„dationem caperet; pæneque *Grotio* per-
„ſuaſiſſe, vt reſcriberet. Sed inuito ge-
„nio, qui formar fere orationem, vix ſu-

„ſcipi

„ſcipi feliciter aliquid videmus : & in hi- Cap. XIII.
„ſtoria facilitas erudita optari, grauitas Hiſt. Belg.
„non inepta ferri debet. *Præf. ad Grotium de I. B. & P. p. 30.*

*IAC. ADAMAEI Belgica Δεινολογία.*

*Polemographia Auriaco-Belgica.*

*MEVRSII Res Belgicæ* elegantes quidem ſunt, ſed diligentius pertractari debuiſſent; ſicut etiam res eius *Danicæ*. Defuit ſcilicet plerumque eruditiſſimo alias viro, in plene tractanda materia aliqua, conſtantia.

*IO. BALINVS de Bello Belgico.*

*RICHARDVS DINOTHVS de bello ciuili Belgico.*

*IO. GAMVRINI Bellum Belgicum.*

*NICOLAI BVRGVNDI Hiſtoria Belgica.*

*FAMIANI STRADAE Hiſtoriæ Belgicæ Decades.* Sunt ambo hi inſignes admodum ſcriptores ; verum odium ſuum nimis detegunt in diuerſæ religioni addictos.

„*Famiani* quoque *Stradæ Hiſtoria* ti„bi multum proderit. Si obſeruaueris „tamen, & diſtinxeris, quæ artificioſe & „ſub diuerſiſſima ſpecie miſcuit ſubinde „ſtudia partium & ſchemata Hiſpanicis „artibus velandis ingenioſe reperta. *Diſſ. T. III. p. 340.*

Cap. XIII. Hiſt. Belg.

„*Famianus Strada* ambigue apud vari-
„os audit. Auctor ſat egregius. *Caſp.*
„*Scioppius Infamiam Famiani* ſcripſit; ſed
„ibi tantum ſtilum eius notat. *Diſſ. ad Li-
pſii Polit. p. 92.*

*BAVDII de induciis belli Belgici Libri III.* Aureum eſt & vere pragmaticum ſcriptum, quod a ſtudioſis Politices omnino negligi non debet, atque inſuper in Hiſtoria Belgica magnum lumen afferre poteſt.

„*Induciarum* quoque *Belgicarum* ſcri-
„ptor Romanæ eloquentiæ amantiſſimus
„decore rationibus ſuæ ætatis morem geſ-
ſit. (*dum ſcil. res nouas notis vocabulis, non quæſita antiquitatis imagine, deſcripſit.*) *Muſeum p. 16. Conf. Diſſ. T. I. p. 103.*

*ROLANDI MIRTEI Hiſtoria Belgica.*

§. 4.

Huc quoque pertinent celeberrimarum obſidionum in Belgio deſcriptiones, vt ſunt:

*HVGONIS GROTII Obſidio Grollana.*

*HEINSII Sylua Ducis.*

*HERM. HVGONIS Obſidio Bredana.*

*BOXHORNII Bredæ Obſidio.*

„Vnus eſt, qui in *Syluæ Ducis Obſidio-
„ne* & eius anni hiſtoria *Taciti* profun-
„dum os multa doctrina curaque ſine in-
„eptiis

„eptiis non infeliciter æmulatus eſt. Non Cap. XIII.
„defuerunt tamen, qui maluiſſent eum Hiſt. Belg.
„ſuo, quam alieno ſtilo vti. Male au-
„tem & hiſtoriæ & ſuo nomini conſulu-
„it, qui poſtremam *Bredæ obſidionem* tali
„imitatione quid aliud, quam fœdauit?
„Ancipitis plenum negotii certamen,
„comparari antiquis velle. *Muſeum p. 18.*

§. 5.

*HVGONIS GROTII Pietas Hollandiæ & Apologeticus.*

*ARNOLDI HAVENSII Commentarii de Creatione nouorum in Belgio Epiſcopatuum.*

*FRIDERICVS SONNIVS* de eodem argumento.

*FRID.* de *VIVES Hiſtoria Eccleſiaſtica tumultuum in Belgio.*

*IO. VTENHOVII* Tractatus *de Diſſipatione Eccleſiarum in Belgio & Anglia.*

§. 6.

*IO. BAPT. GRAMMAYE Antiquitates Brabantiæ* & eiusdem *Hasbaniæ illuſtratæ Libri X.* Omnia eius opera bona & commendatione digna ſunt.

*HADR. BARLANDI Ducum Brabantiæ Chronicon.*



Digitized by Googl

Cap. XIII. Hist. Belg.

*PETRI DIVAEI Rerum Brabanticarum Libri XIX.* Egregium admodum opus.

*IOANNIS MOLANI Militiæ Sacra Ducum ac Principum Brabantiæ.*

*FRANC. HARAEI Annales Ducum Brabantiæ & vtriusque Belgii.* Auctor hic nimis partibus Hispanorum addictus est.

*AEMVNDVS de Ducibus Burgundiæ, Flandriæ, Brabantiæ, Hollandiæ a bello Troiano vsque ad Carolum V. Imp.*

*SANDERI Flandria illustrata* nobilissimum opus est, verum in plurimis locis minus accuratum, cuiusque auctor affectibus suis nimis indulget.

*IACOBVS MEYERVS* eo candore, dexteritate, ac fide *Chronicon Flandriæ* scripsit, vt ex recentioribus Historicis anteferri huic nemo, pauci comparari possint.

*IAC. MARCHANTII de Comitatu Flandriæ Commentarii.*

*ANTONII MEYERI Epitome rerum Flandricarum.*

*ANTONII SANDERI Gandauum seu Res Gandauenses.*

*CAROLI SCRIBANII Antverpia.*

§. 7.

Digitized by Google

Cap. XIII. Hist. Belg.

§. 7.

*PETRI SCRIVERII*, Belgarum doctissimi, *Batauia illustrata*, seu Antiquitates Batauiæ, nobile admodum & pereruditum opus.

*IO. de BEKA Chronicon Vltraiectinum* cum Notis *Furmerii* non inelegans est.

*GERHARDI GELDENHAVRII* Noviomagi *Historia Batauica* haud inelegans.

*CORNELII AVRELII Batauia.*

*REINERVS SNOVS de rebus Batauorum.*

*HADRIANI BARLANDI Hollandiæ Comitum Historia & Icones.*

*IO. GERBRANDI de LEIDIS Chronicon de Comitibus Hollandiæ & Zeelandiæ.*

*IAC. MEYERI Deliciæ Batauicæ.*

*HVG. GROTII Batauia antiqua.* Hoc aliisque eiusdem supra nominatis opusculis multa ad historiam Belgicam pertinentia reperire licet.

*DOVZAE Annales Batauiæ* magna iudicii ac stili grauitate sunt conscriptæ: estque hoc admodum insigne opus.

*ISAACII PONTANI Amsterodamum*, elegans sane opusculum.

Cap. XIII. Hist. Belg.

§. 8.

*HENR. AQVILII Chronici Geldriæ Compendium.*

*ISAACII PONTANI Historia Gelricæ* insigne opus, ac his quidem in rebus præcipuum.

*OCCONIS SCARLENSIS Origines Frisiæ.*

*SIBRANDI SICCAMAE Lex Frisiorum.*

*CORN. KEMPIS de origine, situ, qualitate & quantitate Fristæ.*

*MART. HAMCONII Frisia seu de rebus virisque illustribus Frisiæ.*

*PIERII WINSEMII Historia* prod. Leouardiæ.

*SVFFRIDVS PETRI*, non magni iudicii auctor, *de Frisiorum Origine & Antiquitatibus*; cum *Apologia* per eundem scripta.

*VBBONIS EMMII* Opera in Frisiorum rebus præcipua sunt, v. gr. eius *Frisia & Frisiorum Respublica*, item *de agro Frisiæ & Vrbe Græningæ.*

CAPVT

Digitized by Google

# CAPVT XIV.

## DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE BRITANNICAE.

### §. 1.

CAMDENVS in eruditiſſimo opere, quod *Britanniam* inſcripſit, eximium ſpecimen operis Geographici dedit.

PARADINI *Compendium deſcriptionis Angliæ.*

IO. SPEEDAEI *Theatrum Magnæ Britanniæ.*

„Nuper libellus *de ratione conſtitutæ „Reipublicæ Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ* „credulis & imperitis, puto, perſuaſum „iuit, Democratia hodierna Britannicum „contineri. *Diſſ. T. I. p. 69.*

### §. 2.

*Britannicarum rerum Scriptores varii.* Heidelb. apud Commelinum & Renatum Potelerium.

*Rerum Anglicarum Scriptores poſt Bedam præcipui*, editi Francofurti apud Wechel.

*Anglica, Hybernica, Normannica, Cambrica* ex Bibliotheca CAMDENI, apud Wechelios 1602.

IO. SELDENI *Scriptores X. rerum Anglicarum.*



zed by Google

Cap. XIV. Hist. Britann.

§. 3.

MATTHAEVS PARISIENSIS egregius admodum & cordatus scriptor, quem in *Exercitationibus* suis sæpe laudat *Casaubonus*. Plurima de Paparum scelcribus, quamuis ipse papicola, diuulgauit, nuperque cum auctario & glossario editus est.

„*Matthæus Parisiensis* simplex stilo, „probitate eximius, prudentiæ & iudicii „non inops scriptor, candidus, liber, verax. *Comment. de Scr. p. 97.*

„*Matthæus Parisiensis.* Nouissima e„ditio Londinensis, cum Glossario *Wat„sii.* Scriptor miri candoris, libertatis & „veritatis studiosissimus, & quo historia „carere nequit. *Ibid. p. 102.*

MATTHAEVS WESTMONASTERIENSIS itidem grauis scriptor est.

„WILHELMVS MALMESBV„RIENSIS & HENRICVS HVN„TINDONIENSIS, Historici Anglici „a Wechelio editi inter Anglicos Scripto„res, non arte, sed fide æstimandi. *Comment. de Scr. p. 94.*

IO. SELDENI *Analecta Anglo-Britannica.*

§. 4.

POLYDORI VERGILII *Historia Anglica.*

GEORGII LILII *Chronicon Regum & Principum Britannicorum.*

NIC

Digitized by Google

NIC. TRIVETI *Annales Anglici.* Cap. XIV.
IO. MAIORIS *Hiſtoria Britannica,* Hiſt. Britann.
*Anglica & Scotica.*

FRANC. BACONIS de VERVLAMIO *Hiſtoria Henrici VII.* elegantiſſima eſt, atque ab aulicis hodiernis ob ciuiles loquendi formulas multum legi ſolita.

„Non poſſumus, quin nominatim commendemus diligentiam *Franciſci Baconis de Verulamio*, qui, in Hiſtoria Henrici „VII. Angliæ Regis, non tantum leges ab „illo rege latas narrat, ſed rationes earum „rerum politicas ex intimis regni arcanis „narrat. Quæ obſeruatio plurimum profuerit ad legis & legislationis naturam „intelligendam. *Diſſ. T. III. p. 505.*

„Diligentisſime autem verſatus in hac „parte ſubtilis elegantiæ (*de legibus ferendis*) obſeruanda & explicanda *Franc. Baco de Verulamio* in *Hiſtoria Henrici VII. Angliæ R.* Nam toto paſſim opere leges „illius regis non modo refert, ſed rationes, propoſita, conſiliaque earum politica, ſingulari, neque multum vſurpato „Hiſtoricis inſtituto declarat. *Diſſ. T. I. p. 477.*

„Vellem & *Franciſci Baconis Verulamii* Heinricum VII. tibi familiarem „fieri. Scriptio enim talis, quæ excitare „poſſet acutas mentes ad veſtiganda rerum Politicarum cubilia & myſteria; „de quibus absque eiusmodi indiciis plerique

Cap. XIV. Hist. Britann

„rique raro aut sero cogitant. *Ibid. p. 349.*

„Quid suauius aut magis politicum „*Franciſci Baconis de Verulamio* historia; „quam potissima gratia, perpetuæ & feli„citer congruenterque translatæ compa„rationes condiunt. Hoc enim de indu„stria exemplum nominare libet, rei, quam „descriptione, etiam curiosa, vix satis „commendaueris. *Diss. T. I. p. 103.*

„*Franciscus Baco de Verulamio* Henrici „VII. insigne admodum habet elogium. „Liber omnibus valde commendandus. *Diss. ad Lipsii Politica p. 111.*

CAMDENI *Historia Elisabethæ Reginæ Angliæ* egregia est, cordata, grauis, ac lectu dignissima.

ROB. IONSTONI *Historia Britannica*, in fol.

IACOBI Regis Opera Lugduni iunctim prodierunt, in quibus multa insunt historica.

RODOLPHVS BAPTISTA a SALIS *de coniuratione Anglica pyreopulueraria*, cum *Barclaii Euphormione* editus est.

§. 5.

HORNII *Historiæ motuum Britannicorum.*

GEORG. BVTEI *Elenchus motuum nuperorum in Anglia.*

[Inno-

Digitized by Google

*Innocentia Caroli Regis ſ. Acta cauſſæ regiæ.* Cap. XIV. Hiſt. Britann.

Εικὼν βασιλικὸν *Caroli Regis*, libellus eſt non inelegans.

CLAVDII SALMASII Defenſio Regia.

MILTONI *Defenſio pro Populo Anglicano* contra *Salmaſium*: & eiusdem reliqua ſcripta circa hanc materiam.

„*Miltonus* nugas agit tantum, cum vult „probare, regem fuiſſe tyrannum. Et „ſane male accuſatus eſt tyrannidis; nec „ſatis etiam defenſus a *Salmaſio*. *Diſſ. ad „Lipſii Polit. p. 183*

„*Miltoni* cuiusdam Britanni libellus pro „ſcelere omnis memoriæ immaniſſimo „ſcriptus & pridie ex Belgis allatus ani„mos omnium nouitate rei & atrocitate „conuertit, excuſare enim parricidium, „cui nulla ætas vidit ſimile, quid excuſare? „vltro vt pulcerrimum facinus, Deique „immortalis nutu & optimo iure patra„tum prædicare, alterum & plus quam „parricidium videbatur. Igitur non te„nuit ſe de amicis *Salmaſii* quidam, quin „commoto ſimilis, mirari ſe plurimum, „diceret, quid viro erudito in mentem „veniſſet, vt ſcriberet (proferebat enim „literas) *Miltonum* ſic peſſimam cauſſam „egiſſe bene, vt *Salmaſius* optimam male „egerit. An fucati nec ſatis Latini ſtili

„profluen-

Cap. XIV. Hiſt. Britann.

„profluentia tantum cuiquam imponere „potuit, vt bene agere negotium ſuſce„ptum videretur, qui de importuniſſimo „ſophiſtarum genere mores impuri ſyco„phantæ mutuatus, iuris diuini humani„que diſcrimen peruertere & ſine vlla phi„loſophia aut antiquitatis cognitione in o„mne honeſtarum literarum genus furioſe „graſſari non dubitauit? Vt agnoſcas par„ricidam ſacrilegum, infames parricidas „ſuæ diſciplinæ auctores facit, eorumque „verbis vtitur. Aodis illi exemplum ad „defenſionem parricidii placet: prorſus „vt Iacobus Clemens monachus, cum „Henricum Valeſium nefario ſcelere tru„cidare conſtituiſſet, perſuaſit ſibi, ſe eſ„ſe * Aodem ſiue Ehudem, Regem „vero Henricum Eglonem Moabitum. „Tum ſanctiſſimi Numinis voluntate & „inſtinctu conſpiratos deteſtabile facinus „aggreſſos eſſe eo orementitur, quo ** „Balthaſar Girardus Guilielmo Naſſouio „percuſſor immiſſus nil niſi iubente Deo „& impellente ſe feciſſe gloriatus eſt. „Quid mirum ergo, ſi verba Dei immor„talis venerandis prodita voluminibus „ſubinde cauillari nunquam deſinit, „qui numen eius in atrociſſimi maleficii „crimen & inuidiam vocare haud eſt ve„ritus? Nam quæ in *Ariſtotelem* & o„mnem ciuilem diſciplinam peccat, reuo„catis ab orco tribunitiis furoribus & „per-

* *Franc. Heraeus T. III. a. 1589. p. 428.*

** *Idem an. 1584. p. 363.*

„perturbata omni vt administrandæ rei-
„publicæ, ita disputationis suscipiendæ ra-
„tione, nolo verbosius persequi. Ma-
„gnum certe desperatæ caussæ argumen-
„tum apud me est *Miltonus* defensor. - -
„ - - - - - - Dedisse specimen
„*Miltonum*, quam proterue illudere re-
„rum ciuilium auctoribus consueuisset,
„cum *Aristotelis* nomen fœdis in permi-
„scenda omnis reipublicæ ratione errori-
„bus prætexuit, tyrannidis descriptionem
„præter mentem & disciplinam eius ad
„fraudem securitatis publicæ & res nouas
„conuertit; regnum Spartanum, in quo
„nil nisi nomen magni inesse difertis ver-
„bis testatus erat Philosophus, vt solum &
„verum regnum, quasi eo auctore, ven-
„ditauit; regendæ denique ciuitatis po-
„testatem non nisi sapientissimo ciuium
„concedendam, vt decretum eius scholæ
„promulgauit. Neque melius in histo-
„ria rem geri, vel ex iis perspici posse,
„quæ de lege regia, de Principatu Cæsa-
„rum Romanorum antiquo, de scripto-
„ribus annalium, incertum imperitia ma-
„iore, an confidentia afferantur. Sed
„*Miltono* quidem, inquit, etiamsi in tanta
„veri bonique ignoratione non versare-
„tur, malitia suo alienoque ingenio inci-
„tata pro sapientia fuerit. *Museum p.* 31. *sq.*

„De *Salmasii* libro pro Rege aduersus
„par-

Digitized by Google

Cap. XIV. Hist. Britann.

„parricidas scripto, erant, qui curiosius „sibi quærendum putarent. Nemo qui„dem de *Miltono* aliter, ac ante demon„strauimus sentiendum, aut cum aliis ini„micis *Salmasii* id incusandum iudicabat, „quod in argumento sublimi vocem non „sustuliisset altius, & maiore spiritu ac con„tentione caussam egisset. Alia erant, „quæ desiderabantur, maior præsertim „rerum ciuilium peritia, perspicua & di„lucida cum grauitate expositio, omissa „verbosa simulatione doctrinæ, denique „ordo quidam, & in ordine modus, & in „vtroque constantia. Tale enim vide„batur hoc opus, vt nec antiquitatis exem„plum referret, nec limatis nostræ ætatis „iudiciis satisfaceret. Ipsi sibi documen„to esse potest *Salmasius*, inquiebat non„nemo, non idem esse, vetustatis memo„riam illustrare literis & reipublicæ ac „sæculi sui caussam tueri sapientia. Sole„bat ille *Grotii* insigne *de iure belli ac* „*pacis* opus satis arrogantcr aspernari, & „ad omnem ciuilis disciplinæ mentionem „tantum non nauseare. Quis hoc ferat „in eo, qui in vniuersa de iure regum „disputatione pleraque rationum mo„menta tam diligenter a *Grotio* mutua„tur, vt frustra nomen dissimulaue„rit? nisi quod diuersus a suo au„ctore sæpius est, dum transferendo „quæ accepit, deteriora facit, & inuitis

„Musis

„Musis ac Apolline immutat. Quam enim „importuna & crassa, nulloque erudito „homine, nedum *Grotio*, digna sunt, quæ „de iure licentiæ, vt appellitat, philosopha„tur? Tantum abest, vt intellexerit, quæ „viri ciuiles de potestate regum nulli hu„mano iudicio obnoxia grauiter, caste, & „exquisita cautione adhibita, tradiderunt, „vt ista omnia vltro impudentia sermo„num & verborum insolentia corrumpe„ret, & sacrosancta imperii pignora pro„fanaret. Nihil interest scilicet extem„poralibus his philosophis inter ista, si di„cas: Qui iure & nomine regio est, non „habet, nisi Deum iudicem; &, eodem „iure continetur potestas flagitiorum o„mnium ac scelerum. At vero aliter ca„tuli olent, aliter sues; diceret ipse *Sal„masius*, cui valde scilicet id verbi ad irri„dendos homines probatur. Iam de iu„reiurando regum, quos ille ludos facit? „quam religionis nihil, nihil pudoris in il„la disputatione? Quis de re omnium gra„uissima tam dissolute vnquam sermoci„natus est? Atque dum nihil aliis debere, „omnia suis auspiciis eruere vult videri, fe„stiue scilicet, ac pene ridicule furti se al„ligat. Dixerat *Grotius*, sed lapsus per „errorem, consentire Hebræos: regi pec„canti inflicta verbera, sed citra infami„am, & quibus ille sua sponte se submit„teret, eligeretque a quo cæderetur, mo„dumque

„dumque verberibus suo arbitrio statueret. „Argo plus videat oportet, cui hæc se a„pud Hebræos requirenti offerant. *Sal„masio* tamen in lucem res occultas pro„ferre solito hæc vltro obuia veluti de me„dio arripiuntur: quo auctore? quem pa„lam aspernatur silentio præteritum, clan„culum veneratur, vt dignum, cuius fide „rem alio ore indictam, eademque opera „irrefragabile suæ auctoritatis pondus „fundari vellet. Quanto mihi vt mode„stiores sic prudentiores videntur, qui „*Salmasio* iudice volitant vt vmbræ, cum „res non ingenii, non eruditionis suæ, vn„de acceperint, fatentur, alienaque pro „suis afferre, aut per se definire, quæ de„bentur aliis, religioni habent. Ita enim „nec gloriæ aliorum obtrectare, nec erro„ris alieni inuidiam sibi suo iumento acci„re contendunt. De iure regio Hebræo„rum quid affert *Salmasius*, nisi ex doctis„simo *Schikardo*, etiam cum non nomi„nat? tam fideliter scilicet, vt errorem no„minum, & si quid in verbis aut interpre„tatione discrepat, retineat aut transcri„bat. Ad historiam rerum Britannica„rum vbi peruentum est, qua in iure re„gum & scelere parricidarum demon„strando vnice opus erat, quam est ieiu„nus & ignarus actorum temporumque „heros ille noster! Nisi credidisset, in vno „nomine suo & doctrinæ & auctoritatis „esse

„esse satis, venisset profecto ad rem tan- Cap. XIV.
„tam paratior & instructior. *Museum p. 41.* Hist. Britann.
*seq.* (*Defensionem huius loci vide in Præf. ad L. II.* Hug. Grotii de *Iure B. & P. p. m. 327. sqq.*)

§. 6.

BEDAE Anglica & inter hæc *Historiæ Ecclesiasticæ Gentis Anglicanæ* Saxonico-Latine cum aliis scriptoribus Cantabrigiæ prodiit 1643.

„Ipse etiam Rex Angliæ ELFRE-
„DVS s. ALVREDVS ante laudatus
„præclare de literis meruit, relictis *Chro-*
„*nicorum Collectaneis* Latinis, multisque
„in linguam patriam conuersis: de quibus
„*Bedam de gestis Anglorum* Saxonica lin-
„gua translatum nuper edidit ex Canta-
„brig. Bibliotheca *Abrah. Whelocus*. E-
„iusdem Regis opera instauratæ sunt per
„Angliam, quales tunc esse poterant, Bi-
„liothecæ; quas incensis passim templis
„Nortmannica bella perdiderant. *De rebus Sæc. IX. & X. p. 193. sq.*

SANDERI opus *de origine & progressu schismatis Anglicani* cum Appendice *Petri Ribadeneira*, lectu dignissimum est, propter varia, quæ circa hoc dissidium inibi continentur particularia: interim tamen cum aliis conferendum.

*Anglicani Romani Collegii Commentariolus de Persecutione Anglicana.*



Digitized by Google

Cap. XIV. Hist. Britann.

FRANC. GODWINVS *de Præsulibus Angliæ.*

NICOL. HARPSFELD *Historiæ Ecclesiastica Anglicana & Comment. de Episc. & Card. Angliæ.*

IACOBVS VSSERIVS Armachanus, *de Statu Ecclesiæ Britannicæ.*

HONORIVS REGGIVS, s. *Georgius Hornius de Statu Ecclesiarum Britannicarum* edit. Lugd.

„Quantum autem ad statum religionis „in vnaquaque gente penitius cogno„scendum attinet, non video, quemad„modum illa cura, nisi erudito eximie & „pie prudenti peregrinatori, delegari pos„sit. Sumat, qui iudicium in eo argumenti „genere cupit exercere, *Honorii Reggii* (*Ge„orgii Hornii*) *de statu Religionis in Anglia* „Commentarium, & meditetur, quomo„do optasset ipse in singulis partibus de„scriptionem institui; quid putasset hic „illic amplius requirendum; vnde cogni„tionis exactioris momenta erui, quo con„textu in suos necti articulos potuerint. *Diss. T. I. p. 28.*

§. 7.

IO. PITSEI, Angli, *Relationum Historicarum de rebus Anglicis Tomus I.* Parisiis. Opus plane eximium & in rebus Anglicis maximum lumen afferre idoneum.

THOMAS IAMES de Bibliothecis Anglicanis.

§. 8.

Digitized by Google

§. 8.

Cap. XIV. Hist. Britann.

HECTORIS BOETHII *Historia Scotica* cum continuatione *Io. Ferrerii.*

GEORGII BVCHANANI *Historia Scotica* stilo elegantissimo conscripta: verum in Reginam Mariam nimis, & præter meritum haud raro acerba est.

*De Hibernia* IACOBVS WARAEVS scripsit.

RICHARDVS STANIHVRSTIVS *de rebus in Hibernia gestis.*

## CAPVT. XV.

### DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE DANICAE ET SVECICAE.

§. 1.

ANDREAE BVREI extat Orbis Arctoi descriptio.

HIERON. TVRLERI de migrationibus Populorum Septentrionalium, elegans admodum opusculum.

SAXO GRAMMATICVS editus cum Annotationibus *Stephani Ioannis Stephanii.* Non tantum Daniæ *Saxo*, sed etiam omnium populorum Septentrionalium res complectitur. Scripsit an. 1177. vsque ad 1186.

ALBERTI KRANTZII Suecia, Dania,

Cap. XV. Hist. Dan. & Suec.

nia, Norwegia, cui in fine subiungitur *Christiani Cilicii* Bellum Dithmarsicum & *Iacobi Ziegleri* Scandia.

AENEAE VITI Regnorum Aquilonarium, Daniæ, Sueciæ, Norwegiæ Chron. cum *Iac. Ziegleri* Scandia.

*OLAVS MAGNVS, scriptor non adeo fabulosus, vt vulgo creditur.

IO. MAGNI Historia Gothica, item de Episcopis Vpsalienſibus.

§. 2.

SVENO AGONIS, primus Danicæ gentis Historicus.

Præterea Danica scripserunt IO. LYSCANDER, IO. ISAACIVS PONTANVS, OLAVS WORMIVS, IAC. ZIEGLERVS.

ISAACII PONTANI *Historia Danica* nobilissimum opus est.

*Grotius* habuit scriptorem Dânicum, Danica lingua, vnde ferme contexuit suâ prolegomena Gothica.

MEVRSII Res Danicæ. Iudicium vide supra, vbi de Belgicis.

HVITFELDII Historia Danica, vernacula lingua.

§. 3.

IOANNIS BOCERI Reges Daniæ.

ERPOLDI LINDENBROGII Regum Danicorum Historia.

IONAE KOLDINGENSIS Genealogia Regum Daniæ.

CASP.

Digitized by Google

CASP. ENS Res Danicæ Friderici I. Cap. XV. Hist. Dan. & Suec.

ERASMVS MICHAEL LAETVS *Margaretica*, seu res Margarethæ versu Heroico scripsit.

§. 4.

Norwegica scripsit SNORRO STVRLESONIVS.

DITMARI BLESKENII *Islandia;* contra quam ARNGRIMVS IONAS Islandus *Anatomen Bleskenianam* scripsit.

§. 5.

Gothica scripserunt PROCOPII Continuator AGATHIAS, ABLAVIVS, IORNANDES, GVIDO RAVENNAS, & qui scriptores extant in *Hispania illustrata* &c.

STIERNHIELMIVS de Gothis.

Cetera Gothica, quæ ad emigrationes e Septentrione factas potissimum attinent, Italicis, Francicis, Hispanicis, Britannicis, Germanicis rebus inserta reperiuntur.

§. 6.

MICH. WEXIONII noua descriptio Sueciæ.

IO. LOCCENII *Historia Sueo-Gothica*, in qua res Gustaui I. in primis diligenter collectæ sunt. Eiusdem *Antiquitates Sueo-Gothicæ.*

CHEMNITII de bello Germanico Tomi II. hus quoque merito referuntur. Huic archiua suppeditauit illustris. Comes

Cap. XV. Hist. Dan. & Suec.

Ochsenstiernius, Suēciæ Cançellarius splendissimus.

BOECLERVS *de sua historia belli Danici scribit*: „Iacturam olim feci ingentem „& nunquam sine aliquo morsu desiderii „refricandam: dum in Suecia Archiui præ„fecti ex mole lentius apparatum ad scri„bendum Danicum bellum expediunt, in„termoritur Torstensohnius, magna pars „totius belli. Is hoc solatium valetudi„nis optabat, si mihi lecto assidenti plera„que, quæ ex Actis repeterem, posset ex„planatius differere, dictare, interpretari. „Cum denique iam accepissem, quicquid „erat instrumenti, ex Archiuo, Torsten„sohnii mors omnia interrupit. *Epistolæ ad Boineburgium in Struuii Actis ex MSS. Fasc. VI. p. 24.*

ANDR. HILDEBRANDI Genealogia Regum Sueciæ.

IO. MESSENII (qui regnante Christina coniurationis vna cum filio reus factus & publico supplicio affectus est) *Theatrum Nobilitatis* Suecicæ; correctum tamen a Domina *Catharina Boot*, Genealogiæ Suecicæ peritissima. Eiusdem extat *Exegesis*.

„Editum est *Theatrum Nobilitatis Sue„canæ*, quo exteri securius vtuntur. At in „Suecia multi auctoris errores annotati „comperiuntur, multa deliquia. Cuius „rei

„rei abunde mihi fidem fecerunt inſpecti „non ſine admiratione Commentarii illu- „ſtriſs. Matronæ *Catharinæ Boot*; quos „grande illud ſui ſexus ornamentum & no- „bilitatis Succicæ gemma tanto ſtudio, di- „ligentia, diſpoſitione, ſua manu exarauit, „& quantum ad inſignia attinet, depinxit, „vt comparatum his laboribus *Theatrum*, „quod dixi, vel defectu notitiæ plenioris, „vel tractationis ſecuritate plane vileſcat. „Itaque ſpero futurum, vt a popularibus „& propinquis exoretur Generoſisſima „Domina, ne ſuam, ne patriæ nobilitatis „gloriam publicæ orbis notitiæ diu ſubtra- „ctam velit. *Diſſ. T. I. p. 14.* Cap. XV. Hiſt. Dan. & Suec.

§. 7.

BAAZII *Hiſtoria Eccleſiaſtica Sueciæ.*

VASTOVII *Vitis Aquilonia ſeu Suedia Sancta* in Hiſtoria Eccleſiaſtica ſæpe citatur.

IO. MESSENII *Chronicon de Epiſcopis Suedicis.*

PAVLINI Archiepiſcopi Vpſalienſis Hiſtoria Eccleſiarum Sueciæ.



Digitized by Google

Cap. XVI. Hist. Moscou. Tart. & Polon.

# CAPVT XVI.

## DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE MOSCOVITICAE, RVSSICAE, TARTARICAE ITEMQVE POLONICAE & LITHVANICAE.

### §. 1.

MICH. LITHVANI *de moribus Tartarorum, Lithuanorum & Moschorum Fragmenta X.* Item IO. LASITII *de Diis Samogitarum & religione Armeniorum* Tractatus editus a *Io. Iacobo Grassero* Basil. Tomo vno.

*Mores Russorum, Moscovvitarum & Tartarorum*, a diuersis auctoribus descripti, apud Commelinum.

MATTHAEI MIECHOVII *Sarmatia Asiatica & Europæa* præcipuum fere opus est in his rebus.

### §. 2.

ALEX. GAGVINI elegantissimus Tractatus *de Sarmatia Europæa.*

SIGISMVNDI ab HERBERSTEIN *Moscouia.*

ANTONII POSSEVINI *Moscouia*, cui absque vlteriori examine non statim confidendum.

*Rerum*

Digitized by Google

*Rerum Moſcouiticarum Scriptores varii* in vnum corpus redacti, Francofurti. Cap. XVI. Hiſt. Moſcou. Tart. & Polon.

REINHOLDVS HEIDENSTEIN *de bello Moſcouitico* laudatur a *Thuano* Hiſtor. Lib. XXXVII. ad an. 1581. m.

IACOBI VLFELDII, Nobilis Dani, *Hodœporicon Rhutenicum* ex Bibliotheca *Goldaſti.*

§ 3.

*Polonicæ Hiſtoriæ Corpus* editum Baſil. a IO. PISTORIO; ſed raro haberi poteſt.

*Rerum Polonicarum Tomi III.* Francof. apud Wechel.

SIMON STAROVOLSCIVS quoque in rebus Polonicis laudatur. Scripſit *Poloniam*, item *Scriptorum Polonicorum elogia & vitas*, vt & *Sarmatiæ bellatores.*

*Chronicon Polonicum*, Cracouiæ.

MARTINVS CROMERVS *de Origine & rebus Polonicis* præcipuus fere auctor habetur in hac materia.

SALOMONIS NEVGEBAVERI *Hiſtoria Rerum Polonicarum* apud Aubrium.

IO. HERBVRTI de FVLSTIN *Chronicon Polonicum.*

§. 4.

ORICHOVII *Annales de rebus Sigiſmundi Auguſti* plane inſignes & magna prudentia conſcripti ſunt, ſed rariſime reperiuntur; quod dolendum. Ipſe Senator regni fuit, & rebus ipſis interfuit.

AN-

Digitized by Google

Cap. XVII. Hist Moscou Tart. & Polon.

ANDREAS MAXIMILIANVS FREDRO *de rebus gestis Polon. sub Henrico Valesio.*

PIASECII Annales satis magni æstimantur: notandum tamen, cum in rebus Polonicis bonus sit, in aliis eum errores plurimos committere.

LVBIENSKII Historia eleganti stilo scripta.

## CAPVT XVII.

### DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE HVNGARICAE ET TRANSSYLVANICAE.

§. 1

*RErum Hungaricarum Scriptores varii Historici & Geographici*, Francofurti apud Wechelios.

*Rerum in Pannonia memorabilium narrationes* variorum Scriptorum, editæ a REVSNERO.

SCHEDELII *Hungarica* per modum disputationis, Argentinæ, præside BERNEGGERO proposita; satis quidem diligenter, absque tamen iudicio scripta sunt magno.

§. 2.

ANTONII BONFINII *Decades*, qui grauitate & elegantia præcipuus in his rebus scriptor est.

„*Bonfi-*

„*Bonfinius* haud indiligens Hungari- Cap. XVII.
„carum rerum ſcriptor: *Diſſ. T. II. p. 184.* Hiſt. Hung.
NICOLAVS ISTHVANFIVS Pan- & Tranſylu.
nonius, *de rebus Hungaricis.*

CASP. ENS *Rerum Hungaricarum Hiſtoria.*

GOTHARDI ARTHVSII *Hiſtoria Chronologica Pannoniæ.*

§. 3.

BETLENII *Res Tranſyluanicæ* in 12. cum Appendice,

LEVINI HVLSII *Tranſylulaniæ, Moldauiæ, Wallachiæ deſcriptio.*

Plura huc pertinentia in ſcriptoribus rerum Turcicarum habentur.

## CAPVT XVIII.
## DE
## SCRIPTORIBVS HISTORIAE TVRCICAE & SARACENICAE.

§. 1.

GVILIELMVS POSTELLVS *de moribus, religione & republ. Turcarum.*

MONTALBANVS *de moribus Turcarum*: cui coniungendus eſt CVSPINIANVS.

NICOLAI HONIGERI *deſcriptio Aulæ Turcicæ Ottomannici Imperii.*

CASPAR DORNAVIVS *de incrementis Dominatus Turcici.*

VBER-

Digitized by Google

Cap. XVIII. Hist. Turc. & Saracen.

VBERTVS FOLIETA *de causis magnitudinis Imperii Turcici.*

BVSBEQVII *Epistolæ* elegantissimæ.

§. 2.

LVDOVICI CAMERARII, IO. BAPT. EGNATII & THEODORI GAZAE de Origine Turcarum.

CHRISTOPHORVS RICHERIVS & NICOLAVS EVBOICVS de rebus Turcicis.

CAELII AVGVSTINI CVRIONIS Saracenica Historia, cum *Chronico* DRECHSLERI & aliis.

Historia Saracenica ERPENII.

§. 3.

Turcicarum rerum Scriptores LONICERI.

SANSOVINI Historia Turcica, Italice, in 4.

IOACH. CAMERARII *Commentarii de rebus Turcicis.*

GILBERTI COGNATI *Chronicon Sultanorum Principum.*

LEVNCLAVII *Annales Sultanorum Ottomannicorum.*

MARINI BARLETII *Chronica Turcica.*

TVBERONIS Historia Saracenica.

§. 4.

LEVINVS TORRENTIVS de bello Turcico.

IO. ARNOLDI Bellum Saracenicum.

*Scander-*

*Scanderbegus* GEORGII PONTANI a BREITENBERG & eiusdem *Dialogus de ſtatu Hungariæ.* Cap. XIX. Hiſt. Turc. & Saraeen.

PHIL. BESCHLERI Orator Terræ ſanctæ & Hungariæ.

Huc quoque pertinent *Conſilia de bello Turcico* duobus Tomis edita a *Reusnero.*

## CAPVT XIX.

## DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE HISPANICAE.

### §. 1.

*RErum Hiſpanicarum, Luſitanicarum, AEthiopicarum Scriptores* plurimi & vltra LX. quidem congeſti ſunt in vnum corpus, Francofurti a PISTORIO.

*Hiſpania Illuſtrata*; Francofurti apud Marnii & Aubrii hæredes.

PANTALEONIS CANDIDI opus eſt de *Goth-Iberis*, ſeu de Gothicis per Hiſpaniam Regibus ex Teutonum Gente originem trahentibus.

### §. 2.

Chronica Hiſpaniæ ſcripſerunt PETRVS ANTONIVS, ALPHONSVS a VILLADIEGO.

FLORIANVS a CAMPO Tomos rerum Hiſpanarum Hiſpanica lingua publicauit.

MA-

Digitized by Google

Cap. XX. Hiſt. Hiſpan.

MARIVS ARETIVS Hiſpaniæ Chronographiam concinnauit.

HIERON. CONNESTAGGIVS Italus & IO. MARIANA arte ſcribendi reliquos ſuperant.

§. 3.

Antiquitates Hiſpanicas eulgauit ANTONIVS AVGVSTINVS: quem librum commendo in primis ICtis, & rerum, quas inſigniores exiſtimo, cognoſcendarum cupidis.

Illuſtris hic eſt Genealogia Regum Hiſpanicorum RODERICI de YEPES.

LVD. de MOLINA *de Hiſpanorum primigenitorum origine & natura*, cum Additionibus.

## CAP. XX.

### DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE FRANCICAE ET GALLICAE.

§. 1.

BONAVENTVRAE CASTILIONEI *de Gallorum Inſubrum antiquis ſedibus.*

GAVDENTIVS MERVLA *de Antiquitatibus Galliæ Ciſ-Alpinæ.*

CAROLVS MOLINAEVS *de Origine ac progreſſu Regni & Monarchiæ Francorum.*

FRANC.

Digitized

FRANC. HOTOMANNI *Franco-Gallia & Græco-Gallia*; contra quem scripsit PETRVS TVRELLVS Parisiis. Hic *Hotomannus* cum reformatis addictus esset, bono religionis, quam profitebatur, & ex certa hypothesi asseruit, regnum Galliæ mixtum esse, licet ipse contrarium sciret; quo scilicet regem a sensu potentiæ suæ auerteret paululum: sicut ante eum etiam tenteuerat CLAVDIVS SESELLIVS in elegantissimo libello *de Regno Galliæ & regum officiis*. *Hotomannus* magni nominis ICtus *Thuano* est; ob religionem Hugonotticam profugus, in Galliam iniquus fuit. ANTONIVS MATHARELLVS se ei opposuit. Cap. XX. Hist. Gall.

„Egregia autem doctrina famaque „præditos viros, *Francogalliæ* scriptorem, „& qui se *Bruti* nomine dissimulauit (si„ue *Mornæus* is est, siue *Hubertus Lan„guetus*) quis non miretur, cum ea in „publico dudum proponere in animum „induxerunt, de iure regio semper in or„dinem redacto & redigendo, de pote„state populi semper & vbique summa, „regumque & optimatum iudice ac mo„deratrice, quibus, nemo est parricida„rum & seditiosorum latronum, quin „tanquam coloribus prauas molitiones „pingere & vltimi turpitudinem malefi„cii veluti honesta præscriptione tegere „nullo negotio post illa potuit? Egit il-

Cap. XX. Hiſt. Gall.

„los credo in transuerſum metus & ſo-
„licitudo temporum, cærimoniis & ſa-
„cris, quæ amabant, nihil fauſti porten-
„dentium; vt regum conſtringendæ li-
„centiæ etiam iuſtam omnique iure de-
„bitam poteſtatem in dubium vocare
„inſtituerent : quo fere conſilio eximii
„quidam viri, vt prurientes in pugnam
„Chriſtianorum animos obice quodam
„morarentur, fas eſſe Chriſtianis bella-
„re negauerunt. Sed hoc eſt ſcilicet,
„malum malo ſanare , & priuato peri-
„culo reipublicæ vulneribus mederi.
„Quam vero auctoritatem, quam pos-
„ſunt habere fidem in aliis, qui in re o-
„mnium maxima ſtare a mendacio con-
„tra verum non verentur ? Fructum
„quidem huius conſilii, quem ſibi pro-
„ponebant, nemo illorum quisquam con-
„ſecutus eſt: irritatis, quorum iuri illu-
„debatur , Principibus ; & vulgo ad
„præſidium ab audacia & turbis mutu-
„andum tam inſolentis philoſophiæ no-
„uitatibus illecto. *Muſeum p. 35. ſq. Conf. infra c. 44. in fine.*

ISAACII PONTANI *Origines Francicæ.*

IO. MAINI *Illuſtrationes Gallicæ & Troianæ.*

SIMONIS SCHAMBERGII *Deliciæ Gallicæ, ſeu Mercurius Gallicanus.*

§. 2.

Digitized by Google

§. 2. Cap. XX. Hist. Gall.

STEPHANVS FORCATVLVS *de Gallorum imperio & Philosophia.*

MATTHIAE ZAMPINI *de Statibus Franciæ illorumque potestate epitome.*

VINCENTIVS LVPANVS *de magistratibus & præfecturis Gallorum.*

§. 3.

Franco-Gallica a Francicis distinguenda esse monemus; vulgo tamen auctores hæc coniungunt: quod ferri potest, si non confundant.

Editio Francicorum Historicorum triplex, 1.) Pithœana anno 1588. 2) Freheriana, anno 1613. siue Hanouiensis, 3) Parisiensis anno 1627. *Corpus Historiæ Francicæ* vulgo appellatur.

*Corpus Scriptorum Francicorum* plurimorum editum ab ANDREA du CHESNE patre II. Tomis, & FRANC. du CHESNE filio, III. Tomis in fol. Parisiis, sunt admodum egregia & memorabilia opera.

„Horbius vidit Parisiis apud Claud. „du Chesne, parentis eius fratrisque ope„ra XXV. Tomis absoluta; quibus Histo„ria Francica ad an. 1620. perducitur. Pro„dierunt V. tantum Tomi, ceteri impen„sas & editores expectant, quos miror in „regno florentissimo deesse posse. *Ex Epistola Bœcleri in Felleri Monumentis ineditis. Trimestr. I. p. 25.*



Digitized by Google

Cap. XX. Hiſt. Gall.

§. 4.

ROBERTI GAGVINI *Annales rerum Gallicarum*, vt omnia eius viri, valde egregii ſunt, cum ſupplemento *Huberti Velleii*.

PAVLO AEMILIO ſtilo nemo ſuperior eſt; quem continuauit ARNOLDVS FERRONVS longe impari, ſpecimini tamen dando ſufficiens, quomodo etiam in re ſeria Terentianis verbis vti liceat.

„Scio vix toleraturas multorum aures, „ſi quis dicat: *Paulum AEmilium*, cui de „ſcriptoribus Gallicis plurimum creditur, „ſæpe hiſtoriam confundere, ſæpe non ex „rerum fide, ſed ex impetu calami inter„polare, fingere multa, vt animo con„cepit, non commemorare, vt memo„riis publicis ea debere potuit. Sed nec „illud neſcio, ſenſuros mecum, qui hi„ſtoriæ non legendæ tantum diligentes, „ſed iudicandæ etiam, ſeu, quod eodem „recidit, ſcribendæ periti ſunt. *Comment. de rebus ſæculi IX. & X. in præfat.*

„*Pauli AEmilii*, viri, vt ad priſcam „ſcribendi formam proxime accedentis, „ſic ceteris merito præferendi auctoritate „præcipue vſi ſumus. Tanta nimirum „& cura & grauitate, nec minus erudito „orationis filo Francorum memoriam „regum perſequitur. *Diſſ. T.* II. *p.* 130.

„*Arnol-*

Digitized by Google

„*Arnoldus Ferronus* eſt rectiſſimi iudi- Cap. XX.
„cii ſcriptor. *Diſſ. ad Lipſii Politica.* Hiſt. Gall.
*p. 92.*

PAPIRII MASSONI *Annales* itidem inſignes ſunt.

IOANNIS SERREI *Inuentarium generale Hiſtoriæ Franco-Gallicæ* præcipuum fere opus eſt in rebus Gallicis. Nemo enim eas ita vniuerſaliter pertractauit. Sed editiones quædam valde ſunt caſtratæ.

SCIPIONIS du PLEIX *Hiſtoria rerum Gallicarum* lingua vernacula eleganter conſcripta eſt.

§. 5.

HADRIANI VALESII *Annales* Francorum eximii.

„*Hadr. Valeſius* in opere de rebus Fran-
„cicis in multis plus ſibi ſumit, quam par
„eſt, neque documenta ſemper ſatis ido-
„nea affert. *Sæcula IIIr. p. 239.*

„Valeſius ſæpe nomen Oratoris &
„Hiſtorici miſcet, - - - - diligentia ſua,
„qua omnia ſcrutatus eſt & collegit, cu-
„rioſo lectori ſatisfecit, *ibid. p. 343.*

FROSSARDVS item nobiliſſimus ſcriptor eſt, quem in compendium contraxit *Sleidanus.*

ENGVERRANDVS MONSTRELETVS.



Digitized by Google

Cap. XX. Hist. Gall.

PHILIPPVS COMINAEVS *de rebus Ludouici XI. Galliæ Regis Historiam* scripsit tanta prudentia, vt cum antiquis fere comparari mereatur. *Io. Sleidanus* Latine eum vertit & diffusius ab eodem exposita contraxit; *Caspar Barthius* vero de verbo ad verbum transtulit. *Sleidani* tamen versio elegantior est.

„Renascentibus literis & cultiore sæculo non infeliciter resumta ea commentatio (Historiæ scriptio) aliquorum famam vsque ad priscorum præstantiam celebrauit. Inter hos est *Philippus Cominæus*, quem *Polybio* comparauit *Lipsius*: non sine magna ratione. Vterque enim obseruatione acutus, judicio solers, prudentia copiosus; &, quod omnibus ceteris laudibus sublimius raro apud alios deprehenditur, probitatis, conscientiæ, reverentiæ erga fatum & fatales euentus, perpetuis notis mixtissimus. Illud quoque commune habent, quod vbi rei dignitas, cognitionis vtilitas, vsus & applicationis dexteritas postulare notam videtur, subsistunt, lectoremque suum tanquam in re præsenti cum cura & fide instruunt. Eiusmodi digressiones apud *Cominæum* plurimos summa cum voluptate & emolumento passim videre est. *Diss. Tom. I. pag. mes. sq.*

„*Polybius* in omnibus paginis monstrat,

„ſtrat, quomodo omnia fato & arbitrio „diuino regantur. In Chriſtianis *Cominæ-* „*us*, verus *Polybius* Gallicus, eum eſt „optime imitatus. *Diſſ. ad Lipſii Politi-ca p. 76. ſq.* Cap. XX. Hiſt. Gall.

§. 6.

PETRI MATTHAEI & RVDOLPHI BOTEREI Commentarii in primis a Gallis æſtimantur.

„*Petri Matthæi* Gallicum opus (de Se-„iano) ſatis celebratum, ſicut omnia eius „opera prudentia & eruditione excellunt; „quamuis ſcribendi artibus ingenium non „æquet. *Sæcula IV. p. 55.*

MARTINI BELLAII Commentarii *de rebus Gallicis* admodum eximii ſunt.

STEPHANVS DOLETVS *de rebus geſtis Franciſci Valeſii Regis Francorum.*

THVANVS Hiſtoricorum noſtri ſæculi princeps iam ſupra nominatus eſt, quia ſcilicet non tam res Galliæ, quam vniuerſi orbis deſcribit.

THOMAS CORMERIVS *de rebus geſtis Henrici II. Galliæ Regis.*

LAVRENTII RISEBERG *Epitome de rebus Gallicis.*

CASP. ENS *Annales de bello Gallo-Belgico* ſcripſit.

BARTHOLOMAEVS GRAMMONDVS de rebus Ludouici XIII. incipit fere, vbi *Thuanus* deſiit; ve-



Digitized by Google

Cap. XX. Hist. Gall.

rum *Thuano* valde impar est. *Bignonius* certe, decus Galliæ, nullius momenti librum duxit; & sane stilus admodum fucatus est, prudentiamque passim ostentat: quod ipsum tamen eruditis valde molestum accidit. Vide *Bæclerum* de Subtilit. Aulicis. thes. 41.

„Quid Tholosano illi præsidi in angu„stiore scripturæ modo euenerit, *Bigno„nius* aliquis, cuius iudicium qui non re„uereatur, nihil cum Musis commune & „Gratiis habere putetur, pronuntiauerit. „Et sunt tamen in illis voluminibus, quæ „imperitis, vt imagines virtutum similes, „stili quadam opinione; exteris autem „nonnulla rerum cognitione, vltro blan„diantur. *Museum p.* 12.

„Et quidem *Bartholomæum Grammon„dum* Gallicarum rerum scriptorem, tibi „commendem. Ex illustri argumento ma„xima quæque delegit, historiamque suam „Gallico quodam lepore tinxit: cui nisi „obstaret nouitas & inuidia, forte inter „inter magnos scriptores numeraretur. *Diss. T. III. p.* 349.

§. 4.

Ecclesiæ Gallicanæ Historia, Paris. 1626.

Franc. Archiepiscopi Rothomagensis de rebus Ecclesiasticis Historia. Paris. 1645.

FLODOARDI seu FRODOARDI *Historia Ecclesiastica Rhemensis*, quam edidit *Sirmondus*.

FLO-

IO. IAC. CHIFLETIVS, vir doctissimus, Vesontinus, Commentariam edidit *de Vescatione & Archiepiscopatu Vesontino* an. 1618. & librum *de Ampulla Rhemensi* an. 1651. Cap. XX. Hist. Gall.

§. 8.

In Burgundicis PONTI HEVTERI duo extant opera, quæ maximi fiunt, & sunt *Res Borgundiæ* & *Carolus Audax*.

NIC. VIGNERII *Burgundicarum Rerum Chronicon*.

GVIL. PARADINI tractatus nobilis *de antiquo statu Burgundiæ*.

GILBERTI COGNATI Burgundica & Gallica.

LAMBERTI van der BVRCH Historia Sabaudica.

## CAPVT. XXI.

### DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE HELVETICAE.

§. 1.

HOTTINGERVS, vir clarissimus, dissertationem scripsit, *quomodo legenda sit Historia Heluetica*.

HENR. GLAREANI *Descriptio Heluetiæ*, summæ diligentiæ opus.



Digitized by Google

Cap. XXI. Hist. Heluet.

IOSIAS SIMLERVS *de Heluetiorum Republica*, quod introductionis loco esse solet in Historiam Heluetiorum.

§. 2.

FRANC. GVILLIMANNVS (cuius opera omnia valde eximia) *de rebus Helueticis* s. *Antiquitatibus*.

STVMPFII Chronicon Heluetiorum, insigne opus, quod tamen raro reperitur.

MICHAELIS STETLERI Chronicon Helueticum propter elegantiam stili Germanici magni faciendum; licet alterum illud *Stumpfii* magis sit eruditum.

IO. HENR. SVICERI *Chronologia Heluetica*.

BILIBALDVS PIRCKHEIMERVS, Patricius Noribergensis & Consiliarius Cæsareus, descripsit *Bellum Suitzense seu Helueticum*, quod reperire licet apud *Marq. Freherum* Tomo III. Scriptorum Germanicorum.

§. 3.

IOS. SIMLERI Heluetiæ & Vallesiæ descriptio, cum Appendice.

VRSTISII *Basler Chronick* etiam insigne opus est & stilo Germanico pereleganti conscriptum.

AEGIDII TSCHVDII Gentium Alpinarum descriptio eximia.

FRANC. NIGRI *Rhætia*.

FOR-

FORTVNATI SPRECHERI a BERNECK *Chronicon Rhætiæ.* Cap. XXI. Hist. Heluet.

CAROLI PASCHALII *Legatio Rhætica*, opusculum Historico-Politicum exquisitissimæ eruditionis, & inter omnia viri huius eminens, tanquam in quo ille omnem ingenii ac eruditionis suæ vim ostenderit. Edit. Parisiis in 8.

BENEDICTI ARETII opera Historica, vt de montibus in agro Bernensi.

## CAPVT XXII.

### DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE ITALICAE.

§. 1.

LEANDRI ALBERTI Descriptio Italiæ in fol. præcipuum in Geographicis opus est.

ANT. MAGINI *Italia.*

NIC. REVSNERI *Italia.*

IO. HENRICVS a PFLAVMERN, cuius extat *Mercurius Italicus.*

BLONDI *Italia illustrata* egregium opus est, nisi quod fabulas immixtas habet quamplurimas & multa perobscure proponit.

THOMAE BOZII Eugubini opusculum elegans, quod *de statu Italiæ nouo & antiquo* agit.

BAR-

Digitized by Google

Cap. XXII. Hiſt. Ital.

## BARTHOL. BRIXIANI *Chronicon de Vrbibus Italiæ.*

§. 2.

*Italicarum rerum Scriptores* iunctim editi ſunt Francofurti apud Wechelios.

PETRI LEONIS CASELLAE de primis Italiæ Colonis & Tuſcorum origine, ac republ. Florentinorum.

ERYCII PVTEANI *Hiſtoria Inſubricæ.*

CAROLVS SIGONIVS de rebus Italicis præclare meritus eſt; nam aliquot eius opera extant. Opus eius *de regno Italiæ* inſigne eſt; nec non eiusdem opus *de Vita Andreæ Doriæ*; item *de rebus Bononienſibus &c.*

FRANC. GVICCIARDINVS *de rebus in Italia geſtis*, inſignis ſcriptor, prudenque ac peritus eſt; cum tamen *Bocualinus* vt loquacem ridet.

„*Franc. Guicciardinus* nobilis Florentinus & Hiſtoricus præſtantisſimus. *De rebus Sæc. XVI. p. 465.*

„De *Guicciardino* temere iudicauit „*Boccalinus. Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 94.*

CAMPANI de BRACHIIS, Perusini, Hiſtoria Italiæ.

ALBERTINVS MVSSATVS *de geſtis Imp. Henrici VII; item de Italorum geſtis poſt Henricum & de Ludouico Bauaro.* Edidit *Felix Oſius,*

G A-

Digitized by Google

GALEATIVS CAPELLA de rebus Italicis ſub Carolo V. Cap. XXII. Hiſt. Ital.

MICH. COCCINIVS *de bellis Italicis.* Hic extat in Schardianis operibus, quæ de Caroli V. rebus geſtis agunt.

Plurima etiam habentur de rebus Italicis in *Sabellici Eneade.*

§. 3.

GEORGII FABRICII *Roma*: eruditum, ſed breue opuſculum.

FRANC. ALBERTINVS *de mirabilibus veteris & nouæ Romæ.*

IAC. LAVRI Roma illuſtrata antiqua & moderna, elegans opus eſt, cum figuris æneis. Editio optima in 4.

BARTH. MARLIANVS de *Topographia antiquæ Romæ* cum Additionibus.

OCTAVIANI FERRARII *de Origine Romanorum.*

STEPHANI VINANDI PIGHII *Annales Romanorum*, ſeu *de Faſtis*, opus magnæ eruditionis.

WOLFG. LAZIVS *de Republica Romana.*

§. 4.

PAVLI MANVTII *Antiquitates Romanæ*, cum Notis *Dempſteri a Muresk.*

ANDR. FVLVII *Antiquitates Vrbis Romæ* ſatis ſunt eximiæ.

THEODORI de BRY *Antiquitates Romæ* propter figuras æneas antificioſiſſimas in ſummo pretio habentur.

P. VI-

Digitized by Google

Cap. XXII. Hist. Ital.

P. VICTOR *de Vrbis Romæ Regionibus & locis.*

IO. ANDR. DOSII *Vrbis Romæ ædificia illustria.*

M. ATTILII SERRANI *de septem collibus Vrbis Romæ.*

ONVPHRIVS PANVINIVS *de Basilicis Vrbis.* Eiusdem *de Ludis Circensibus & Triumpho; de Nominibus Romanorum; de Comitiis*; item *de Fastis* eorundem, & alia aliquot opera egregia.

„Fastos Romanos duo doctissimi viri, „*Carolus Sigonius & Onuphrius Panuinius* „exponere sunt aggressi. *Sæcula IV. p. 237.*

IO. BAPT. de CAVALLERIIS *antiquæ statuæ Romanorum.*

BOSII *Roma subterranea* cum figuris æneis in fol.

§. 5.

IVLIVS CAESAR BVLENGERVS *de Imperio & Imperatore Romano*, vastum opus, sed non vbique accuratum.

ZAMOSCII seu potius SIGONII (is enim verus auctor est, teste *Thuano* in vita sua) elegans libellus est *de Senatu Romano.*

„FENESTELLAE nihil supereſt; „nam libellus *de Magistratibus Romanis* „ANDREAM DOMINICVM „FLOCCVM, Florentinum, hominem, vt „tum

Digitized by Google

„tum patiebantur tempora, eruditum, „auctorem habet. *Sæc. IV. p. 77.* Cap. XXII. Hist. Ital.

CAROLVS SIGONIVS *de antiquo Iure Italiæ & Ciuium Romanorum.*

ANTONIVS AVGVSTINVS *de LL. & SCtis Romanorum.*

VINC. CONTARENVS *de frumentaria Romanorum largitione & stipendio militari* eorundem eximium scripsit opusculum, quod tamen multis in locis egregius elaborari potuisset.

NIC. GRVCHIVS *de Coniugio Romanorum.*

FVLVII VRSINI *Romanæ familiæ.* Editus est hic libellus cum alio eiusdem argumenti ANTONII AVGVSTINI.

RICHARDVS etiam STREINIVS *de Gentibus & familiis Romanis* scripsit.

IO. KIRCHMANNVS *de funeribus Romanorum.*

Cetera de rebus Romanorum reperiuntur in Philologiæ & Antiquitatum scriptoribus, quorum postea mentio fiet.

## §. 6.

CASP. CONTARENI, viri doctissimi, reipubl patriæ amantissimi, elegans extat opusculum *de Magistratibus & Republ. Venetorum.*

„Con-

Digitized by Google

Cap. XXII. Hist. Ital.

„*Contarenus*, senator Venetus, scripsit „*Rempublicam Venetorum*, vbi monstrat, „rempubl. Venetam mixtam esse ex o„mnibus tribus formis rerumpubl. nempe „Monarchia, Aristocratia, & Democra„tia. *Diss. ad Lipsii Politica p. 98.*

„Non potest dari exemplum notabile „reipublicæ vere ex tribus formis consti„tutæ. Nam, quod *Contarenus* Vene„tam; *Bertius* confœderati Belgii rem„publicam ita describunt, comparationis „potius qualiscunque philosophandi gra„tia institutæ, quam veræ sententiæ ad„struendæ gratia factum intelligi debet. *Dissert. Politicæ p. 393. sq.*

PETRI IVSTINIANI *Res Venetæ.*

ANDR. MAVROCENI *Historia Veneta* minime spernenda est, sed merito præcipuis in rebus Venetorum monumentis accensetur.

PETRI BEMBI *Historia Veneta*, corrupta aliquo modo superstitiosa *Ciceronis* imitatione.

HENR. DANDALI *Chronicon Venetum.*

PETRVS MARCELLVS, VENETVS, SYLVESTER GYRELLVS & HENRICVS KELNERVS *de Vita moribus & rebus gestis omnium Ducum Reipubl. Venetorum.*

IAC.

IAC. SIMANCAE *Collectanea de Rep. Venetorum.* Cap. XXII. Hist. Ital.

IO. BAPTISTAE VERI *Epitome Rerum Venetarum*, non inelegans, putaturque esse *Rhodii*, Dani, Viri Cl. qui Patauii vixit.

Huc quoque pertinent BARONII contra Venetos scripta & responsa.

Item THEODORI GRASWINCKELII *Libertas Veneta*: qui liber tamen viris doctis non adeo probatur. Eiusdem *de Iure Præcedentiæ inter Rempublicam Venetam & Ducem Sabaudiæ.*

„De vtroque titulo prædicto (Celsitu„dinis & Sereniſſimi) vt & aliis Principalis „fortunæ elogiis multa erudite & præcla„re, vt solet, disputat, nec minus subtili„ter obseruat ampliſſimus *Theodorus „Grasvvinckelius* ICtus, in Dissertatione, „*de Iure præcedentiæ inter sereniſſimam „Venetam Remp. & sereniſſ. Sabaudiæ Du„cem. Diss. T. I. p. 501.*

BERNARDINI SCARDEONII *Historia Patauina.*

ONVPHRII PANVINII *Antiquitates Veronenses.*

TORELLIVS SARAYNA *de Veronæ origine & viris illustribus Veronensibus.*

§. 7.

CAROLVS a BASILICA PETRI *de Vita & rebus gestis Ducum Mediolanensium.*

Cap. XXII. Hist. Ital.

*DONATVS BOSSIVS de Episcopis & Archi-Episcopis Mediolanensibus.*

*IO. SIMONETTA de rebus gestis Francisci Sfortiæ.*

*BERNHARDI SACCI Historia de rebus Ticinensibus.*

*IO. CHRYSOSTOMVS ZANCHIVS de Orobiorum seu Cenomanorum origine.*

*ERYCII PVTEANI*, doctissimi Viri *Historia Cis-Alpina, de rebus a Io. Medicæo circa lacum Larium gestis.*

LVD. CAVITELLI *Annales de rebus Cremonensibus.*

§. 8.

*PETRI BIZARI Historia rerum Genuensium & VBERTI FOLIETAE Historia Genuensis* magni fiunt.

*AVGVSTINI IVSTINIANI Annales Genuenses.*

*IAC. BRACELLVS de claris Genuensibus.*

*CASP. SCIOPPII Genealogia Doriarum Genuensium.*

*IO. BAPT. PIGNA de Principibus Astestinis.*

*HVMBERTVS MONTIS-MOZELANVS de bello Rauennæ.*

*HIERONYMI RVBEI* Italica & Rauennæ historia.

*Historia*

Digitized by Google

*Hiſtoria Arimini* ab *OCTAVIANO FANENSE* compoſita. Cap. XXII. Hiſt. Ital.

§. 9.

*POGGII Hiſtoria Florentina* non inelegans.

*LEON. ARETINI Hiſtoria Florentina* inſignis eſt, & propter plurima memorabilia cum illa *Poggii* coniungenda, vt & cum *NIC. MACHIAVELLI Hiſtoria Florentina.* Vterque autem, *Aretinus* & *Machiauellus* acris magnique ingenii fuere, hincque iudicia liberrima hiſtoriæ ſuæ inſerunt & res notatu digniſſimas, vixque alibi reperiendas.

„*Leonardus Aretinus* diligens ſcriptor. *Notæ in AEn. Sylvii Hiſt. Friderici III. p.* 142.

*VGOLINVS VERINVS de illuſtratione Florentiæ.*

*BARTHOLOMAEI SCALAE Hiſtoria Florentina.*

*AVGVSTINVS DATHVS de rebus Senenſium.*

*FRANC. CONTARENVS de rebus in Hetruria a Senenſibus geſtis.*

*CAESAR ORLANDVS de antiquitate Vrbis Senæ eiusque Epiſcopis.*

*GABR. NAVDAEVS* de Cæſena.

§. 10.

*PANDVLPHI COLLENVTII Hiſtoria Neapolitana*, inſignis; ars vero quam



Digitized by Googl

Cap. XXII. Hist. Ital.

auctor in ea scribenda adhibuit, non adeo magna est.

„Iniquis Italorum iudiciis repellendis „idoneus etiam auctor esse potest *Pandul-* „*phus Collenutius*, historici officio & in- „dustria candidius vti solitus. *Notæ ad AEn. Syluii Hist. Friderici III. p. 141.*

„*Pandulphi Collenutii Historia Neapo-* „*litana*, rara libertate & grauitate iudicii „ad exemplum magnorum & veterum hi- „storicorum est conscripta. *Ibid. p. 142.*

De Bello Neapolitano IO. IOVIANVS PONTANVS.

BARTH. FACIVS *de rebus gestis Alphonsi.*

GVILIELMI APVLIENSIS *Historia rerum in Italia & regno Neapolitano gestarum.*

ANT. SANFELICIVS *de Campania.*

AMBROSIVS LEO, Nolanus, *de agro Nolano, deque monte Vesuuio.*

IO. BAPT. MASCVLI *de incendio Vesuuii Lib. X. 1632.*

SALVATORIS VARONIS S. I. *Vesuuiani incendii Hist. Lib. III.*

IVLII CAESARIS RECVPITI *Nuncius de Vesuuiano incendio*, Neapol. 1632.

SCIPIO MAZZELLA *de Puteolis & Cumis.*

IO. FRANC. LOMBARDVS, Neapolit. *de aquis Puteolanis.*

IO.

Digitized by Google

IO. IVVENIS *de antiquitate & varia Tarentinorum fortuna.* Cap. XXII. Hiſt. Ital.

GABR. BARRIVS *de antiquitate & ſitu Calabriæ.*

IO. ELYSIVS *de Balneis AEnariæ.*

§. II.

*Sicularum rerum ſcriptores præcipui in vnum corpus congeſti*, Francofurti.

Primo loco in his nominandus eſt THOMAS FAZELLVS, cuius eximium de rebus ſiculis opus extat.

„*Fazellus* diligens in primis ſcriptor. *Notæ ad AEn. Syluii Hiſt. Frid.* III. *p.* 143.

FELINVS SANDEVS *de Regibus Siciliæ & Apuliæ*, editus a *Marquardo Freherо.*

HVGO FALCANDVS *de rebus geſtis in regno Siciliæ* ſæc. XII. grauitate inſignis & *Boxhornio* laudatus.

CONRADVS VECERIVS *de ſeditionibus Siciliæ & rebus geſtis Henrici VIII.*

ANT. PHILOTHEI de HOMODEIS Topographia AEtnæ montis.

Cap. XXIII. Hist. Asiat.

# CAPVT XXIII.

## DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE ASIATICAE.

§. 1.

IO. BAPT. GRAMMAYE *Asia* insigne opus, & eiusdem Hypomnemata, seu illustria facta gentium Asiaticarum.

*FRANCISCI MODII rerum in Oriente gestarum Historia.*

*REINERI REINECCII*, eruditissimi viri, & cuius opera edita omnia sunt eximia, *Historia Orientalis*; item *Chronicon Hierosolymitanum.*

„*Chronicon Hierosolymitanum* Anony„mi a *Reineccio* editum in 4. Vix potest eo „careri, quamquam grauioribus historicis „iudicio scribendi non potest comparari. *Comment. de Scr. p. 98.*

§. 2.

*PETRI MARTYRIS Historia Palæstinorum, Tyriorum, Sidoniorum.*

*HEIDMANNI Palæstina*, valde eruditum opus, in quod omnium auctorum loca de singulis Palæstinæ vrbibus sunt collata. Editum Helmstadii.

*ADRICHOMII Theatrum Terræ Sanctæ*, opus nobilissimum.

*FRAN-*

Digitized by Google

*FRANCISCI QVARESMII Hiſtorica Terræ Sanctæ elucidatio.* Cap. XXIII. Hiſt. Aſiat.

*IACOBVS BONGARSIVS*, haud obſcurum in literis nomen, edidit opus, cui titulus: *Geſta Dei per Francos*, quo plurimi rerum Orientalium ſcriptores continentur, vt *WILHELMVS TYRIVS* & alii.

*IO. TVCHERI* & *IO. a DVSELDORFF* Itineraria Terræ Sanctæ.

Plurima Itineraria paſſim ſunt obuia.

§. 3.

*Scriptores rerum Perſicarum* in vnum corpus collecti, apud Wechelios. Opus rariſſimum.

*BARNABAE BRISSONII de regno Perſarum* opus; in cuius ſupplementum *Eclogas Arnobianas* ſcripſit *Iul. Cæſar Bulengerus.*

„Neque ſilentio præteriri debent *Briſ-*
„*ſonii* elegantiſſima volumina *de regio*
„*Perſarum principatu. Diſſ. T. II. p. 384.*

*PETRI BIZARI rerum Perſicarum Hiſtoria.*

„Res Perſicas *Bizarus* ex ſequitur ſatis
„diligenter & eleganter; quo nomine in-
„ter recentiores in primis etiam eſt com-
„mendandus. *Sæcula IV. p. 346.*

*HENR. PENIA de geſtis Sophi Perſarum regis contra Turcas.*



Digitized by Google

Cap. XXIII. Hiſt. Aſiat.

HENR. PORSII *Perſici belli Hiſtoria.*

OLEARII *Perſianiſche Reiſebeſchreibung.*

§. 4.

IO. GONSALVI de MENDOZA *Hiſtoria Regni Chinæ.*

KIRCHERI *China illuſtrata*; fol.

MARCVS HENNINGVS *de regno Chinæ.*

TRIGAVLTII Sinenſia & Iaponica.

HAITHO ARMENVS (interdum *Aitonus* vocatur) *de rebus geſtis Orientis & Tartarorum*, illuſtre opus, editum a *Reinero Reineccio.*

MARTINI BRONIOVII *Hiſtoria Tartarorum.*

PETRI PERONDINI *Hiſtoria Tamerlanis.*

„Primus (inter ſcriptores de Tamer„lane) nominari debet *Ahmedus Arab„ſchæ* filius, qui ſtatim ab extincto Timu„ro floruit, multaque ad eius hiſtoriam „pertinentia vſurpauit oculis, cetera e „virorum eximiorum narratione aut „commentatiis hauſit, luculentoque o„pere Arabico complexus eſt: quod *Gro„tius* edidit, & nuper *Hottingerus* Latine „fere per omnia deſcripſit. Poſt *Arabſchia„dem* potiſſimum credendum videatur *Io.*

„*Schilt-*

Digitized by Google

„*bergero*, Monacenſi, qui infelici Regis „Sigismundi expeditione aduerſus Baia- „zethem captus, occaſionem nactus eſt „Perſiam Arabiamque peragrandi, & de „his ipſis Timuri temporibus memoratu „digna vernaculo ſermone conſignandi. „Proximo ponendi loco ſunt *Annales Sul- „tanorum Turcicorum*, quos ab ipſis Tur- „cis compoſitos Latine ac Germanice con- „uerſos *Leunclauius* typis commiſit & ex- „plicauit. Non eadem æſtimatione me- „tienda eſt interdum *Laonici Chalcocondy- „læ* hiſtoria, cum ab iſtis diſcrepat. Non „exigui tamen momenti ſunt, quæ hinc ar- „ceſſere fas eſt. Hos auctores ſequi, & „ad eos, quæ *Perondinus*, *Richerius*, *Cu- „ſpinianus*, aliique tradiderunt, exigere „conſtituimus. *Diſſ. T. I. p. 284. ſq.* Cap. XXIII. Hiſt. Aſiat.

§. 5.

EMANVELIS ACOSTAE *Commentarii rerum ab Ieſuitis in Oriente geſtarum.*

IOSEPHI ACOSTAE *Hiſtoria.*

„*Acoſta*, homo quidem diligens & eru- „ditus, ſed tamen Ieſuita, qui ad lubitum „omnia reformare ſolent. *Sæcula IV. p. 39.*

IO. PETRI MAFFAEI *rerum Indicarum Hiſtoria.*



Digitized by Google

Cap. XXIII. Hist. Asiat.

*Indiæ Orientalis Historiæ*, cum figuris æneis, apud Theodorum de Bry, eiusque Hæredes.

Huc pertinent Nauigationes in Indiam Orientalem omnes, ad 40. vel 50. quæ hodie rarissime omnes simul haberi possunt.

## CAPVT XXIV.

### DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE AFRICANAE ET AMERICANAE.

§. 1.

LEONIS AFRICANI *Descriptio Africæ* (ab hac enim nomen hoc sortitus est) præcipuum opus est, & in quo simul & vetera & noua exponuntur.

IO. BAPT. GRAMAYE *Africæ illustratæ Libri X.*, insigne opus; Coloniæ.

NIC. VILLAGAGNON de Caroli V. expeditione in Africam.

§. 2.

FRANC. ALVAREZII AEthiopica.

NIC. GODIGNVS *de Abyssinorum rebus & AEthiopicis Patriarchis.* Lugd.

MARCI FRID. WENDELINI *Admiranda Nili.*

TRI-

Digitized by Google

TRIGAVLTII & PHILIPPI PIGAVETTAE *Regnum Congo.* Cap. XXIV. Hiſt. Afric. & Americ.

Plura, quæ huc pertinent, extant in *Hiſpania illuſtrata.*

§. 3.

Introductio in res Americanas eſt HIERONYMI BENZONI *Nouus orbis*, opus bene & diligenter conſcriptum.

IO. de LAET *Nouus orbis* inſigne opus eſt, & in his rebus præcipuum, quod plurimos inſuper auctores in ſe continet.

AMERICVS VESPVTIVS, ALOYSIVS CADAMVSTVS, CHRIST. COLVMBVS, PETRVS ALONSVS, LVD. BARTHEMANVS, VINC. PINZONVS vno omnes volumine impreſſi ſunt Baſil.

ANTONII de HERRERA & PETRI ORDONNEZ de CEVALLOS *Nouus orbis.*

HVGONIS LINSCHOTANI Itinerariuin, & Nauigatio.

PETRI MARTYRIS ab ANGLERIA opus de rebus Oceani & Nouo Orbe.

§. 4.

LAEVINVS APOLLINIVS *de Inuentione Regionis Peruanæ & rebus in ea geſtis.* Eiusdem *de Regno Peruano.*

DIEGO de TOSTO *de rebus Peruanis Commentarius.*

IO.

Digitized by Google

Cap. XXIV. Hiſt. Afric. & Americ.

IO. LERII *Hiſtoria Nauigationis in Indiam Occidentalem, ſeu Braſiliam.*

CASP. BARLAEI *Hiſtoria Braſiliana.*

Nauigationes Americanæ plurimæ cum figuris æneis ſeorſium editæ; ſed raro haberi poſſunt.

## CAPVT. XXV.

### DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE LITERARIAE.

§. 1.

POLYDORVS VERGILIVS *de rerum inuentoribus*, ſatis elegans auctor; cui addendus GVILIELMVS PASTREGICVS *de Originibus rerum.*

IO. MATTHAEVS, Lunenſis, *de rerum Inuentoribus.*

GVIDONIS PANCIROLLI *de rebus deperditis & inuentis* egregius libellus & lepidiſſimus eſt, dignus, qui horis ſubciſiuis legatur.

MAIERVS *de veris Germaniæ Inuentis.*

HERMANNI HVGONIS *de prima ſcribendi origine.*

BESOLDVS *de Typographia & Sclopetarium inuentione.*

ADA-

Digitized by Google

ADAMVS SCHRAGIVS eſt auctor libri *Bericht von Erfindung der Buchdruckerey.* Cap. XXV. Hiſt. Liter.

§. 2.

PHOTII *Bibliotheca*, illuſtriſſimum opus, ab *Andrea Schotto* editum, myſteriis, eruditione, & inſigni criſi plenisſimum, quoque nemo facile deſtitui debebat. PHOTIVS.

„*Photius* duplici nomine commendandus eſt: primo propter criſin; ſecundo „propter ipſa excerpta. *Sæcula IV. p. 280.*

„*Photii Bibliotheca*: incomparabilis „hoc ſæculo eruditionis opus; in quo „multa eloquentiæ & variæ doctrinæ myſteria, tum fragmenta plurima ſcriptorum amiſſorum. Rothom. Græc. Lat. in „fol. *Comment. de Script. p. 88. ſq.*

Eiusdem generis (deperditus nempe) eſt ARISTAEAS *de Verſione LXX. Interpretum*, Græco-Latine, quem aliquoties *Iuſtinus Martyr* citat: verum quæ ſub eius nomine circumferuntur hodie, ſuppoſititia haud dubie ſunt. ARISTAEAS.

„Vid. VSSERII *Syntagma de Verſione LXX. Interpretum*; quo opere nihil „eſt exactius: neque quicquam extat, quod „eius diligentiam & eruditionem exæquet. *Sæcula IV. p. 245.*

LAMPRIAS editus Græce & Latine Lugduni. LAMPRIAS.

§. 3.

Digitized by Google

Cap. XXV. Hiſt. Liter.

§. 3.

GEORGII DRAVDII *Bibliotheca Claſſica*, quæ in omnibus officinis proſtat; ſed nec aucta ſatis, neque accurata eſt.

Inter præcipuos eſt ANTONII POSSEVINI *Apparatus* Bibliothecæ ſelectæ tribus voluminibus; qui auctor etiam interdum adiungit iudicia, ſed affectibus non bene vacua. Præcipua in illo opere ſunt rerum Theologicarum.

ROBERTI CONSTANTINI *Nomenclator ſcriptorum.*

HIEREMIAS PADVANVS *de Auctoribus ſcientiarum & libris eorum.*

Præcipua eſt CONRADI GESNERI *Bibliotheca*, cum ſupplemento & indicibus, vaſtum opus.

§. 4.

LABBEI Index Bibliothecarum MSCtorum egregius, non tamen perfectus.

Huc quoque pertinent Indices varii MSStorum in Bibliothecis ſeorſum editi, vt Venetæ, Pariſienſis &c.

FABIANI IVSTINIANI *Bibliothecæ Genuenſis Index Vniuerſalis.*

*Catalogus Bibliothecæ Bodleianæ.*

Bibliotheca Auguſtana probe inſtructa; Oxonienſis non adeo locuples, vt vulgo creditur.

§. 5.

Digitized by Google

§. 5. Cap. XXV. Hiſt. Liter.

ANDREAE SCHOTTI *Bibliotheca Hiſpanica.*

FRANCISCI CRVCIMANII *Bibliotheca Gallica.*

Catalogi Pariſienſes annuatim imprimi ſoliti rariſſime omnes ſimul haberi poſſunt; ſunt autem lectu non indigni.

*Bibliotheca Cluniacenſis.*

IO. BALAEI *Catalogus Anglicorum Scriptorum.*

VALERII ANDREAE *Bibliothecæ Belgica*, ſeu librorum in Belgio impreſſorum catalogus, inſigne in hac materia opus eſt, nuper recuſum II. Tomis in 4.

ANGELI ROCCHAE *Bibliotheca Vaticana.*

§. 6.

SIXTI SENENSIS *Bibliotheca Sancta.*

PAVLI BOLDVANI *Bibliotheca Theologica.* Eiusdem *Bibliotheca Hiſtoricæ & Philoſophica.*

PETRI BESODNERI *Bibliotheca Theologica.*

ANDR. SCHOTTI *Catalogus Catholicorum Interpretum.*

ROBERTVS BELLARMINVS *de Scriptoribus Eccleſiaſticis.*

GVI-

Digitized by Google

Cap. XXV. Hist. Liter.

GVILIELMI EISENGREINII *Catalogus Orthodoxorum Patrum.*

PETRI RIBADENEIRA *Scriptorum Societatis Iesu Catalogus.*

§. 7.

OTTONIS BRVNSFELSII *Catalogus illustrium Medicorum.*

CAMPEGII Catalogus illustrium Medicorum.

ANTON. van der LINDEN *de Scriptis Medicis, 8.*

PASCHALII, Galli Pictoris, *Bibliotheca Medica.*

SCHENCKII *Bibliotheca Medica.*

§. 8.

ISRAELIS SPACHII *Nomenclator.*

IO. IAC. FRISII *Bibliotheca Philosophorum Chronologica.*

PETRI LOTICHII *Bibliotheca Poetica.*

CAPVT

Digitized by Google

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

# CAPVT XXVI.

## DE SCRIPTORIBVS VITARVM.

### §. I.

PLVTARCHVS. PLVTARCHVS *Vitas comparatas* ſeu *parallelas* nouo tum temporis ſcribendi genere reliquit: in quibus diſſertationibus philoſophicis ſæpe vacat, eamque ob cauſſam Gallis hodie in primis acceptus eſt. Scripſit etiam alia *Opuſcula Philoſophica* admodum erudita. Editio Wechelii optima eſt. *Boxhornius* iuuenis adhuc ſcriptoris huius *Quæſtiones Romanas*, difficillimum ſane opus, cum animaduerſionibus edidit, ſed nomine eius indignis. Ideoque, cum in controuerſia de fœnore Trapezitico multas ei *Salmaſius* ineptias obieciſſet, pro ſuo amplius hunc fœtum agnoſcere noluit.

„*Plutarchi* Chæronenſis opera partim „ſunt Hiſtorica; vitæ ſcil. eius comparatæ: „partim moralia & politica. Floridus eſt „ſcriptor, cuius imitatio in omnibus lin„guis decere poteſt: Gallis tamen præcipue „adamata. Philoſophus quoque eximi„us eſt, ita vt non parum Philoſophiæ ve„teris inde peti poſſit ac debeat. Editio „præſtantiſſima Wechelii Gr. Lat. II. Vo„luminibus Francof. 1599. *Commenſ. de Script. p. 59.*

„*Plutarchus* quoque Chæronenſis huic „ſæculo (*primo*) congruit, & ſequentis



Digitized by Google

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„gloriam ornat; Philoſophis quoque ac-
„cenſendus. *Voſſius* de Hiſt. Græc. L. 2.
„c. 10. De ſtilo *Plutarchi* nonnulli eru-
„diti cenſent, eum eſſe ſubduriorem: quod
„neſcio an recte dicant. Non potuit au-
„tem is non eſſe diuerſus, cum *Plutarchus*
„optimos & varios fere deſcribere ſoleat
„auctores. In Philoſophia non tantum
„laudandus eſt, ſed plane admirabilis:
„quantum ille nobis ex antiqua Philoſo-
„phia conſeruarit, notum eſt; de qua, ſi
„absque eo fuiſſet, nihil ſciremus. Valde
„quoque commendandus ab eloquentia;
„vnde Galli eius ſunt ſtudioſiſſimi. Nulla
„enim hodie eſt natio, quæ æque elo-
„quentiæ profluenti, ad quam natura et-
„iam facti ſunt, ſtudeat, quam Galli; adeo-
„que non ſemel *Plutarchum* in ſermonem
„ſuum transfuderunt, vt non viri tantum,
„ſed & fœminæ nobiliores eum legant. E-
„ditiones, vt tantus meretur ſcriptor, ſæpe
„fuerunt iteratæ, Aldi, Stephani. Nulla
„autem eſt commodior Wecheliana &
„Pariſina, eadem mole, ſed non eadem di-
„ligentia, II. Tomis in fol. *Sæcula IV. p. 73. ſq.*

§. 2.

CORNELIVS NEPOS elegantiſſi-
CORNELIVS NEPOS. mus Latinitatis ſcriptor ſi quis alius.

„Solum *Corn. Nepotis* nomen, quem ex-
„ſcriptoris vocabulo *AEmilium Probum*
„dici cœpiſſe autumant, admonere potuit
„multæ

Digitized by Google

„multæ fructuoſæque inueſtigationis: ſi-
„ue dictionem liberet ſpectare, quæ ele-
„gantiſſima cum ſit, a pauciſſimis iudicari
„poteſt; ſiue in tot excellentiſſimorum
„virorum vitas inquirendum eſſet, vide-
„bam non anguſtius eam commentatio-
„nem, quam res humanas rerumque pro-
„ſpera vel aduerſa, laudes & vituperia,
„determinari poſſe. Quamquam ne his
„quidem contentus finibus erit, qui præ-
„ter ea, quæ cognitionis aut obſeruatio-
„nis titulo ad peritiam quandam referi-
„mus, plurima ſubeſſe intelligit, quæ nec
„oſtenſa crediderint vſu exerciti, a do-
„ctrina remoti; nec tam doctrina repe-
„rerit, quam quædam, vt ita dicam, cum
„ſolertia coniuncta iudicioque haud vul-
„gari, doctrinæ generoſitas. *Paulo poſt de dictione Nepotis*: Iubebat nos in re
„præſenti diſcere - - - quæ veris gratia,
„quam temperatus nitor, quam iucunda
„fertilitas, quam natiua ſpecies, *& quæ ſe-*
„*quuntur* - - - dictionis quidem iudi-
„candæ copiam habetis: cuius indolem
„nihil æque, ac veris facies aſſimilaue-
„rit. *Et poſt nonnulla*: Lubet attendere
„quanto conſilio plenæ ſint *Nepotis* Vitæ.
„In quo genere ſcripturæ, ſicut neminem
„præpoſuerim *Suetonio*: ita *Nepotis*, ex-
„tra hanc comparationem, plane ſingula-
„ris eſt, & ex diuerſo ſcribendi genere id,
„quod optimum eſt, ſortita dexteritas -

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„ - - - *Cornelius Nepos*, veluti in medi-
„um genus digreſſus, vitas quidem, ſed eo
„compoſuit opere, vt pleraque ad ciuilem
„ſcientiam accommodaret: nihilque fer-
„me ſibi omittendum duceret, quod ad
„exprimendam pragmaticam grauitatem
„pertineret. Quamquam autem tempe-
„ratiſſimæ moderationis auctor abſtinere
„illa orationum ſplendidiore cura, deſcri-
„ptorumque productiore ambitu conſti-
„tuiſſet: quæcunque tamen ad ingenium,
„diſciplinam, priuatam conſuetudinem
„pertinent, breuiter ac vna congeſtione
„abſoluit; cetera actionibus publicis ea-
„rumque rationibus bona fide accommo-
„dat, *& reliqua; digna quidem ea, quæ legantur, prolixiora tamen, quam vt hic tranſcribi queant. Tandem*: Non
„fortuiti res eſt colloquii, ſed elaboratæ
„opus commentationis: qua ſola fieri
„poſſet manifeſtum, quam ſerius in argu-
„mento, diligens in memoria rerum, cir-
„cumſpectus in delectu, cautus in fide,
„grauis in exponendo, ordinatus in com-
„ponendo, temperatus in adornando, æ-
„qualis in poliendo, tempeſtiuus in infor-
„mando, rotundus in ambitu, felix in com-
„prehenſione, vtilis in connexione, diſer-
„tus in contentione, occultus in copia, per-
„ſpicuus in ſenſu, profundus in prudentia,
„perfectus in opere eſſet; qui ſoli compa-
„rari *Iulio Cæſari* meretur, quod ad lo-
„quen-

Digitized by Google

„quendi genus attinet; si prudentiæ instru-
„menta inscripturæ instituto quærimus, et-
„iam fortasse præferri: nisi quod ad sum-
„mam rei respicientes, comparatione omni
„superiorem credimus *Cæsarem:* quem vt
„armis, ita ingenio vicisse orbem, idoneis
„opinor rationibus dari ostensum potest.
&c. *Liber Commentarius ad Nepotem p. 4. ad 15.*

„De *Cæsare* antea dictum est; & *Nepo-*
„*tem* iam sæpius a nobis editum alibi com-
„mendauimus: nisi quod neuter horum
„satis vnquam laudari potest; præsertim
„ob sæculi nostri consuetudinem, quo
„plerisque alia omnia facilius placent,
„quam id, quod in *Cæsare* & *Nepote* præ-
„cipuum iudicant eruditi. Sed *Nepotis*
„quidem magis exposita dulcedo & gra-
„tia est: omnis enim eius scriptio in mo-
„ribus explicandis; quæque laudi aut vitio
„dari merentur, enarrandis, sententiarum
„ciuilitate & similitudine, exemplorum
„quoque iucunda varietate & celebritate
„lectorem allicit: ipsaque dictio, quamuis
„simplicitati studere videatur, delectu ver-
„borum, compositione, sensu, statim ali-
„quid suæ suauitatis, etiam non æstiman-
„tibus aut intelligentibus, insinuat. Da-
„bimus hunc auctorem Locorum com-
„munium, quos vulgo vocant: ad quos
„respiciat ciuilis eloquentiæ studiosus,
„quotiens mores hominum publicaque &

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„priuata conſuetudo vitæ quadam ſubtili „elegantia, non citra grauitatem & auctoritatem vtentis, notari deſiderant. *Diſſ. T. I. p. 105.*

„*Cornelius Nepos*, qui vulgo *AEmilius* „*Probus* fertur, terſiſſimæ caſtigatiſſimæque orationis auctor, ita ſimplicitatem „refert, vt grauiſſimis tantum & argumentis & viris conuenire poſſit. Vtitur enim „illaborato contextu & verbis, quæ videantur e vulgi potius conſuetudine, quam „e doctorum ſcholis petita: ſed ſubeſt expriendi dexteritas & congruentia & electio; qua de re plenius diſpeximus in „Commentario in Nepoten. *Diſſ. T. III. p. 536. ſq.*

„In lectione *Corn. Nepotis* & *Iulii Cæſaris* obſeruandum eſt, quam ſimpliciter „& illaborate, conuenienter tamen & iucunde, omnia ſint collocata, vt vere poſſimus dicere, quod *Halicarnaſſeus* de ſtilo Lyſiæ Oratoris Græci, eſſe in eo *σύνθεσιν τὸν ἰδιώτην μιμεμένην* i. e. talem „compoſitionem, quæ videatur proficiſci „ab aliquo, qui artis ignarus eſt. *Ibidem p. 546.*

„*Cornelii Nepotis* paulo ante *Trogum* „clari nullum Hiſtoriæ Vniuerſalis ſpecimen ad nos peruenit. Saliuam tamen „mouit *Catullus*, qui notitiam ſibi cum „*Nepote* contractam hendecaſyllabis prædicat, ipſum alloquens:

*Iam*

„*Iam tum, cum ausus es, vnus Italorum*
„*Omne ævum tribus explicare chartis,*
„*Doctis, Iuppiter, & laboriosis.*

„Conciso scribendi genere & breui vsum „esse, vix dubites. *Diss. T. I. p. 1162. sq.*

„*Nepos* vt in Germania eo haberetur in „docenda & discenda Latinitate numero, „quo haberi debet, si dicam me aliquid „contulisse, non metuam, ne huic laudi „publice notæ testatæque officere possint, „qui nec consilii mei rationes intelligunt, „neque illius successum, in quo vnice ac„quiesco, vllo modo queunt interuertere. *Præfat. iteratæ editionis Bœcleriana Velleii.*

*Sextæ Nepotis sui editioni Argentorati 1681. 8. curatæ ita præfatur noster:* „Primam „& secundam editionem adornaui, *Lam„binum* præcipue & alios, qui antiquis co„dicibus adiuti erant, duces sequutus. Ad „tertiam domesticis opibus instructus ac„cessi: Manuscriptum scil. codicem longe „optimum nactus; quo præstantiorem se „non vidisse, viri in his doctrinis summi, & „Bibliothecarum mysteria longo vsu edo„cti confirmarunt. Profectus subinde in „Sueciam vocatu incomparabilis Reginæ „Christinæ, cum exacto ibi triennio huc „reuertissem, deprehendi, typographum „Argentoratensem interea bis iterasse edi„tionem, dissimulata tamen in fronte libri „repetitionis nota. Quo factum est, vt



Digitized by Google

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„lectori tertiæ editionis nomen, in quar-
„ta etiam & quinta offerretur, non ſine in-
„commodo mei laboris, a quo quin plu-
„ſculum aliena manus aberraret, abeſſe
„haud equidem poterat. Huius generis
„errata retinuit & auxit Lipſienſis editio,
„quæ eximiis *Iani Gebhardi* notis me in-
„conſcio inconſultoque meas cum indice
„adjunxit. Iam pridem ergo ab alieno
„arbitrio vindicari & liberali cauſſa manu
„aſſeri *Nepos* meus poſtulabat: cui quem-
„admodum nunc obſecundatum iueri-
„mus, amplius tu iudicabis, Lector Bene-
„uole, & ſaluam mihi in poſterum quo-
„que, addendi, detrahendique meo labo-
„ri, quæ videbuntur, libertatem, iure o-
„ptimo omnisque æui auctoritate com-
„probato, decernes.

§. 3.

SVETONIVS.

De SVETONIO elegantiſſimo auctore optime meritus eſt *Caſaubonus*, cuius Notæ in edit. *Bæcleri* habentur. Extant etiam *Berneggeri* in Iulium & Auguſtum Notæ.

„Dictio ipſa *Suetonii* emendatiſſima
„venuſtate, ac elegantiſſima illa puritate
„præcellit, quam ſecuti ſunt ex Hiſtoricis
„*Iulius Cæſar*, *Cornelius Nepos*, quorum
„ætas in ipſum florem latinæ eruditionis
„incidit; & poſtea incertum quo tempo-
„re, *Dyctis Cretenſis*, ſeu Latinus ille Tro-
„iani belli ſcriptor, qui eo nomine præſcri-
„bitur, quem niſi mala manus ſubinde
corru-

„corrupiſſet (nam huc potius referendum „videtur, quicquid id eſt labis, quam ad „genium ſæculi, quo ſcripſit) proximum „a *Cæſare*, *Nepote*, *Suetonio*, locum in eius„dem dictionis inſtituto profectuque vin„dicauerat. Scio non omnibus ſtatim ap„parere poſſe rationem comparandi *Sue„tonii*, quam ſequor: cum ceteri quidem „facile, *Suetonius* a paucioribus intelliga„tur: ſed nimirum in maxima ſtili ſimili„tudine copia rerum in anguſtum contra„cta, aliæque cauſſæ, de quibus paulo poſt „dicemus, ſuſpicionem aliquam diſſimi„litudinis ſimplicioribus queunt iniicere. „- - - Sed redimus ad *Tranquillum* no„ſtrum: qui cum vitas ſibi Principum „Romanorum ſtilo ſignandas ſumſiſſet, „magnopere cum amplitudine propoſiti „conuenire exiſtimauit accuratam bene„que compoſitam ordinis ſeriem, & o„mnia, non tam diſpoſita locis, quam di„ſtincta generibus. Igitur non tantum „diligenter vitam Principum publicam, & „priuatam diſtribuit: ſed vtramque par„tem per ſpeciem actus morisque, tam lu„cide, tam partite decurrit, vt nemo ex „ceteris nominari poſſit, cuius in ea re ſtu„dium cum noſtro mereatur comparari „Nec iniuria queſtus eſt doctiſſimus *Caſau„bonus*, *Spartianum*, *Lampridium*, alios„que, qui vitas Principum componere de„inceps aggreſſi ſunt, congeſte potius, vt



Digitized by Google

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„nonnemo ipſorum loquitur, ſcripſiſſe, „quam res hiſtorico more digeſſiſſe. In „*Suetonio* ſicut accurata, ita ſubtilis ali„quando eſt ea iuduſtria, & quæ facile pos„ſit minus attentos fallere; præſertim, vbi „in ipſis partibus ſingillatim proponendis „& exponendis intimas diſtinguendi ra„tiones ſecutus, appoſite ſibi inuicem „ſubtexit, & ad ſe inuicem refert, quæ „philoſophiam loci, vt ſic loquar, & mate„riam capitum ordine implent ac demon„ſtrant. Cuius curæ non poſtrema pars „in ipſa verborum proprietate ſe explicat, „quam dexteritate mira, operis genio au„ctor attemperat. Fuit ſedulus in hac „dote animaduertenda, quem paulo ante „laudauimus, *Iſaacus Caſaubonus*: cuius „Commentarii abunde illuſtrant, quod „nobis attigiſſe ſatis eſt. Coniungitur au„tem cum hac exquiſitæ narrationis poli„tie multa grauitas & prudentia iudican„di ac interpretandi momenta reipublicæ „& ciuilium curarum. Quamquam e„nim iuſtæ hiſtoriæ & annalium apparatu „abſtineant ſcriptores vitarum, adeoque „occaſione plenioris ac politicæ expoſi„tionis videantur deſtitui: neſcio tamen, „an deſideraturus ſit regulam iudicandi „ſtatus, temporis, negotiorum, qui *Sue„tonii* ſtilum & artem potuit capere. Ver„bo indicantur ſæpe, fateor, quæ copioſæ „declarationis ſunt: ideoque non obui-

„am

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„ain cuiusuis, sed eruditam prudentis ob-
„seruationem merentur. Atque sicut in
„*Liuio*, *Tacito*, *Sallustio*, aliis id genus
„scriptoribus aperto plenoque se vultu ci-
„uilis prudentia promulgat: ita *Suetonius*
„in primis idoneus auctor est, quoties de
„ciuilibus negotiis pressius, & circumscri-
„ptius, nec minori tamen luce, quam bre-
„uitate loquendum est. Id quod sine mo-
„lestia orationis & obscuritate, peregrini-
„tate quadam sensuum (nam id vitium
„pauci effugiunt) difficulter alii præstite-
„rint. Itaque ergo, dum nunquam fru-
„stra aut inepte gradum molitur *Suetoni-*
„*us*, sed per omnia facili planta & expedi-
„to vestigio decurrit, breuissimo ambitu
„ingentem materiam emetitur. Quod
„nemo melius æstimabit, quam qui Cæ-
„sarum, quos ille narrat, historiam pleno
„contextu ab aliis tractatam cognouerit.
„Ea enim comparatio, præterquam quod
„commentarii vicem fungetur, etiam re-
„cludet penetralia eius copiæ, quam in
„tam reciso opere pauci suspicantur; ne-
„dum animaduertunt, Accedit incredi-
„bilis antiquitatum Romanarum, rituum,
„monumentorum vbertas; de qua vere
„hoc pronunciari potest, ex amplissimis
„multorum historicorum operibus vix ea
„congregari posse, quæ in *Suetonii* Cæsa-
„ribus, tanquam in promptuario Romanæ
„antiquitatis & armario collecta & in v-
„num

Digitized by Google

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„num conducta viſantur. Id nonnullos „hodie deterret a lectione *Suetonii*, opi„nione obtentuque difficultatis (plurima „enim tanguntur in talibus; eſt vbi & „alluduntur potius, quam explican„tur) quod interim magno incita„mento ad capeſſendam vtilem co„gnitionem eſſe debebat. Poſſemus in par„te commendationis ponere, quod com„plures diuerſis temporibus ſcripturam „*Suetonii* imitandam ſibi propoſuere: ſed „longe alio, quam fortaſſis ab initio cre„diderunt, aut poſtea opinati ſunt, euen„tu. - - - - - *Capitolinos*, *Vopi„ſcos*, *Eginhardos*, merito ſuo nec vno „nomine æſtimamus, ſed neſcio an erra„uerit, qui eorum neminem Suetoniani „operis propoſitum ac pretium, etiam „tum, cum inde exemplum peterent, pro„pius introſpexiſſe iudicauerit. Quæ non „eo dicuntur, quaſi ab iis exigendum ſit, „quod vel ſæculo ipſorum vel aliis cauſſis „facile condonari poteſt; ſed quoniam „maiorem, ni fallor, ſuarum virium & in „imitando ſucceſſus fiduciam alicubi o„ſtendunt, quam opus erat. ***Diſſert. Politicæ in Suetonii Cæſares ad calcem Suetonii edit. Bœcler.*** (***quæ cum Caſauboni Comment. prod. Argentor. 1688. 4.***) ***p. 5. ſqq.***

„*Suetonii* par in puritate & proprietate „ſtudium & maior etiam in emendate lo„quendo cura: ſed quo minus facilitati „priorum comparari poſſit, argumenti „copia

„copia in breuitatis gyrum redacta, & tot „antiqui ritus, & quædam indicata potius, „quam explanata, efficiunt. Vehementer „enim cognitio huius characteris, vt sic di„cam, iuuabitur, si quis facilitatem & „promtitudinem *Nepotis*, *Cæsarisque* cum „diligentia *Suetonii* comparet dicam, an „contemperet; suntque, ni fallor, in ma„gna similitudine stili & eodem characte„re subtiles quidam gradus, vt maxima fa„cilitas in *Cæsare*, proxima in *Nepote* repe„riatur, quem *Suetonius* excipit; cuius o„ratio iam amplius ostendit, posse & cu„ram venire in partem simplicitatis nati„uæque venustatis. *Diss. T. III. p. 537.*

„Inter Latinos scriptores non debuit „etiam (a *Lipsio* Polit. L. I. c. 9.) omitti *Sue„tonius*, auctor nunquam satis laudandus. *Diss. ad Lipsii Polit. p. 91.*

„*Suetonium* non ita pridem laudaui„mus, cum a nobis instituto, quo tum dixi„mus, ederetur. Illa huc repetere nihil „attinet. In transitu tantum monemus, „causlas non leues, nec vnas esse, cur a po„liticæ & prudentiæ & eloquentiæ studio„sis valde amari debeat ille scriptor: non „quidem ad tractandi grauitatem, sed ad „exprimendi subtilitatem mirifice accom„modatus. In delectu sane verborum ad „ciuilem communemque sensum, ciuili„ter, non vulgariter propitiandum, sem„per aliquid ex armario *Suetonii* licuerit „depromere, quod absque omni ostenta„tione

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„tione efficaciæ & decorum & efficax ſit. *Diſſ. T. I. p. 113.*

„*Suetonius* inuſitata, & quam nemo ad„huc imitando expreſſit, felicitate, breui „ambitu plurimam materiam, dictione „perſpicuus neque minus accuratus, iu„dicio copioſus & propterea rebus, mori„bus, hiſtoria, expoſitione inexhauſtus, ita „contexuit, vt videatur poſteris diuinan„dum reliquiſſe, quid potiſſimum, & vn„de, & quomodo debeant in eo æſtimare. „Congruere tamen inſtituto ceterorum, „qui claros viros memorauere, in eo vide„tur, quod plura ad mores vitæ, quam ad „inſtitutionem reipubl. retulerit. Τὸ „ἠθικὸν prætuliſſe τῷ πολιτικῷ dice„rent magiſtri; quam & inter βιογράφους „ac ἱστορίας πραγματικῆς conditores diffe„rentiam ſtatuunt *Liber Commentarius ad Nepotem p. 10.*

„*Suetonius* eſt inter difficillimos, quique „a pauciſſimis intelligitur; multas enim „res congerit & abſtinet fere a iudiciis, & „vnica vocula ſæpe plurima comprehen„dit, quæ nemo capere poteſt, niſi qui o„mnium verborum accuratiſſimum inda„gat ſenſum: quod ipſum egregia diſſer„tatione demonſtrauit *Dan. Heinſius* in „Orat. *Sæcula IV. p. 7.*

„*Suetonius Tranquillus* vulgo parum „notus & intellectus, difficilis, arduus, in„acceſſus ob frequentiam rituum anti-

quo-

„quorum, quos tangit duntaxat, quorum- Cap. XXVI.
„que cognitio aliunde iam afferenda eſt. Script. Vita-
„*Angelus Politianus* primus oſtendit eius rum.
„præſtantiam. Stili eſt accuratisſimi, quip-
„pe qui nullum verbum ſine auctoritate
„ponit. Nobiliſſimi in eum ſunt Com-
„mentarii *Caſauboni* & *Heinſii* Orat. *Ibid.*
*p. 170.*

„Inter ea, quæ vir ſummus *Iſaacus Ca-*
„*ſaubonus* antiquis auctoribus illuſtrandis
„ſcripſit, cumprimis doctrina & vtilitate
„videntur præcellere animaduerſiones in
„*Suetonium*, quæ tanto ſunt applauſu vbi-
„que ab eruditis exceptæ, quanto non te-
„mere aliud in hoc genere monumentum.
„Earum ergo, diſtractis pridem exempla-
„ribus, quæ Geneuæ, & auctius Pariſiis
„prodierant, cum nulla complures iam
„per annos ſtudioſis facultas eſſet, natum
„bibliopolæ noſtro conſilium nouæ editio-
„nis, quam hic damus. Addidi a me diſ-
„ſertationes politicas & per commilitones
„quosdam vberrimum indicem, nec mi-
„nus argumento rerum, quam verbis ac-
„commodatum, confici curaui. Amplio-
„res & plenos commentarios, in quibus
„cum doctisſimis *Caſauboni* curis, aliorum
„quoque ingeniorum labores & notæ, non
„eæ modo, quæ in Pariſienſi volumine
„comparent, ſed quæ alibi queunt reperi-
„ri, aut induſtria editoris addi, exhiberen-
„tur, magnus noſter *Berneggerus*, dum vi-

„ta

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„ta manebat, inchoauerat, abſolutaque „Cæſaris vita partem Auguſti quoque ad „eam formam publicauerat: cuius inſtitu„ti, operisque continuationem a Clariſſi„mo amiciſſimoque *Freinshemio* expecta„mus. Si enim vllus auctor, certe *Sue„tonius* eſt, qui tale ſtudium requirit. In„terim *Caſaubonus* per ſe repræſentari di„gniſſimus, deſideria ſtudioſorum ſolabi„tur. Proxima laus *Torrentio* debetur: „cuius notæ non quidem diffuſæ, ſed ple„rumque graues ac eruditæ ſunt. *Bero„aldus* in magna copia & vbertate com„mentandi ſæpius dormitat, aut in minu„tiis moratur: ſicut & *Sabellici* Paraphra„ſis non pauca habet, quæ merito talibus „viris ignoſcimus, vehementerque inte„rim eorum in re literaria inſtauranda „ſtudium commendamus. Quæ *Pulman„nus*, *Erasmus*, *Glareanus*, *Vrſinus*, *Lipſius*, „*Vinetus*, *Egnatius*, *Gruterus*, annotaue„runt, pauciora ſunt. Cetera in aliis Philo„logorum ſcriptis Criticis paſſim conti„nentur: qualia in vnum conducta, etiam„ſi contractius proponantur, ingens volu„men poſſunt conficere. *Præfatio in Editionem Suetonii Bæclerianam.*

## §. 4.

Hiſt. Aug. Scriptores.

Ex ſcriptoribus Hiſtoriæ Auguſtæ ſex ſeorſum editi ſunt, cum Commentariis *Caſauboni* & *Salmaſii*, fol. Habent autem ſtilum

Cod.

Cod. Iuſtinianei ſtilo parum diſſimilem, adeoque cum fructu a ICtis legi poſſunt. Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„*Spartianus, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio* & ceteri ad ſequens ſæculum referendi. Vid. *Voſſius* de Hiſt. Lat. L. II. c. 5. & 6. Valde dubia eſt inquiſitio, quas potiſſimum vitas ſcripſerit *Spartianus*: omnia enim ſunt confuſa; diligenter tamen excuſſa, qua fas eſt, a doctiſſimis & gratiſſimis viris *Iſ. Caſaubono* & *Cl. Salmaſio* in luculentiſſimis Commentariis, qui ampliſſimo opere a *Salmaſio* aucti Pariſiis fuerunt editi. In ſtilo fere ſunt ſimiles. In *Trebellio Pollione* aliquid varietatis videtur occurrere. Sæpe hi ſcriptores ſunt editi, ſed optimæ editiones ſunt Gruteriana & Caſaubboniana. Hoc ſæculo prodierunt Lugd. Bat. præferentes nomen Cl. *Boxhornii*; ſed opus eſt vitioſiſſimum, indignumque in quod nummi impendantur, grauiſſima enim ſunt vitia, quæ non poſſunt corrigi, quibus omnes paginæ ſcatent. Comparent in iis quædam adhuc veſtigia Latinitatis veteris, conatus autem fuit impar. Præferunt & ſubinde grauitatem; ſed non aſſequuntur, quod conantur. *Sæc. IV. p. 280. ſq.*

„Hinc a Diocletiani temporibus noua petenda ſunt initia: vbi inueniemus ſane ſcriptores ad prudentiam potius & notitiam rerum, quam ad eloquentiæ ſtudia

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„vtiles, ſiquidem eloquentiam vere La-
„tinam puramque quærimus. Sed quia
„noſtro ſæculo, ipſique rerum ciuilium
„tractationi aliquid indulgendum eſt, ſi-
„cut & ante diximus, & poſtea monebi-
„mus iterum, nolim ab eloquentiæ ciuilis
„ſtudioſo negligi *Spartianum*, *Vulcatium*
„*Gallicanum*, *Trebellium*, *Capitolinum*,
„*Lampridium*, *Vopiſcum*, qui Auguſto-
„rum vitas in literas retulere: diſſimili
„quidem diligentia, ſtilo quoque non eo-
„dem (ſicut *Trebellium & Vopiſcum* cum
„ceteris conferre volentibus vltro patebit)
„non multum tamen diſpares in eo, quod
„dictionis genus ſæpius commune cum an-
„tiquis Iureconſultis habent, quod tot
„Principum pulcherrimas epiſtolas, tot
„grauiſſima Senatus conſulta, tot alia
„publica monumenta e ſcriniis Auguſto-
„rum, actis Senatus & Populi, & neſcio
„vnde ex abdito eruta complectuntur.
„Merito enim, quo nomine vniuerſe eos
*Praf. ad illos Script.* „commendat *Iſ. Caſaubonus*, noſtro inſti-
„tuto applicamus. *Diſſ. T. I. p. 114.*

„Valde delicatis auribus ſit neceſſe eſt,
„qui ICtum, aut alium Politicum pragma-
„ticumque virum vbique faſtidiat, loquen-
„tem cum *Caſſiodoro*, aut Scriptoribus
„Hiſtoriæ Auguſtæ, *Spartiano*, *Lampri-*
„*dio*, *Capitolino*, ceterisque: qui licet o-
„ratione non ſint diſerti admodum, ar-
„gumenti tamen dignitate, & quodam pu-
„blico

„publico charactere ſæpenumero plenam „auctoritatem aſſequuntur. Fit enim, vt „materia aliquid tale ſuadeat: vt repeti a- „liquid ex illis tanquam fontibus opus ſit: „vt alluſio, huc potisſimum referenda, „locum & gratiam mereatur. *Ibid. pag. 421. ſq.* Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„Sed nec *Spartianus*, *Lampridius*, ce- „terique ſequioris ævi ſtilique ſcriptores „eam laudem eloquentiæ adſecuti ſunt, „quam hic ſpectamus & ad imitationem „vnice idoneam iudicamus. Quem au- „tem vſum in hoc illi quoque habeant, in- „fra commodius dicetur. *Diſſ. T.III. p. 542.*

„*Capitolinus*, *Spartianus*, *Vulcatius* „*Gallicanus*, *Trebellius Pollio*, inter ſcri- „ptores Hiſtoriæ Auguſtæ editos a *Grutero* „reperiuntur: etiam a *Caſaubono* & *Sal- „maſio* editi ſunt cum amplisſimis com- „mentariis Pariſiis. *Comment. de Script. p. 67.*

„Cum hoc monſtrum (Heliogabalus) „omnem quaſi naturam & artem fatiga- „rit in luxu promouendo, ideo diligentia „*Lampridii* hac in parte eſt incomparabi- „lis, qui de vario genere ſupellectilis, ci- „borum, modorum coquendi &c. plu- „rima annotauit, vt in eo theſaurum ha- „beamus plurimarum antiquitatum, quæ „nullibi alias in literas fuerant miſſæ. Quæ „etiam cauſſa fuit, vt duo doctisſimi ma- „ximique viri, *Iſ. Caſaubonus* & *Cl. Salma-*

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„ſius Auctores Hiſtoriæ Auguſtæ, *Victo-*
„*rem*, *Spartianum*, *Lampridium*, *Vulca-*
„*tium Gallicanum* &c. illuſtrandos ſume-
„rent, & ſcientiam oſtentarent in ea anti-
„quitate, cuius veſtigia apud alios ſcri-
„ptores pauca comparent; vt de variis
„generibus veſtium, vaſorum, &c. Vt de
„veſtibus tantum dicamus, nemo ad hunc
„vsque diem materiam illam ad liquidum
„potuit deducere. Multa quidem egre-
„gia annotauit *Caſaubonus*, nec minus *Sal-*
„*maſius*, qui contra *Caſaubonum*, ſæpe di-
„ſputat, non tamen totum negotium ab-
„ſoluerunt; quin pauca tantum veſtium
„genera illuſtrarunt. - - - - - - - -
„ - - - - Omnia autem, quæ huc perti-
„nent, magna rerum copia conſcripſit
„*Lampridius*. *Sæcula IV. p. 200.*

„Extant in *Lampridio* integræ formulæ
„Orationum ἀπολελειμμένων, & hoc eſt eximium
„in illis ſcriptoribus Hiſtoriæ Auguſtæ,
„quod tam multa habent de actionibus
„publicis, quæ plane inſignem & veneran-
„dam antiquitatem habent. Nullibi au-
„tem tam graues & multas acclamationes
„habet *Lampridius*, quam in Heliogabalo.
*Ibid. p. 206.*

„Illi ſcriptores, *Spartianus*, *Capitoli-*
„*nus* &c. ſunt Dii fere minorum Gentium,
„nec eam vel eruditionem, vel prudeu-
„tiam attulerunt, qualem ab hiſtorico re-
„quirimus. *Ibid. p. 151.*

„In

„In *Spartianum* exquisitissima & eru- Cap. XXVI.
„ditissima quædam conscripsit vir magnus Script. Vita-
„& de hac republ. optime meritus. Vti- rum.
„nam ea recuderentur. *Ibid. p. 92.*

§.

MARTINVS POLONVS *de* MARTI-
*Summis Pontificibus & Imperatoribus.* NVS PO-
BENEVENVTVS de RAM- LONVS.
BALDIS de Vitis Cæsarum inter scriptores *Freheri* Germanicos est editus.

CVSPINIANVS magna in primis, vt in ea ætate esse poterat, diligentia opus de Cæsaribus conscripsit, quod in hac materia pro præcipuo habetur.

„Cum de serie & catalogo Imperato-
„rum agitur, primo nominandi sunt scri-
„ptores historiæ Augustæ vniuersæ, præ-
„ter eos, qui in opere Gruteriano collecti
„sunt. Atque in illis reliquis excellit *Cu-*
„*spinianus.* Nam *Beneuenuti Imolensis*
„& *Io. Bapt. Egnatii* leuioris notæ opera
„sunt. Adde *Pauli Prætorii & Georgii*
„*Lilii* Principes Romanos. 2. Qui Chro-
„nologiam Impp. exhibent: præsertim
„*Onuphr. Panuinius* in Fastis vsque ad Ca-
„rol. V. cum Iconibus, Venet. 1557. & *Chri-*
„*stoph. Ad. Rupertus* in Historia vniue
„3. Qui Icones Imperatorum edider
„minore forma *Io. Huttichius: Iac*
„*cyllus, Iac. Strada,* & præsertim *H*
„*tzii* nouissima editio vsque ad F
„*cum Casp. Geuartii* elogiis

.s.
.nt,
. *Mi-*
.*ub. Gol.*
erdin. III.
4. Certæ
„perio-



Digitized by Google

Cap XXVI. Script. Vitarum.

„periodi ſcriptores, e. gr. Auſtriacæ gen-
„tis Principes ac Impp. cum imaginibus
„deſcripſit *Franc. Bergomas*, *Gerhardus de*
„*Roo* a Rudolpho I. ad Carolo V. vt &
„*Franc. Tertius* cum iconibus. Add.
„*Franc. Guillimani* Habspurgica. Comi-
„tis *Fuggeri* Oeſterreichiſcher Ehrenſpie-
„gel, *Ditmari* Merſeburgenſis quinque
„Impp. hiſtoria, Henrici I. Ottonum tri-
„um, & Henr. II. 5. Certorum Imperato-
„rum ſcriptores vetuſtiores, recentiores:
„e. gr. *Eginhardi* Carolus M. *Otho Fri-*
„*ſingenſis*, *Radeuicus* de rebus Friderici I.
„vt & *Guntherus* in Ligurino, *Henr. a Ri-*
„*ſenberg* hiſtoria Caroli IV. *Lezneri* Ca-
„rolus M. & Ludouicus Pius; *Guil. Zeno-*
„*cari* Carolus V. *Nic. Burgundi* Ludou. IV.
„*Dieterici* Imperatores quidam. (Dictum
„de varia ratione ſcribendi vitas Impp.
„præſertim ad hunc ſcopum, vt publica
„præcipue ſcribantur, eorumque conne-
„xio. 2. *AEneæ Siluii* Fridericus III. exem-
„plo eſt. 3. Alii ap. *Franc. du Cheſne*. 4. Mo-
„nachorum conſuetudo nocuit Hiſtoriæ
„Auguſtæ.) *Notitia. S. R. Imperii p. 88. ſq.*

*Romanorum Imperatorum Hiſtoria a Conſtantino M. vsque ad Conſtantinum Palæologum & Conſtantinopolim a Turcis captam, aliquot auctoribus concinnata*, edita eſt [illegible]ofurti, comprehendens quatuor ſcri-

ex
Fran
ptores.

BAL-

BALTHASARIS MENCII *Enchiridion Cæsarum Germanorum.* Cap. XXVI. Script. Vitarum.

HIERON. OSII *Res gestæ Imperatorum ex familia Austriaca.*

REINERVS REINECCIVS. *de gestis Caroli M.*

„Ceterum inter Scriptores, quibus ve„lut instrumentis in hoc labore (Historia „Caroli M.) vsus sum, primi *Eginhardus*, „*Gaguinus Acciaiolus*, *Cuspinianus*, sese of„ferunt, breuiter vniuersam Caroli vi„tam complexi, fidemque consensu me„rentes, tanto maiorem ille, quanto tum „vetustate nobilior, tum dignitate apud „ipsum Imperatorem eminentior olim „fuerat. *Diss. T. II. p. 139.*

„In ERPOLDI LINDENBR·OGII *Carolo* mirari licet, sæpe in margine „adscribi *Hermannum Contractum*, *Sige„bertum*, & alios, in quibus ne apex qui„dem eius rei, quæ tractatur, extat. Quam „multa non aliud, quam ex fama, nun„quam satis liquida, subsidium habent! „Longe magis ergo interdum ad nouissi„ma tempora quadrat, quod iam olim „*Curtius* questus est: quod summa *com„ponentium vetusta rerum monumenta vel „securitas*, *vel par huic vitium*, *creduli„tas sit. Ibid. p. 98.*

„Tam boni Principis (M. Antonini)

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„nomen placuit in exemplum laudati re-
„giminis ANTONIO GVEVAR-
„RAE, Episcopo Mendonensi & Cæs.
„Caroli V. Consiliario, qui Castiliana s. Hi-
„spanica lingua *Horologium Principum* e-
„didit, in plures linguas transfusum. De
„quo *Gerh. Io. Vossius*, Vir doctissimus;
„*Vita illa nihil Antonini habet, sed tota sup-*
„*posititia est, ac genuinus ipsius Gueuarræ*
„*fœtus, qui turpiter os ableuit lectori, pla-*
„*ne contra officium hominis candidi, ma-*
„*xime Episcopi.* Paulo inclementius. No-
„luit enim *Gueuarra* librum suum pro
„monumento Historico, sed morali tan-
„tum venditare, iisque, quæ ex historia
„Antonini vera desumsit, monita politica
„addere; ad eum modum, sicut *Cicero* de
„*Xenophontis Cyropædia* iudicat; librum
„illum non tam ad modum historiæ, quam
„ad effigiem boni principatus & probi re-
„giminis scriptum esse: quod genus scri-
„bendi Gallis hodienum arridet. Editus
„est ab illis *Alexander*; in quo præter ea,
„quæ in historicis habentur multa ei tri-
„buuntur, quæ nunquam acciderunt, quia
„ideam Principis repræsentare voluerunt
„sub titulo Alexandri. Illo autem tem-
„pore, quo vixit *Gueuarra*, genus scriben-
„di, quod ipse sectabatur, elegans, flo-
„ridum, sententiosum, valde probabatur,
„*Petrarchæ* etiam visitatum. Moderatius
„de

ed by Googl

„de *Gueuarra* ſcripſit, ipſiusque ſcriptum „vindicauit doctiſſ. & grauiſſ. ICtus „CONR. RITTERSHVSIVS in „præf. *ſpeculi Principis ciuiliter boni*; „quod ex hiſtoria huius M. Antonini dili„gentiſſime concinnauit, & in eo officio „& politici, & hiſtorici functus eſt. *Sæcula IV. p. 102. ſq.* Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„Hic laudandum *Conradi Rittershuſii* „*Speculum Principis ciuiliter boni*, maiori „opere, *ſpeculum Principis Bellaiæ* & *Ant. „Gueuarræ Horologium Principum*; qui „liber ita in omnium fere fuit manibus, vt „putarent, nihil poſſe præſtantius reperi„ri hoc opere; ſed eſt hoc opus noui „exempli. Nam voluit auctor deſcribe„re Antoninum, de quo multa habet vera, „ſed plura etiam falſa. *Diſſ. ad Polit. Lipſii p. 112.*

„Inter recentiores egregium libellum de „vita Marci ſcripſit ſummus Vir *Conr. Rit„tershuſ.* cui titulum fecit: *Speculum Prin„cipis ciuiliter boni*, & ante hunc *Antoni„us Gueuarra* Hiſpanus in *Horologio Prin„cipum*, quod vocauit, Marcum non qui„dem ad fidem hiſtoriæ, ſed licentiæ no„uo genere ficta narratione ad ideam per„fecti imperii adornatum exhibuit. Cum „enim *Marcus omnibus omnino virtutibus „ſtuduiſſe, optimeque omnium, qui vnquam „Principatum tenuerunt, creditus ſit im„peraſſe*, notante *Xiphilino*, adeo *vt nec*

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„*adulatio talem videatur potuisse confinge-*
„*re*, iudicio *Capitolini* in Vero II. in primis
„idoneus visus est, qui in exemplum vir-
„tutis imperatoriæ commendaretur, cui-
„que etiam ea tribuerentur, quæ Historia
„diserte & seorsum non tribuerat. *Anno-*
*tata in Herodian. p. 364.*

„EVSEBIVS, æqualis eorum tem-
„porum, Panegyristam potius & laudato-
„rem Constantini (in Vita eius) agit, quam
„historicum: quo exemplo & alii vsque
„in hunc diem maluerunt vti, quam in-
„quirendo defatigari. Vnde & pro ora-
„culo habuerunt, quæcunque apud *Euse-*
„*bium* leguntur; quæ etiam nulla tempo-
„ris habita ratione congesta sunt. *Sæculæ*
*IV. p. 302.*

„Adeo *Eusebius* in Vita *Constantini* ni-
„hil solet omittere, vt potius omnia am-
„plificet & insuper ipse omnia templa ab
„Helena exstructa diligenter recenseat;
„quapropter & *Baronius* nihil inuenit,
„quod respondeat (*de silentio eius circa*
*crucem Christi ab Helena inuentam*) *Ibid.*
*p. 350.*

„Ex quo statu in quem deduxerit Ec-
„clesiam Constantinus, ornando eam le-
„gibus, moribus, templis, ethnicorum &
„Iudæorum furores coercendo, propa-
„gando doctrinam, diligenter ex monu-
„mentis historiarum repetit FRANC.
„BALDVINVS, egregius & doctissi-
„mus

Digitized by Google

„mus ICtus in *Conſtantini* ſui L. I. Poſſet „omnino aliquis affirmare, ſtatum eccle- „ſiæ ex ipſis ſcriptoribus eccleſiaſticis nu- „ſpiam tam accurate & ὡς ἔν τύπῳ fuiſſe „propoſitum, quam in hoc ſcripto *Bal- „duini;* cuius alias omnia ſunt doctiſſi- „ma. Nominandi enim nobis ſunt ii in „primis, apud quos alias iſtiusmodi res „non requirerentur. *Sæcula IV. p. 346. ſq.* Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„De legibus Conſtantini M. eccleſiaſti- „cis & ciuilibus Commentariorum libros „II. edidit *Franc. Balduinus* ICtus; (liber „eſt memorabilis, & proprie huc pertinet) „quos recudi curauit magnus quondam „ICtus *Io. Clutenius* an. 1612. *Ibid. p. 339.*

IODOCI COCCII Argentoratenſis *Dagobertus Rex.*

De Regum alias hiſtoria, exceptis iis, qui inter ſcriptores ſingularum gentium nominati ſunt, apprime meritus eſt MICHAEL RITIVS *in Chronico ſuo, de Regibus Franciæ, Hiſpaniæ, Hieroſolymarum, Neapoleos, Siciliæ, Hungariæ.*

§. 6.

Sequuntur nunc Scriptores Vitarum Pontificum. Inter hos præcipuus eſt ANASTASIVS Bibliothecarius, *de vitis Pontificum*, candidus ſcriptor ac fidus. De vita Iohannis VIII. quem mulierem fuiſſe *Platina* & alii aſſerunt, magna controuerſia eſt, num ſcilicet & illa inter ceteros hic contineatur, cum in editis exemplaribus non extet. *Clau-* ANASTASIVS BIBL.

*dius*

Digitized by Google

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

*dius* tamen *Salmaſius* affirmauit, reperiſſe ſe eam in duobus Codd. MSS. huius *Anaſtaſii*, cum adhuc Heidelbergæ commoraretur; eademque fuiſſe verba, quæ habentur apud *Marianum* ad an. Chriſti 825. Idem quoque aſſerebat, extare adhuc in Bibliothecis aliquot epiſtolam *Marq. Freheri*, quo Moguntinenſium fraudem expoſuiſſet, quod impetratis duobus Codd. MSS. ad nouam edit. *Anaſtaſii* adornandam ex Bibliotheca Palatina, eandem hiſtoriam de Iohanna VIII. aliquot exemplaribus, quæ Conſiliarii Palatinis obtulere, inſertam, ceteris omnibus mala fide eiecerint. Prodiit dein ANASTASII BIBLIOTHECARII *Hiſtoria Eccleſiaſtica ſeu Chronographia tripartita ex MS. Cod. Bibliothecæ Vaticanæ, collata ad MS. Exemplar Lombardicum vetuſtiſſimum Caſinenſis Bibliothecæ, vnde Romanum exemplum manauit, nunc denuo ad fidem librorum veterum emendata. Accedunt Notæ* Caroli Annibalis Fabrotti, *ICti; quibus obſcura quæque Anaſtaſii illuſtrantur. Item Gloſſaria duo, quibus vocabula mixo-barbara collata cum Græco Nicephori, Georgii Syncelli, Theophanis, exponuntur. Pariſ. in regali folio ex typographia Regia 1649.*

„*Anaſtaſius* Bibliothecarius Moguntiæ „1602. *Comment. de Script. p. 89.*

„Pontifici Leoni IV. *Onuphrius* quidem „aliique ſubſtituunt Benedictum III; ſed „*Platina*, plurimique præterea, Iohan-

„nem

Digitized by Google

„nem, an Iohannam VIII. fœminam e- Cap. XXVI.
„nim fuiſſe, ſeque noluiſſe omittere ait Script. Vita-
„*Platina, ne obſtinate nimium & pertina-* rum.
„*citer omiſiſſe videretur, quod fere omnes*
„*affirmant.* Fuit iſte veluti Rhetorum
„campus hactenus in adſtruenda & de-
„ſtruenda ſiue hiſtoria, ſiue fabula. Eos,
„qui negarunt, recenſet, numeroque ac-
„cedit *Baronius*: adduntur *Leo Allatius* &
„*Dauid Blondellus*, doctiſſimus ſane vir
„libro Gallice conſcripto. Inter eos, qui
„affirmant, operoſior eſt commentatio *Ge-*
„*orgii Calixti*, quam digreſſionis cauſſa
„inſeruit libro *de Coniugio Clericorum*. Me-
„ditabatur & *Salmaſius* aliquod ſcriptum
„de hoc argumento: cuius viri narratio-
„nem, quam aſſeuerabat mihi, liceat hic
„obiter apponere. Aiebat, ſe Heidelber-
„gæ agente, & incomparabili iſti Biblio-
„thecæ aperam dante, factum eſſe, vt Mo-
„guntini *Anaſtaſium* Bibliothecarium edi-
„turi duos codices MSStos a ſereniſſimo
„Electore peterent acciperentque. Qui-
„bus remiſſis adiuncta fuiſſe aliquot
„exempla nouæ editionis, in quibus hiſto-
„ria Iohannis fœminæ, ex mſc. bona fide
„expreſſa erat. Id cum aliqui mirarен-
„tur, apud ceteros ortam ſuſpicionem de-
„diſſe occaſionem, vt in cetera exempla
„per officinas bibliopolarum inquireretur.
„Tum fraudem manifeſtam fuiſſe; dum
„omiſſa deprehendebantur in omnibus,
„quæ

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„quæ paucis inſerta diximus. Ea de re „clariſſimæ memoriæ virum *Marquar-* „*dum Freherum*, epiſtolam ad amicum „exaraſſe, quam in aliquot bibliothecis re- „periri dicebat *Salmaſius*. Addebat: ver- „ba *Mariani Scoti* (nam is eſt nunc, poſt „deperditam aut vitiatam illam *Anaſtaſii* „ſcripturam, antiquiſſimus rei auctor) re- „ligioſe ex *Anaſtaſio* deſcripta, id eſt, ipſiſ- „ſima *Anaſtaſii* verba fuiſſe. Confirma- „bat mihi denique in Suecia; ſe, vt primum „per valetudinem poſſet, literis mandatu- „rum, quæ ad adſtruendam rei fidem per- „tinerent. Hoc equidem inter ea, quæ „circa hoc negotium comperi, palmari- „um eſt: quod ob cauſſas non vnas reti- „cendum hoc loco minime videbatur. *Comment. de rebus Sæc. IX. & X. p. 117. ſq.*

§. 7.

PLATINA. PLATINA *de Vitis Pontificum* propter candorem minus illis probatur. Hinc editiones pleræque, præter Lugdunenſem & Gallicam, caſtratæ ſunt. In noua editione Colonienſi Amſtelodami nomen fraudulenter præfixum eſt. Editus eſt autem cum ſupplemento *Onuphrii Panuinii* & *Antonii Ciacarelli*. Colonienſes peſſimi librorum mutilatores, exemplo *Martini Poloni*, in Iohanna VIII. caſtrati.

IO. ANT. PETRAMELLARII Continuatio ad Librum *Onuphrii de Pontificibus* extat in *Chronico Chronicorum*.

ALFON-

Digitized by Google

ALFONSI CIACCONII *Vitæ Pontificum & Cardinalium.* Cap. XXVI. Script. Vitarum.

ROBERTVS BARNS & IO. BALAEVS, item IO. MART. LYDIVS *de Vitis Pontificum.*

GONSALVI ILLESCAS *Hiſtoriæ Pontificia.*

DOMINICI TEMPESTAE *Vitæ Pontificum.*

HENR. SCHORI *Breuiarium Vitarum Pontificum.*

GEORGII LILII *Pontificum Romanorum Series.*

CHRIST. BERTHOLDI *Pontifices.*

MICH. BVCHINGERI *Pontifices.*

ABRAH. BZOVII *Pontifex Romanus.* Liber hic tamen Theologicus potius, quam hiſtoricus eſt, de affectata Pontificum omnipotentia, quam hic auctor impudentiſſime omnium, qui hanc materiam vnquam tractarunt, aſſertum iuit.

LEONH. COQVAEI *Apologia pro Pontificibus.*

Huc quoque pertinent *Conclauia Pontificum*, quorum pleraque MSS. in Italia a curioſis peregrinatoribus coemi ſolent. Tria Francofurti impreſſa ſunt, quibus artes Pontificatum ambiendi interdum exprimuntur.

§. 4.

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

§. 8.

GEORGII FABRICII *Viri illuſtres in S. Hiſtoria Libri X.* inſigne opus.

IOACH. PERIONIVS *de vita & rebus geſtis Apoſtolorum.*

MICH. VRANII *LXX. diſcipulorum Chriſti Hiſtoriolæ.*

PETRI de NATALIBVS *Hiſtoria Sanctorum* fabulis refertiſſima, vt & *Viridarium Sanctorum* MATTHAEI RADERI *S. I.*

BOLLANDVS Ieſuita ingens opus aggreſſus eſt *de Vitis Sanctorum*, quod ſecundum Calendarium ſeu per menſes anni diſpoſuit: opus vaſtiſſimum, cui vnius viri humeri non ſufficiunt. Multa inedita monumenta ex cœnobiis veteribus inſeruit; ſed haud dubie ad finem perducere non potuiſſet, cum hoc ipſum vnius viri laborem longe excedat.

„Hodie aliquis Antwerpienſis, *Bollan-*
„*dus*, *Vitas Sanctorum* ingenti opere ſe-
„cundum menſes anni diſpoſuit, & iam a-
„liquot Tomos edidit in primum adhuc
„menſem, quem nondum abſoluit. Ita
„illi multa congerunt, quando autem nos
„quærimus, qua auctoritate, tum vix ha-
„bent, quod reſpondeant. *Sæcula IV. p. 149.*

„In Legendis ſ. Vitis Sanctorum mira
„fabularum libido; quam deprehendet,
„quisquis perlegerit modo *Vitas* SVRII,
„quæ quamuis in monaſteriis inter cœ-
„nandum

„nandum vel prandendum legantur, ſa- Cap. XXVI.
„tentur tamen ipſimet Pontificii, ſe non Script. Vita-
„omnia credere. *Ibid. p.38.* rum.

*Catalogus Teſtium Veritatis*, inſigne opus, opera FLACII concinnatum.

*Martyrologia* varia, Vitæ Patrum & Sanctorum, vbi reperiantur, modo notatum eſt.

„Extant varia Acta talium paſſionum „in vnum opus collecta a SIMEONE „METAPHRASTA: verum acta illa „tum ab ipſo *Simeone* ſunt interpolata, „cui propterea hoc nomen indiderunt. „Nam Metaphraſtes non tantum dicitur „is, qui liberiori ſtilo aliquid ex vna lin„gua in aliam transfundit; ſed &, qui de „ſuo interdum aliquid addit, vel detrahit. „Sic *Pæanius* eſt Metaphraſtes *Eutropii*, „*Planudes Cæſaris*. Fuit quidem alias *Si*„*meon* vir non ineruditus & egregiis digni„tatibus politicis exornatus; ſed more illo„rum temporum ſuperſtitionibus addicti„or. Varia equidem citat monumenta & „fragmenta ex antiquis ſcriptoribus: nam „conſeruauit nobis & quædam *Euſebius*: „ſed illi ſoli vix auſcultauerim. *Sæcula IV. p. 148.*

Hiſtoriæ Epiſcoporum, Archi-Epiſcoporum, Abbatum, paſſim in indicibus librariis obuiæ.

*Hiſtoria Ieſuitica* NICOLAI ORLANDINI, IACOBI GRETSERI, DA-



Digitized by Google

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

MIANI, RODOLPHI HOSPINIANI, LVDOVICI LVCII, ELIAE HASENMVLLERI.

LEANDRI ALBERTI *Illuſtres viri Ord. Prædicatorum.*

Ita plerique fere religioſorum ordines Annales ſuos atque vitas habent, quas enumerare non eſt huius inſtituti.

§. 9.

MATTHIAE CASTRITII elegans opuſculum *de Heroicis Virtutibus, dictis, factisque Principum Germaniæ.*

*Illuſtrium virorum vitæ*, Francofurti apud Egenolphum.

HENRICI PANTALEONIS *Proſopographia Heroum atque illuſtrium Virorum totius Germaniæ*, opus nobile & eleganti ſtilo conſcriptum.

„*Pantaleonis* deſcriptio Heroum, opus „excellentiſſimum. *Diſſ. ad Lipſ. Polit. p. III.*

PAVLI IOVII Opera (ſcripſit enim *Viros illuſtres*, item *Hiſtoriam*) contexta ſtilo ſat egregio, modo fides ſtili elegantiæ conſentiret; eſtque Italorum omnium inter recentiores eloquentiſſimus. Interdum tamen vitia quædam Grammatica habet, quod ei exprobrat *Caſp. Scioppius* in *Paradoxis*; quæ tamen typographo potius imputanda. Editio Baſilcenſis in fol. II. Tomis optima.

AVBERTI MIRAEI Politica, Eccleſiaſtica, & elogia illuſtrium perſonarum, aliaque, quæ ad vitas pertinent.

*De*

Digitized by Google

*De Claris Mulieribus* aliquot auctorum ſcripta edita ſunt Pariſ. apud Rob. Stephanum. Cap. XXVI. Script. Vitarum.

*Theatrum Muliebre*, Francofurti.

§. 10.

THOMASINI *Illuſtrium virorum elogia*; & eiusdem *Liuius ſ. Vita Liuii & Petrarcha rediuiuus.*

IANI NICII ERYTHRAEI *Pinacotheca* multa memorabilia continet, ſed fabulis Papicolarum plurimum indulget.

„*Ianus Nicius Erythræus* in *Pinacothecæ* „plus amœnitatis admiſit, (quam *Sammar-* „*thanus*) ſed vt videatur non excedere vo- „luiſſe mediam gratiam inter panegyri- „cam magnificentiam & hiſtoriæ ſimpli- „citatem. Nullo interim modo compa- „randus fuerit ingenio *Sammarthani. Diſſ. T. I. p. 404.*

VBERTI FOLIETAE *Clarorum Ligurum elogia.*

SCAEVOLAE SAMMARTHANI *illuſtrium Gallorum elogia*: opuſculum ſelectiſſimum, cui in hoc genere ſcribendi comparari nil poteſt.

„E recentioribus eximia mediocritate & „temperatiſſima dictionis elegantia *Gallo-* „*rum illuſtrium elogia* IV. libris complexus „eſt *Scæuola* ille *Sammarthanus*, doctiſſi- „mi vir ingenii. *Diſſ. T. I. p. 404.*

MELCHIORIS ADAMI *Vitæ clarorum Germanorum, Theologorum, ICtorum,*



Digitized by Google

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

*Philoſophorum*: quo opere Germanicæ Hiſtoriæ ſtudioſi vix carere poſſunt.

*BOISSARDI Icones* pereximiæ.

§. 11.

*BERNHARDINI RVTILII Vitæ veterum ICtorum.*

*MARCI MANTVAE Vitæ ICtorum.*

*PETRI CASTELLANI Vitæ illuſtrium Medicorum.*

*CASP. PEVCERI Vitæ illuſtrium Medicorum.*

§. 12.

*DIOGENES LAERTIVS de Vitis* LAERTIVS. *Philoſophorum*, auctor plane eximius eſt, ſed paucis acceſſus, qui omnia fere illa, quæ de Philoſophorum ſectis habemus, nobis conſeruauit. Edidit eum *Caſaubonus* cum Notis & *AEgidius Menagius*.

„Sequitur *Diogenis Laertii Hiſtoria* „*Philoſophica*. Iudicium de eo duplex: „vnum eſt ſemidoctorum, alterum eru„ditorum. Inter illos referre cogimur „*Barth. Keckermannum*, qui admodum „contemtim de *Diogene* iudicauit fidem„que eius in dubium vocare conatus eſt: „qua in re prodidit, ſe & in hoc ſcriptore, „& in omni antiquitate hoſpitem eſſe. Ne„ceſſe eſt autem id accidere illis homini„bus, qui auctores tantum obiter inſpici„unt, ſicut fecit *Keckermannus*, antiquita„tis oppido ignarus; quod non toleran„dum eſt in doctore iuuentutis. Scripſit

„qui-

Digitized by Google

„quidem non contemnenda in iuuentute „de aliis rebus; ſed in his nihil vidit. Eru- „diti autem multum huic ſcriptori tribu- „unt. Dolendum, quod a iuuentute non „legatur; hinc enim ſtudia philoſophica „erant ordienda, cum ipſe per omnes ſe- „ctas eat, & ſtilo vtatur facili ac perſpi- „cuo. Sed quia Græca tanquam barbara „hodie faſtidiuntur, non valde hic quoque „curatur. Altera cauſſa eſt, quod non ex- „tent Commentarii in eundem. Putant „enim hodie, nullum ſcriptorem legen- „dum eſſe, niſi in quem moles Commen- „tariorum ſcripta ſit. Verum ſufficere „poſſet cura & verſio *Is. Caſauboni. Sæculæ IV. p. 166. ſq.* Cap. XXVI. Script. Vitarum.

§. 13.

*PHILOSTRATVM*, rariſſimum auctorem, qui *Apollonii Tyanæi*, celeberrimi illius magi, *vitam* inſigni eloquentia & eruditione ſcripſit, edidit Pariſiis *Fed. Morellus* Gr. Lat. Item *Vitas Sophiſtarum*; quem tamen alium eſſe, eiusdemque nominis, auctores plurimi putant: Item *Icones* eiusdem; (licet & hic alius a ſuperiore credatur) quod declamatorium plane opus eſt. Nam vnum alterumue ex veteribus illuſtribus viris aut fœminis deſcribendum ſibi ſumſit, & integram diſſertationem poſtea de hac materia ſubnectit. PHILOSTRATVS.

„*Philoſtratus de vita Apollonii* iuſſu Iu- „lii Seueri vxoris ſcripſit. Quantum ad

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„ſtilum, eſt accuratiſſimus & eruditiſſi-
„mus; quantum ad res, vaniſſimus, quas
„ipſe in ſpem rei auguſtæ adornat & ſu-
„perſtitionibus fidem conciliare nititur.
„Editio vna eſt incomparabilis *Morelli*
„Prof. Pariſienſis, qui multos alios etiam
„addidit, omnesque *Philoſtratos* coniun-
„ctim prodire iuſſit. *Sæcula IV. p.169.*

„Ex Hiſtoricis Græcis aliqui ſcripto-
„rem *vitæ Apollonii Philoſtratum* in hoc
„ſæculum tertium conferunt; de quo nos
„ſæculo ſuperiori. Minus dubitatur de
„auctore *Vitarum Sophiſtarum*, qui ſub
„Macrino & Heliogabalo vixit. Coniun-
„gitur alteri in editione. De numero
„*Philoſtratorum* vix ſatis conſtat. *Icones*
„putantur eius eſſe, qui *vitam Apollonii*
„ſcripſit: alii alium dicunt. *Heroica* vi-
„dentur eius eſſe, qui *Apollonii vitam* ſi-
„gnauit; ſunt enim ſtilo exquiſitiori ſcri-
„pta. In vnum opus omnia collegit *Mo-
„rellus*; qua editione nihil extat accurati-
„us. *Ibid. p. 278.*

„*Philoſtratus* ille, cuius extant duo *Ico-
„num* libri, venuſte & Attice ſcripſit: cu-
„ius memorabile MSC. habebam, cum ſa-
„tis eruditis ſcholiis. Reliqui illud in Bi-
„bliotheca Ser. Reginæ Sueciæ. *Sæcula IV. p. 62.*

„*Philoſtrati Opera* Gr. Lat. Pariſ. edita
„a *Fed. Morello*, fol. 1608. Non eſt vnus au-
„ctor. Vid. *Voſſium* de Hiſt. Gr. Sed omnia
„ſcripta

Digitized by Google

„ſcripta ſunt, erudita, nec infacunda. *Comment. de Script. p. 61.* Cap. XXVI. Script. Vitarum.

§. 14.

*EVNAPIVS SARDIANVS de Vitis Sophiſtarum*, neceſſarius, ſed difficilis auctor. Sunt, qui aſſerunt, Venetiis adhuc extare *Hiſtoriam Byzantinam* huius auctoris: ſed vix id credibile videtur EVNAPIVS.

„*Eunapius*, ſcriptor *Vitæ Sophiſtarum*. „Scripſit & aliud opus contextæ hiſtoriæ, „incipiens, vbi *Herodianus* defecerat. A„iebant, illud opus Venetiis adſeruari, ſed „nihil potuit reperiri, cum ab eruditiſſi„mis viris id perquirerem. Fragmentum „ex illo opere edidit *Andr. Schottus* de Le„gatis. Optima editio eſt Commeliniana. „Contraxit inuidiam aliquam, quod in „Chriſtianos iniquior eſſet. *Sæc. IV. p. 388.*

„*Eunapii Sardiani Vitæ.* Commelinus „edid. Gr. Lat. in 8. Neceſſarius liber ad hi„ſtoriam philoſophicam, vna cum *Laer„tio & Philoſtrato. Comm. de Script. p. 71.*

*HESYCHIVS* illuſtris in myſteriis Græcæ linguæ; ſed difficillimus ſcriptor eſt. Edidit eum *Meurſius*. HESTCHIVS.

„*Heſychii Illuſtrii* hiſtorica *Caſaubo„nus* cum *Diogene Laertio* edidit. *Comment. de Script. p. 83.*

*MORELLII*, Tiliani, *Tabula* non inelegans *de Origine, ſucceſſione, ætate & doctrina veterum Philoſophorum*. MORELLIVS.

Cap. XXVI. Script. Vitarum.

MALCHVS PORPHYRIVS.

§. 15.

MALCHI, siue PORPHYRII eximium scriptum *de Vita Pythagoræ* edidit *Conr. Rittershusius*, recusum nuper in Anglia.

„IAMBLICHVS *de Vita Pythagoræ* „Gr. Lat. in 4. *Arcerii.* 1598. *Comment. de Scr. p. 71.*

„*Iamblichi* opus *de vita Pythagoræ* philosophicum, & *Orationes protrepticæ.* „Poterat is Historicis annumerari propter „vitam Pythagoræ, nisi totum institutum „Philosophiam spectaret. Præmisit enim „vitam Pythagoræ, tanquam exemplum „ad philosophandum; postea Orationes „admonitorias subiungit. De eo præclarissime meritus est *Arcerius* in editione, „quæ superiori sæculo ex typographia „Commeliniana prodiit. *Sæcula IV. p. 387.*

„Fuit & alius *Iamblichus*, qui Babylonice scripsit. Seruata sunt illius opera „in Palatio Escuriali Regis Hispaniarum, „quæ Regina Sueciæ maximis sumtibus „redemit, quod vnicum illud exemplar „extaret in tota rerum natura. Quorsum „nunc delatum fuerit, nescio. Pertinet hic *Iamblichus* ad sæculum II. *Sæcula IV. p. 388.*

„MARINI Neapolitani *Proclus* Gr. „Lat. Basileæ. *Comment. de Script. p. 82.*

PETRI GASSENDI *Epicurus*: eiusdem *vita Peirescii;* eiusdem *Tychonis Brarahei vitæ;* eiusdem *Kepleri vita.*



Digitized by Google

IO. HENRICI MEIBOMII *Mæcenas* ſeu Vita Mæcenatis. Cap. XXVI. Script. Vitarum.

„*Mæcenatis* vitam erudite deſcripſit vir „doctiſſimus *Io. Henr. Meibomius*, Archia„ter Lubecenſis. *Sæcula IV. p.55.*

IOACH. CAMERARII *Vita Philippi Melanchthonis*, exquiſitiſſimum opuſculum, interque opera eius fere præcipuum, vt in quo multa habentur ad ſuperioris ſæculi hiſtoriam pertinentia.

Ceterum infinitum fuerit, omnes omnium vitas ſcriptas enumerare.

## CAPVT XXVII.

### DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE VARIAE.

§. I.

NVnc aliquid dicendum de iis ſcriptoribus, qui VARIAS RES, & multarum geſta gentium complexi ſunt. AELIANVS *Variam hiſtoriam* ſingulari iudicio & ſtilo conſcripſit. Edidit *Io. Schefferus*. Extat eiusdem *Hiſtoria Animalium.* AELIANVS.

„*Cl. AElianus*, qui *Tactica* ſua Hadria„no inſcripſit, & *libros XVII. de Animali„bus*, ac *Variæ Hiſtoriæ Libros XIV.* com„poſuit. Eruditiſſimum opus *Tactico„rum Sixtus Sarcerius* eruditiſſimis notis

Cap. XXVII. Hiſt. Varia.

„illuſtrauit. Nunquam omnia *AElianæ* „opera coniunctim in hunc vsque diem „prodierunt. Opus *de Animalibus* eſt „ſuauiſſimum; præſertim quia omnia ad „moralia accommodat: quo veſtigio v- „ſus ſuperiori ſæculo *Hieronymus Rorari-* „*us*, eruditum libellum & feſtiuum ſcri- „pſit, *quod bruta animalia ratione melius* „*vtantur, quam homines.* Culpant in *AE-* „*liano* quidam rationem ſcribendi, ideo „quod ſemper noua capita incipiant: ὅτι; „ſed hic eſt mos eorum, qui Locos com- „munes ſcribunt & ex aliis tantum excer- „punt, vt, quando auctoris alicuius verba „poſuerunt, ſubiungant: Hoc ita demon- „ſtratur, vel oſtenditur, quia &c. Et opti- „me & incomparabiliter de hoc auctore „meritus eſt *Conr. Geſnerus* in ſplendidiſ- „ſima editione Tigurina. Ego olim au- „ctor fui Clariſs. & doctiſſimo *Scheffero*, „cum adhuc hic viueret, edendi hunc au- „ctorem; hoc conſilio, vt allici iuuentus „poſſet ad lectionem Græci auctoris ſua- „uiſſimi, quæ alias magnitudine aliorum „operum Græcorum fere deterreri ſolet. „Speramus ſecundas curas *Schefferi* ac- „curatiores fore. *Sæcula IV. p. 164. ſq.*

APOLLONII DYSCOLI *Hiſto-*

APOLLONIVS DYSCOLVS. *riam Comentitiam*, ſeu fabuloſam edidit *Meurſius.*

„*Apollonii* Alexandrini, *Dyſcoli, Hiſto-* „*ria Commentitia* & *quatuor* συνλάξεως *li-* „*bri:*

„*bri*: quem post *Xylandrum* edidit *Meur-*
*sius. Sæcula IV. p. 169.*

„*Apollonii Dyscoli* Grammat. *de Syntaxi*
„*Græca*, edita ex officina Wechel. Fran-
„cof. 1590. *Comment. de Script. p. 62.*

CONSTANTIN. PORPHTROG.

*Excerpta* CONSTANTINI PORPHYROGENNETI, quæ *Peirescius* magnis sumtibus Constantinopoli adferri curauit, edita sunt ab *Henrico Valesio*: *Excerpta Legationum* Græce edidit *Hæschelius*. Nota hunc Imperatorem cupidinem inuasisse, habendi locos communes ex omnibus Historicis Græcis. Itaque sub certis titulis ex auctoribus loca collecta sunt, vt ex iis apparet, quæ *de Virtutibus* tantum *& vitiis* nobis restant: eaque res fortasis in causa fuit, vt plurimi postea auctores præ hoc opere neglecti plane interirent.

„*Constantinus* Imperator *Porphyroge-*
„*nitus* ex variis scriptoribus iussit quædam
„congeri, quorum hodie duo tantum su-
„persunt tituli, vnus *de virtutibus & viti-*
„*is*, alter *de Legationibus*: qui liber au-
„spiciis *Nic. Peirescii* inuentus & editus est.
„Posterior quidem primo Augustæ seor-
„sum auspiciis *Dau. Hæschelii* prodiit. Nisi
„hæc compendia fuissent, forsan ipsi au-
„ctores ad nos peruenissent integri, quo-
„rum minor habebatur postmodum cura,
„cum ista breuiaria vlurparentur. *Sæcula IV. p. 20.*

„Mos *Eclogarum Constantino* placuit.

„Ex-

Digitized by Google

Cap. XXVII. Hiſt. Varia.

„Extat duplex fragmentum; *de Legatio-*
„*nibus* & *de virtute ac vitio.* Illius editio-
„ne partim *Vrſinus*, partim *Hæſchelius*; hu-
„ius *Henricus Valeſius* rem literariam or-
„narunt. *Præf. ad Grotium de I. B. & P. p. 14.*

§. 2.

VALERIVS MAXIMVS vna cum *Velleio* ſub Tiberio vixit, eruditus & Latinitatis ſtudioſisſimus vir; ſed ſtili nimium affectati cultus in cauſſa erat, cur non ſemper feliciter ei acumina excogitata cederent.

VALERIVS MAXIMVS.

„*Valerius Maximus* Hiſtoriam ſuam
„proponit adornamentis Oratoriis. Diffi-
„teri non poſſumus, eum moleſtius inter-
„dum loqui & ſubobſcurius, dum, quæ
„præclare animo concepit, non tam com-
„mode effari poteſt; vt *Hieronymus* de
„*Hilario* quoque iudicabat. Alias ora-
„tio eius eſt latinisſima. Obiiciunt qui-
„dam, quod ab initio ſtatim dicat: *mea*
„*paruitas*; ſed debebant meminiſſe, fa-
„ctam iam quidem eſſe aliquam inclina-
„tionem tum a puritate Latini ſermonis,
„ſed exiguam, cum etiam *Velleius*, de quo
„tamen conſentiunt, eſſe elegantisſimum
„ſcriptorem, dicat, *mea mediocritas*. Vo-
„luit autem ſe *Valerius* ita ad aulam ac-
„commodare eique placere. Hinc non
„difficulter intelligimus, iam tum in aula
„iſtiusmodi formulas loquendi viguiſſe;
„ſicut

„ſicut nec hodie cuiquam licet vocabula „aulica ſubterfugere. Optimorum pro„fecto auctorum imitator lectorque fuit „*Valerius*; ſed prout cuiusque eſt inge„nium, ita etiam ſtilus. Editio Coloni„enſis *Coleri* eximia fuit, in cuius notis „magna eſt eruditio, inſertis editioni et„iam Wechelianæ cum notis Variorum; „repetitis in editione Leidenſium, quæ „cum Wechelianis editionibus auctorum „nullo modo comparari poſſunt: in illis „enim Commentatorum notæ integræ ex„hibentur; in his mutilatim: quæ ratio „plane probari non poteſt, diſplicuitque „quod certo ſcio, etiam *Salmaſio*. Pla„cent autem editiones Leidenſes tantum „propter nitorem ſcripturæ; æſtimatione „autem eruditionis parui pendendæ, „quamuis plerosque iam ſcriptores ita e„diderint. E. g. *Schildius*, homo non ine„ruditus *Suetonium* edidit cum parte No„tarum *Caſauboni*, cum parte *Torrentii* &c. „quaſi vero quispiam vlla ex annotationi„bus *Caſauboni* carere posſit; & plerum„que eas notas omittit, quæ quam maxime „requirebantur. Improbauit hoc inſtitu„tum, vt dixi, *Salmaſius*, ex quo ipſe au„diui, nec non doctiſſimus *Gronouius*. „Videntur quidem illi obtendere auctori„tatem magni *Berneggeri*; ſed ipſius in„ſtituti longe alia fuit ratio. Nam ſingu„lari & admirabili iudicio ipſe omnia non

„tan-

Digitized by Google

Cap. XXVII. Hist. Varia.

„tantum ex commentariis, sed aliis quo-
„que thesauris linguarum & libris criticis
„collegit & digessit: quod ipsi nunquam
„penetrare possunt. *Sæcula IV. p. 78. sq.*

„Scripsit eadem (Tiberii) ætate *Valeri-*
„*us Maximus*, a cuius lectione multorum
„animos alienauit, quod in limine statim
„obiicitur, *mea paruitas*: sed nimirum ita
„iam incipiebant studio humilis reueren-
„tiæ erga Principes loqui. *Velleius* de se,
„*mea mediocritas*, inquit. Cetera inge-
„nio eius, non ævo tribuenda sunt: in-
„genio enim vsus est ad res colorandas
„proniore, cuique nihil sine figura & in-
„uento placeret. Hinc sententiosum scri-
„bendi genus, & quæsitum acumen & ca-
„ptata ex quauis occasione nouitas. In
„quibus rebus confectandis nolim sane o-
„rationem Politici liberalius sibi indul-
„gere: reperiet tamen in hoc exemplo v-
„bique, quod leui flexu ad simplicioris ve-
„nustatis habitum decore transduci possit.
„In verbis interim plus Latini sermonis
„latet, quam plerique animaduertunt.
„Quare ne ab emendatæ quidem orationis
„studioso, si profectu aliquo & iudicio
„fuerit instructus, eum plane remouen-
„dum censuerim: ne dicam, hanc quasi
„materiam iudicandi censendique ὕλην
„κριτικὴν, vberi & commoda disciplina
„posse demonstrare, quid feliciter aut se-
„cus a grauiore venustatis genio & purio-
„re

Digitized by Google

„re eloquentiæ forma deflexum paulatim Cap. XXVII.
„fit atque immutatum. Ita enim abit a- Hiſt. Varia.
„liquando a melioribus exemplis, vt eo-
„rum peritiam oſtentet, & amorem pro-
„fiteatur. *Diſſ. T. I. p. 109. ſq.*

„Nec *Valerio Maximo* deeſt eloquen-
„tia, qui ſtudioſus & expreſſionis grauio-
„ris & ſententiarum crebritatem ſolida
„philoſophia munit; licet filum totius o-
„rationis non vbique ſatis expeditum vi-
„deatur: cui rei tamen paratum eſt a iu-
„dicio attenti lectoris remedium. *Diſſ. T. III. p. 539.*

Huc quoque refertur IVLIVS OB- IVL. OBSE-
SEQVENS *de Prodigiis.* QVENS.

„Prodigia & oſtenta diligentius, quam
„opus erat, LYCOSTHENES colle-
„git. *Sæcula IV. p. 89.*

„Prodigia, quæ putabat, conſignauit
„*Conr. Lycoſthenes*, in eo tamen non pro-
„bandus, quod ſua non ex fontibus repe-
„tit; ſed ex nouitiis fere ſcriptoribus. *Ibid. p. 284.*

§. 3.

ALEXANDRI Neapolitani, ſ. *ab* ALEX. ab A-
ALEXANDRO *Dies Geniales* ad hiſtori- LEXAN-
am literariam pertinent. Opus alias ſatis e- DRO.
ruditum, & a varietate rerum, quas continet, commendandum. Interim tamen non vbi-
que accuratum eſt, aut ita expolitum, vt ei per omnia fides tuto adhiberi poſſit. *Tiraquellus*, Ctus celebris, prolixum ei *Commentarium* addidit

Cap. XXVII. Hiſt. Varia.

addidit, aut potius ſupplementum, in fol. *Raphaelis Volaterrani* opus hoc inferius eſt.

RHODIGINVS.

CAELIVS RHODIGINVS *Varias Lectiones* ſcripſit & doctiſſimus vir fuit: ſed is quoque infra memorabitur.

P.CRINITVS.

PETRVS CRINITVS Italus, qui *de honeſtis diſciplinis & Poetis* differens nimium nugatus eſt, ac non niſi cum grano ſalis legendus. Homines quidem non ſatis eruditi multum olim hoc auctore vſi ſunt, & in primis etiam qui concionibus ad populum habendis vacant; cum ille tamen vel maxime in rebus ſacris ineptiat.

§. 4.

Huc quoque pertinet vaſtum illud. THEOD. ZWINGERI opus, *Theatrum vitæ humanæ*, V. Tomis conſtans; in quo tamen *Beyerlingum* Ieſuitam, hanc ei gloriam edito (*Theatrum vitæ humanæ* quoque inſcripſit) ſimili opere eripere percupientem methodo diligentiaque ſuperat. *Thuanus* elegantiſſimum in *Vita ſua* de hoc viro iudicium habet, dum ſcilicet ſe in *Zvvingero* promptiſſimum reperiſſe dicit ingenium, digniusque, quam vt eiusmodi operibus conſumeretur, quibus minus poſſet ſufficere, ſi non maiorem nominis ſoceri & popularium ſuorum, qui ſpiſſæ molis librorum congerie fere gaudent, quam propriæ laudis rationem habuiſſet

„De *Polyanthea Langii* non magnifice „ſentiendum. *Theatrum Vitæ humanæ* „*Zvvingeri* commendatur. *Laurentius*

„*Beyer-*

„*Beyerlinck*, Ieſuita, *Theatrum* ſcripſit ad „obſcurandum *Zvvingerum*; ſed ἀκριβείαν „*Zvvingeri* non attingit. *Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 88.* Cap. XXVII. Hiſt. Varia.

RAPHAELIS VOLATERRANI *Commentariis Vrbicis* fidendum non eſt, plurimis enim nugis ſcatent. Interim tamen in rebus Italicis multa memoratu digna, vt quæ in priuatis familiis contigerunt, fruſtraque alibi quæruntur, habent. VOLATERRANVS.

Nota multa in eiusmodi libris occurrere memorabilia, quæ aliis hiſtoriis, etſi ab eodem, aut eodem tempore ſcriptis, inſerta non ſunt. Ita *Thuanus* elegantiſſimis Commentariis *de Vita ſua*, & *Gaſſendus* in *Vita Peireſcii*; *Cicero*, & alii docti viri in Epiſtolis ſuis plurimas delicatiſſimas hiſtorias afferunt earum rerum, quæ cum iis temporibus acciderunt, hiſtoriæ tamen inſeri, aut ab ipſis, aut ab aliis non potuerunt; quod ipſum tamen hodie pauci obſeruant. In *Budæi* certe *de Aſſe* opere elegantiſſimo, ſi quis tantum ad titulum reſpiciat, alia forte omnia ibi quæſiuerit, quam quæ de rerum Gallicarum notitia, variaque ſapientia ibi habentur.

„Inde nata haud dubie fabularum architectis occaſio omnia permiſcendi: id quod „*Petro Crinito* & *Raphaeli Volaterrano* per „eſt familiare. Sed libros tot iam cenſu„ris confoſſos, totque mendaciorum con„uictos, mirum ſit, ſi quis hodie ſecuro ani„mo velit ſequi. *Diſſ. III. ad Grotium p. 812.*



Digitized by Google

Cap. XXVII. Hiſt. Varia.

§. 5.

BAPTISTA FVLGOSVS *de dictis factisque memorabilibus*, recens ſcriptor, & fruſtra falſoque ab aliis Veteribus annumeratus. *Valerium Maximum* ſibi imitandum duxit, ac exempla ex vetuſtioribus, in primis recentioribus, eximia attulit. Opuſculi huius magna olim dignitas celebritasque fuit.

ANTONII MIZALDI *Centuriæ rerum memorabilium* multorum hodie in manibus ſunt.

PETRI BELLONI *Obſeruationes memorabiles.*

SIMONIS MAIOLI *Dies Caniculares*, elegans liber, cui *G. Draudius* appendicem aſtruxit.

PHILIPPI CAMERARII *Horæ ſubciſiuæ.*

LAELII BISCIOLAE e S. I. *Horæ ſubciſiuæ.*

HIERONYMI WOLFFII, maximæ diligentiæ, ſed non accurati vbique viri, *Lectiones memorabiles*, II. Tomis fol. hodie, quod raro reperiuntur, magni æſtimantur: ſunt tamen mala ibi bonis mixta.

§. 6.

WOLFGANGVS LAZIVS, doctiſſimus vir, & de literis præclare meritus, inſigne opus *de migrationibus Gentium* ſcripſit, quo eruditi pæne carere non poſſunt. Verum tamen omnia ibi accurata non ſunt, aut ſine vlteriori disquiſitione accipienda. Eſt enim

hæc

Digitized by Google

hæc materia difficillima omnium, & cui recte pertractandæ vnius humeri vix ſuffecerint præſertim cum tam pauca hac de re idonea monumenta habeamus. Interim *Cl. Salmaſius* in inſigni opere *de lingua Helleniſtica* ſpecimen dedit, quomodo in hac materia quis cum dignitate fructuque verſari poſſit, cum ſcilicet de migrationibus Græcarum gentium ſatis egregia diſſerit. *Reinerus Reineccius* valde perſtrinxit *Lazium* ob tot fabulas operi inſperſas. Scripſit *Lazius* & alia, vt libros *rerum Viennenſium*, *Michaeli Neandro* allegatos. Cap. XXVII. Hiſt. Varia.

CONRADVS PEVTINGERVS etiam edidit duo egregia, vt omnia eiusdem, opuſcula: *Epitomen de migrationibus Gentium* & *Sermones Conuiuales*. In *Sermonibus Conuiualibus* multa exponit, quæ pertinent ad Germaniæ Antiquitates.

AENEAE SYLVII, viri ſane doctiſſimi, ſed ſtilo, vt ea ætate, adhuc aliquantulum rudioris, *Opera*, in quibus, præſertim in epiſtolis eius, multa ad hiſtoriam eorum temporum pertinentia habentur. Editio vetus in 4.

IO. ANNII, Viterbienſis, *Libri Antiquitatum* extant.

MATTHAEI HOSTI *Hiſtoricæ Antiquitates* extant.

POSTELLVS de Originibus rerum.



Digitized by Google

Cap. XXVII. Hiſt. Varia.

§. 7.

ALEXANDRI SARDI opuſculum *de moribus & ritibus gentium* in cunctorum manibus verſatur.

IO. BOEMI *Mores, leges, ritus omnium Gentium.*

BESOLDI ſcriptum de *Natura populorum* introductionis loco eſſe poteſt ad variam hiſtoriam.

„*Beſoldi* liber *de Natura populorum* „commendatur. Alias *Beſoldi* ſcripta po„litica non nimis magni facienda ſunt. *Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 141. ſq.*

BOTERI *Politica Regia*, ſeu deſcriptio imperiorum mundi.

„*Boterus* in ſua *Politica* de arcibus & „coloniis etiam videndus, cuius auctoris „ſcripta compluribus placent. *Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 146.*

„Præcellunt in hoc peritiæ genere „(contexendi Hiſt. vniuerſalem) *Boteri* & „*Forſtneri* ſcripta. *Diſſ. T. I. p. 1170.*

CASP. ENS *Theſaurus*, ſeu Relationes de Imperiis & Statibus Orbis.

PHILIPPI HONORII *Theſaurus* eiusdem argumenti. Ambo opera ſunt eximia, de quibus vide *I. H. Boeclerum* in diſſert. de Peregrinatione Germanici. (*Diſſ. T. I. p. 13.*)

Item *Archontologia Coſmica* GOTHOFREDI.

„*Lydius Lapis* TRAIANI BOC„CALINI, vt & alia eius ſcripta ſpeci„minibus

„minibus talis cognitionis voluerunt ce- Cap. XXVII.
„lebrari. Quamquam is nimium ſæpe Hiſt. Varia.
„coniecturis ſuis permiſit & confidentius
„aliquando ambulat. *Diſſ. T. I. p. 1170.*

„Doctiſſimus IO. STRAVCHIVS,
„ICtus, in *Exercitationum exotericarum*
„prima ſtatum totius Europæ currente
„ſæculo XVI. ita exhibuit, vt conſiliorum
„rerumque geſtarum contextus eo ſubſi-
„dio melius ordinari comprehendique
„poſſet. *Ibid.*

§. 8.

*Respublicæ* apud *Elzeuirios* impreſſæ; vbi notandum, quasdam inter eas deſcriptiones egregias eſſe, alias rurſus haud magni momenti.

„Respublicas varias expoſitas Elzeuirii
„compluſculos ante annos edidere; in
„quibus tamen hoc eſt incommodi, quod
„nonnullæ diligenter & a doctis viris, aliæ
„ſecus deſcriptæ ſunt. *Diſſ. T. III. p. 347.*

„Ex quo ſapientia literis coli cœpit pe-
„ritiſſimus quisque eruditorum deſcri-
„ptiones Rerumpublicarum ediderunt.
„Laudant hoc nomine *Diogenes Laertius*
„& *Photius* ſummos viros; in his *Ariſto-*
„*telem*, *Theophraſtum*, *Xenophontem*, *He-*
„*raclidem Ponticum*, *Nicolaum Damaſce-*
„*num*, aliosque. Nec omiſerunt hoc in-
„duſtriæ genus propiores ætates, ſatisque
„noti ſunt eorum conatus, qui deſcriptio-
„nes omnium imperiorum & rerumpu-

Cap. XXVII. Hiſt. Varia.

„blicarum totius orbis a variis ſcriptoribus „compoſitas magnis voluminibus colle- „gerunt. De quibus deſcriptoribus ne „quis plura ſibi polliceatur, quam par eſt, „non ignorandum eſt, pauciſſimas illa- „rum ſatis erudite diligenterque conſtru- „ctas eſſe: reliquæ fortuitis auctoribus „laboribusque æſtimantur. In multis o- „pes tantum imperii deſcribuntur; earum „rerum, quæ ad ſtatum habitumque regi- „minis pertinent, parua aut nulla men- „tione facta. - - - - - Illi certe vehe- „menter errant, qui deſcriptiones ſtatu- „um & imperiorum ex deſignata ſemel „formula, & libris, quales ſupra nomina- „uimus, ſemper repeti debere ſtatuerunt. *Diſſ. T. I. p. 56.*

Cur BRISSONII *de Regno Perſico* exquiſitiſſimum libellum omiſerint, mirari quis merito poſſet. Item CLAVDII SESSELLII elegantem de *Regno Gallico* libellum; in quo tamen vir doctiſſimus ob certas cauſſas omnem poteſtatem regibus ſuis adimere & Ariſtocratia mixtum ſtatum Gallicum aſſerere conatus eſt; licet contrarium ignotum ei eſſe non poſſet.

ANGELI WERDENHAGII opus *de Rebuspublicis Hanſeaticis* hic prætereundum non eſt, quamuis absque iudicio, & ſtilo moleſtiſſimo ſit conſcriptum. Figuræ interim æneæ ſatis elegantes ſunt.

„Recentiora Hanſeatici fœderis Acta me- „mora-

Digitized by Google

„morabili & vasto opere collegit *Io. Ange-* Cap. XXVII.
„*lus a Werdenhagen*, partibus præsertim Hist. Varia.
„posterioribus, quarta, quinta, & sexta: vt
„mirum sit, neminem eius mentionem fa-
„cere; nisi quod *Limnæus* T. IV. ad L. 7.
„c. 1. meminit auditum sibi, non visum, scri-
„ptorem. *Notitia S. R. Imperii p. 271.*

## CAPVT XXVIII.

### DE VARIIS OPERIBVS PHILOLOGORVM.

§. 1.

DEducimur nunc ad monumenta Historiæ Literariæ, antiquitates, ritus, & id genus alia; quamuis horum non pauca sane in superius citatis contineantur. Interim addi possunt sequentia tanquam *παραλειπόμενα*, aut etiam auctaria: imo extet hic, tanquam appendicis loco ad Philologiam, catalogus literatorum, vt appellantur, scilicet Oratorum, Grammaticorum, variæ eruditionis consultorum, quos omnes PHILOLOGI ac LITERATORIS vocabulo solent complecti.

§. 2.

ATHENAEVS nobilissimus auctor, sed difficilis a *Casaubono* in fol. editus. ATHENAEVS.

„De Grammaticis Græcis occurrit *A-*



Digitized by Google

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

„*thenæus*, quem hoc cognomento laudat „*Suidas*. Floruit ſub M. Antonino & „Commodo, & fortaſſe vsque ad Seueri „tempora. Merito referimus eum inter „Grammaticos, quamuis multa hiſtoricæ „habeat; hoc enim olim potiſſimum fuit „opus Grammatici, hiſtoriam ποικίλην „ſcribere. Huius vero ſcriptoris quanta „ſit vtilitas, verbis exprimi non poteſt: „pauciſſimi etiam ex eruditis ſciunt, quan„tum in eo lateat, & hoc propter ſummam „rerum reconditarum & nullibi alias me„moratarum difficultatem. Quantum „enim conſeruauit nobis ex omni genere „Poetarum, quorum alias nec nomina ſci„remus! Quantum habet obſeruationum „variarum, quæ ad mores & ritus antiqui„tatis pertinent, quæ omnia fruſtra ex a„liis peterentur! Verum, vt dixi, paucis „eſt familiaris, & illis ſolum, qui altius in „variam eruditionem ſe immergunt. Præ„clariſſime de eo meritus eſt *Iſ. Caſauboнus*, qui ex multis MSS. loca, vt ita dicam, „ſemiplena ſuppleuit, & nobilibus anim„aduerſionibus illuſtrauit, Tomis II. *Sæc. IV. p. 156. ſq.*

„*Athenæum* Gr. Lat. & cum Commen„tario edidit *Caſaubonus* in fol. Plurimæ „eruditionis & curioſæ annotationis au„ctor. *Comment. de Scr. p. 62.*

LVCIANVS.

LVCIANVS optimus quidem & facundiſſi-

cundisſimus, verum ſimul & maledicentiſſimus, ſcripſit, vt notum eſt, *Dialogos*. Cap. XXVIII Philol. Opera.

„Huic ſæculo II. etiam conuenit *Luciani*, Samoſatenſis, quem inter Philoſophos merito referimus. *Gerh. Io. Voſſius* de Hiſt. Gr. L. 2. c. 15. eum inter Hiſtoricos refert, propter doctisſimum eius opus *de Hiſtoria ſcribenda*, cuius ſimile in tota antiquitate non habemus. Secutus eſt *Lucianus*, Vir doctisſimus & eloquentisſimus, genus ſcribendi dialogiſticum, ſicut *Plato* & *Cicero*; vt nimirum ſalebroſa illa, quæ Philoſophiam aſperiorem reddunt, hiſce condimentis edulcentur. Primus eum edidit *Aldus*; poſtea ſecutæ ſunt editiones. Hagenoenſis & Baſileenſis; accesſit tandem Pariſienſis *Fed. Morelli*, viri de compluribus Græcis auctoribus præclarisſime meriti. Hunc ſcriptorem mature iuuentuti verſandum ſuaſerunt viri docti: & quamuis Chriſtianis fuerit iniquior, in eo tamen reperitur, quicquid in viro erudito laudari meretur. Genus ſcribendi eſt ſatyricum, quia videbat plurimum peccari, non tantum in moribus, ſed & in Philoſophia: vixque nobilius opus eſt in ſatyricis. *Sæcula IV. p. 175. ſq.*

„*Luciani Opera* Gr. Lat. Baſileæ IV. Tomis 1568. Lugduni 1549. Multa eloquentia & varia eruditio ineſt. *Comment. de Script. p. 62.*

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

„E Latinis Grammaticis ſupereſt AV-
„LVS GELLIVS, de cuius prænomi-
„ne, argumento, eruditione, vſu, aliquid
„dicendum, vt & de *Lipſii* cenſura, item-
„que de editionibus. Scribendum eſt
„*Aulus Gellius*, alterum enim nomen, *Agel-*
„*lius*, plane eſt corruptum; ſicut erudite
„oſtendit doctisſimus *Lambecius* in præ-
„guſtu ad *Noctes Atticas*, qui adeo egregie
„diſputat de nominibus huius ſcriptoris, vt
„nihil amplius ſuperſit dubitationis. Liber
„editus eſt Pariſiis. Ipſius autem *Auli*
„*Gellii* liber eſt aureus, ornatus erudito &
„ingenioſe excogitato titulo *Noctium At-*
„*ticarum*, quia in eo de varia eruditione
„tractat. Neque quisquam negauerit,
„aureum eſſe ſcriptum, cuius auctoritate
„perpetuo nituntur reſtauratores antiqui-
„tatis, *Onuphrius Panuinius*, *Sigonius* &c.
„Stilus eius eſt optimus, neque ob anti-
„quorum vſum vocabulorum deſinit eſſe
„Latiniſſimus. Exiſtimationem tamen e-
„ius minuit etiam cenſura *Lipſii*, qua eum
„vehementer reprehendit. Verum ſu-
„pra iam monuimus, *Lipſium*, quia ex
„omnibus antiquis ſcriptoribus *Senecam*
„ſibi & *Tacitum* delegit, reliquos omnes
„qui contra hos aliquid dicunt, vehemen-
„ter caſtigare. Quia igitur *Gellius* etiam
„quasdam in *Seneca* phraſes culpauit, ini-
„quius de eo iudicauit: quod & fecit
„*Quintiliano*, at quanto viro! vt ſuperio-

ri

„ri fæculo vidimus, de quo non ſine con- Cap. XXIIX.
„temtu ſæpe loquitur. Nihilominus ta- Philol. Op-
„men cogitur agnoſcere, multum bonæ ra.
„frugis in *Gellio* eſſe; reliqua autem, quæ
„de eo dicit, locum habere nequeunt. Pau-
„ciſſimi interim ſunt, qui hunc auctorem
„ita triuerunt, vt eum penitus cognoſcant.
„Editio Stephanica ceteras ſuperauit in-
„duſtria. *Sæcula IV. p. 159.*

„*Auli Gellii*, non *Agellii*, *Noctes Atti-*
„*cæ* ab *Henrico Stephano* & aliis ſæpius edi-
„tæ; etiam Lugd. Bat. cum notis Vario-
„rum in 8. Singularis theſaurus anti-
„quæ eloquentiæ & philoſophiæ, ſed pau-
„cis perſpectus, latet in hoc ſcriptore: ne
„quem præiudicio decipiat *Lipſii* iniquior
„cenſura in præloquio *Senecæ*. *Comment.*
*de Script. p. 61. ſq.*

„*A. Gellium* quod attinet, verſatur &
„is circa particulas antiquitatum & obſer-
„uationum, adeoque tam commode iis
„iungi non poterat, qui ſcriptione magis
„continua & perpetua ſtilum plenius in-
„formant. Eſt autem in medio genere,
„ſiue potius in primo & ſimpliciſſimo;
„hoc potiſſimum nomine legendus, vt nos
„de facie antiquioris ſtili admoneat. Ne-
„que ſine cautione interim: non pauca
„enim ſunt, quæ nolim in quouis argu-
„mento admittere. *Diſſ. T. III. p. 542.* (*Vide*
*etiam Commentationem in locum quendam*
*Gellianum T. I. Diſſ. p. 238. ſqq.*)

„APV-

Digitized by Google

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

„APVLEIVS, Madaurenſis, Platonicus, Latinus Philoſophus: dignus titulo Philoſophi. In eo ſingulari induſtria verſatus eſt *Beroaldus*: omnium autem præclariſſime meritus eſt de *Apuleio* „*Elmenhorſtius*, qui eum edidit cum notis variorum, & *Petri Coluii*, qui & ipſe „præclare de eo meritus eſt; ſicut omnes „eius viri notæ in auctores ſunt doctiſſimæ. De eruditione *Apuleii* nemo dubitabit, niſi qui fuerit indoctus; quæ ſane „eſt exquiſitiſſima. Stilus quidem aliquid peculiare ſapit & a cetera conſuetudine abit, more Afrorum. Et quamuis fuit ſtudioſiſſimus lector antiquorum, ſtilum tamen ſibi proprium commentus eſt „ſatis audacter; qui nimirum ad tumorem Africanum accederet. Omnes enim Afri ſtilum habent turgidum & falebroſum; niſi quod ſolus *Terentius*, qui „quidem ante illa tempora diu vixit, nihil „tale oſtendit in ſuis ſcriptis. Plurimæ autem vtilitatis hic Philoſophus. *Metamorphoſes*, ſeu fabulas Mileſias ſeorſum „edidit *Io. Pricæus*, eruditus quidam Gallus; „cuius etiam erudita ſunt, quæ annotauit. „Nondum tamen videtur quisquam oſtendiſſe, quam eruditus fuerit *Apuleius*, „quantumque ex Græcis traheret. Nec „Philoſophus tantum fuit inſignis, ſed & „Orator: quod oſtendit in *Apologia* ſua; „quantum ſcilicet ad artem & modum, ad ſo-

Digitized by Google

„ſophiſmata & ſtratagemata oratoria atti- Cap. XXIIX.
„net. Abundat autem myſteriis Platoni- Philol. Ope-
„cis; ideo in ſuſpicionem magiæ fuit tra- ra.
„ctus. *Sæcula IV. p. 186.*

„*Apuleius*, Platonicus, a *Geuerhardo* „*Elmenhorſtio* cum notis & indice editus. „In *Apologia* *Scipio Gentilis* ampliſſimum „Commentarium ſcripſit: *Metamorpho-* „*ſin Io. Pricæus* 1650. notis illuſtrauit. In „hoc ſcriptore plus antiquæ Latinitatis & „reconditæ Philoſophiæ reperitur, quam „vulgo cognitum eſt: quia enim ſtilus e- „ius tumorem aliquem præfert, & affecta- „tionem, negligitur plerumque. Sed, vt „dixi, profunda eruditio ſubeſt. *Comment. de Script. p. 59.*

„De ſtilo *Apuleii* nihil eſt cauſſæ, cur „nimis præclare ſentiamus, aut ad imi- „tationem iuuentuti proponamus. *Diſſ. T. III. p. 542.*

„MACROBIVS valde contemni- „tur a *Iouiano Fontano* in *Antonio* ſuo & „*Scaligero* in *Poeticis*; luculentiſſimi ta- „men ſunt eius *Commentarii in Somnium* „*Scipionis.* Nec minus difficillimum o- „pus eſt aggreſſus in *Saturnalibus*, quæ etſi „non vbique exacte tractauit, magnis ta- „men excidit auſis, & viam monſtrauit a- „liis vlterius de eo meditandi. *Lipſius* „certe fuit inter eos, qui eum valde æſti- „mant. Editio *Iſaaci Pontani* ſine con- „trouerſia eſt optima, qui præclariſſime

„de

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

„de *Macrobio* eſt meritus. *Sæcula IV. p. 380.*

„Nec *Macrobium* hic omiſero, decore „& perſpicue loquentem. *Diſſ. T. III. p. 540.*

„MARTIANVS CAPELLA *Hugonis Grotii* in 8. *Comment. de Scr. p. 84.*

„IOHANNES SARISBERIENSIS *de Nugis Curialium* libros VIII. & „*Metalogici* IV. ſcripſit, Lugd. Bat. 1639. impreſſos. Multa bona fragmenta veterum ſcriptorum, quibus caremus, habet. *Comment. de Script. p. 99.*

§. 3.

LVDOVICI VIVIS *Opera* iunctim impreſſa Baſileæ.

GVILIELMI BVDAEI *Commentarii in Pandectas*; item *de Aſſe & partibus Aſſis*: eiusdem *de Tranſitu Helleniſmi ad Chriſtianiſmum*: eiusdem *Epiſtolæ*, & alia opuſcula.

„*Guilielmus Budæus*, Pariſienſis, cum *Erasmo* de principatu eruditionis contendens, natus 1467. moritur 1540. 17. Kal. „Sept. ætatis ſuæ 73. *De rebus Sæc. XVI. p. 465.*

„Quodſi grauiore tibi opus eſt magiſtro, qui te doceat, quantum omnis vrbanæ vitæ, aulicique moris conſuetudo „prætendat ſimulacri, admittat lenocinii, „comminiſcatur artificii; ſiue potius, quantum illa ſcena compoſite ſtructa, ſpecioſe adornata, diſtet a veris & ſolidis vitæ „agendæ

Digitized by Google

„agendæ artibus, illuſtrem virum multa- Cap. XXIIX.
„que experientia ſenem laudabo *Guiliel-* Philol. Ope-
„*mum Budæum*, cuius memorabili com- ra.
„mentario *de tranſitu Helleniſmi ad Chri-*
„*ſtianiſmum*, ſignanter hæc philoſophia
„inſeritur. *Diſſ. T. I. p. 39. ſq.*

ANGELI BASSI POLITIANI *Opera.*

GEORGII TRAPEZVNTII *Opera.*

LAVRENTII VALLAE *Opera.*

*Opera* THOMAE LINACRI, LILII GYRALDI, CAELII CALCAGNINI, IVSTI LIPSII.

„Epiſtola 30. *Lipſii* ad Leubium oſten-
„dit, quam fluctuet animo *Lipſius*. Liber
„contra *Lipſium* ſcriptus eſt de *Idolo Hal-*
„*lenſi*, cuius auctor creditur *Denaiſius*; qui
„oſtendit, *Lipſium* non magis in religione
„nouiſſe, quam gentiles. *Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 141.*

„*Lipſius*, lectione *Senecæ* præſertim,
„Stoicæ philoſophiæ ſententias plus,
„quam Chriſtiana religio patitur, amauit,
„extulit, imitatus eſt. Qua de re agit eru-
„ditus libellus *de Idolo Hallenſi*. Auctor,
„qui nomen ſuum celauit, eſt *Petrus De-*
„*naiſius*, Aſſeſſor olim Cameræ Spirenſis. *Diſſertat. Politicæ p. 319. ſq.*

„*Lipſius* vbique ſibi ſimilis eſt, id eſt, in re
„Theologica, aut quocunque modo ad re-
„ligio-

Digitized by Google

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

„ligionem pertinente lubricus, anceps, va-
„gus, in omnes formas mutabilis; id quod
„neceſſe eſt accidere homini vera religio-
„ne ſerio nunquam imbuto, ſacrarumque
„literarum penitus experti. *Diſſ. T. III. p. 378.* (*Adde quæ ibidem antecedunt & ſequuntur quamplurima.*)

„Non omnes ſcriptores eadem dili-
„gentia tractauit *Lipſius*. *Tacitum* &
„*Senecam* quidem accuratiſſime ſciuit;
„ſed alios non æque. Vnde quoties de
„*Tacito* & *Seneca* iudicat *Lipſius*, rectiſ-
„ſime ſane iudicat; ſed quando de aliis
„iudicat, ſæpius errat: quod inde ortum
„eſt, quia non omnes pari diligentia tra-
„ctauit. *Diſſ. ad Lipſii Politica p. 91.*

„*Lipſius* ſtili myſteria non adeo perui-
„derat, neque in lectione auctorum de i-
„dea aliqua ſtili tota admodum ſollicitus
„erat. Cui accedit illud etiam, quod
„quicquid videbat diuerſum ab *Seneca* &
„*Tacito*, illud nihil exiſtimaret, nec ipſi
„præter duos iſtos aliquid ſaperet, quod
„palati eſt & ſtomachi nauſeabundi & in-
„firmi. Quæ res occaſionem præbuit
„*Henr. Stephano* libellum ſcribendi *de ſtilo*
„*Lipſii*, in quo recte plerumque de eo iu-
„dicat, in aliquibus tamen ei iniuriam fa-
„cit; ſicut ipſe *Stephanus* malus fuit La-
„tinitatis cenſor: qua de re aliquid ad
„*Herodianum* diximus; in quo auctore
„*Stephanus* multa corrigere, hoc eſt, depra-

uare

Digitized by Google

„uare voluit. *Taubmannus* in Diſs. *de* Cap. XXIIX.
„*Latina Lingua* quamuis ſtilum Lipſianum Philol. Ope-
„laudet, non obſcure tamen innuit & mo- ra.
„net, fugiendum eſſe. Nemo autem ma-
„gis demonſtrauit, quantopere ſtilus *Lipſii*
„laboret, quam *Dan. Heinſius* in Orat.
„*ſuper obitum Scaligeri*, oſtendendo, quam
„turpis atque deprauatus ſit; niſi forſan
„eum acerbius traduxit. Quid etiam in-
„eptius eſſe poteſt iudicio *Lipſii*, quo per-
„ſequitur *Cæſarem*, & *Velleium*; vt erat
„magis rei Romanæ, quam ſtili peritus.
*Sæcula IV. p. 75. ſq.*
*(Adde quæ ſupra in Gellio dicta ſunt.)*

CODRI VRCEI *Opera.*

IO. BOCCACII *Opera quædam.*

HVB. GOLTZII *Opera.* Editio nona Antwerp.

CAELII SECVNDI CVRIONIS *Opera Philologica.*

*Opera* HERMOLAI BARBARI, DANIELIS BARBARI, DOMITII CALDERINI, FRANCISCI PETRARCHAE, FRANC. PHILELPHI, THEODORI GAZAE, PHILIPPI BEROALDI, LEONH. ARETINI.

„Hoc ſæculum (XV.) *Franc. Petrarchæ*
„ingenio multa debet, qui bonus fuit mo-
„raliſta, & facundia non quidem exquiſi-
„ta, ſed tamen vbere & profluente. Vi-



Digitized by Google

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

„deatur *Tomaſini Petrarcha redivivus. Comment. de Script. p. 107.*

„Anno 1504. obiit *Philippus Beroaldus*, „Bononiæ ſepultus, vbi natus erat 1453. „Idibus Novembr. Qui etſi inter erudi„tiſſimos ſui æui fuit habitus, tamen in re„bus iudicio, in ſtilo κακοζηλίᾳ interdum „labitur. Literas humaniores Lutetiæ, „Parmæ, Bononiæ profeſſus erat. - - - - „ - - - *Philippus* filius Poeta patre me„lior fuit. *De rebus Sæculi XVI. p. 279.*

IAC. CORN. a MARCA *Opera.*

TVRNEBI *Opera.*

NIC. PEROTTI *Opera.*

„PETRVS BEMBVS, Venetus, „Cardinalis, vir doctiſſimus & eloquen„tiæ Ciceronianæ ſummus imitator, natus „1470. obiit 1547. Opera extant Italica & „Latina. *De rebus Sæc. XVI. p. 469.*

§. 4.

*Theſaurus Criticus* GRVTERI; item eiusdem *Suſpiciones.*

ANTONII AVGVSTINI *Emendationum & Quæſtionum liber*; eiusdem *Antiquitates*, item *de LL. & SCtis.*

CAELII RHODIGINI *Antiquæ Lectiones.*

RVTGERSII *Variæ Lectiones.*

„*Rutgerſius* in aureo & illuſtri *Varia„rum Lectionum* opere; multo plura & „admirabiliora præſtiturus, niſi iuuenis & „curis Reipubl. immixtus deceſſiſſet. *Sæcula IV. p. 80.*

REI-

Digitized by Google

REINESII *Variæ Lectiones.*
THEODORI BIBLIANDRI Opera.

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

PETRVS PITHOEVS.
PASSERATIVS.

BARNABAE BRISSONII *selectæ Antiquitates* simul editæ sunt cum Iuridicis quibusdam. Eiusdem *Formulæ solennes*; Item eiusdem *Lexicon* s. *de Verborum significatione.*

„Inter recentiores egregiam nauauit o„peram *Barnabas Brissonius* in *formulis* „*solennibus* colligendis, quæ quasi con„cepta verba, certa scil. in certis rebus, ex „solenni priscorum more, adeoque gra„uiter & cum pondere vsurpantur. *Diss. T. III. p. 543.*

„Commendabimus autem hic *formulas* „*solennes Brissonii*: cuius operis non tan„tum insignis in tota Romana antiquitate „vsus, sed peculiariter illuc collimat, vt „ad obseruandam Linguæ Latinæ proprie„tatem, auctoritatem, puritatem, studiosi „eloquentiæ rite imbuantur. *Ibid. p. 564.*

CAROLI SIGONII *Emendationes.*

LVD. CARRIONIS *Antiquæ Lectiones.*

PETRI VICTORII *Antiquæ Lectiones.*

„CANISIVS nobili illo opere *An*-



Digitized by Google

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

„*tiquarum Lectionum* multa inedita pu-
„blicauit. *Sæc. IV. p. 371.*

*Variæ Lectiones* LVCAE PAETI, ANT. MVRETI, THEOD. CANTERI, VINC. CONTARENI, IAC. DVRANTII, HIERON. MERCVRIALIS, & eiusdem *de re Gymnastica.*

„*Hieron. Mercurialis*, Medicus Italus
„doctissimus, *de re Gymnastica. Sæcula IV. p. 88.*

GVIL. CANTERI *Nouæ Lectiones.*

GASP. GEVARTII *Electa.*

ANDR. SCHOTTI *Obseruationes Humanæ*; item *Nodi Ciceroniani.*

IOSEPHI CASTALIONIS *Obseruationes.*

ROBBIGII *Codex Criticus.*

IOACH. VADIANVS.

IODOCVS BADIVS.

IODOCVS WILLICHIVS.

IODOCVS BEYSSELIVS.

DOMINICI NANI MIRABELLI *Polyanthea.*

CASP. BARTHII *Aduersaria.*

ADRIANI SCRIECKII *Aduersaria.*

IANI GEBHARDI *Crepundia.*

RVBENII *Electa.*

PETRI FABRI *Semestria*; eiusdem *Agonistica.*

„*Pe-*

Digitized by Google

„*Petri Fabri* opus aureum ἀγονιστικῶν. *Sæcula IV. p. 88.* Cap. XXVIII Philol. Opera.

LANGLAEI *Semeſtria.*

CASP. SCIOPPII *Suſpectæ Lectiones, Veriſimilia, Paradoxa Literaria, Exercitationes Rhetoricæ, Grammatica Philoſophica.*

HEINR. STEPHANI *in Ciceronem Caſtigationes, Schediaſmata, de Criticis Veteribus, de Lipſii Latinitate, de Abuſu Græcæ Linguæ, Apologia pro Herodoto.*

EVSTATHII SWARTII *Analecta.*

CLAVDII VERDERII *in Auctores veteres Cenſuræ & Correctiones.*

M. ANT. DELRIO *Miſcellanea.*

IO. GOROPII BECANI *Hermathena* & cetera opera.

IO. PINCIERI *Variæ Meditationes.*

PAVLI de SCALA *Miſcellanea.*

CYPRIANI VOMELII *Miſcellanea.*

CHRIST. BECMANNVS *de Originibus L. L.*

§. 5.

PETRI CASTELLANI Εορτολογία, *ſeu de Feſtis Græcorum.*

LINDENBROGIVS *de Ludis Veterum.*

IVL. CAESAR BVLENGERVS *de Theatro ludisque ſcenicis.*

IO. MEVRSII *Græciæ feriatæ, Eleuſini*



Digitized by Google

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

*finia, Panathenæa, de ludis Græcorum, Theophraſtus* eiusdem, & varia opuſcula ad res Græcas ſpectantia.

Cl. SALMASII *de Lingua Helleniſtica; Funus Linguæ Helleniſticæ; de Climacſtericis, de Coma & Cæſarie, de Vſura, de modo vſurarum, de fœnore Trapezitico, in Alas Simmiæ Rhodii Commentarius.*

„*Salmaſius*, vir in tantum doctus, in „quantum doctrinam intelligunt homines. - - - - - Eſt in *Salmaſio* magna „vis ingenii, eſt longe lateque diffuſa laus „ſcientiæ, ſunt exquiſitæ etiam, ac recondítæ literæ. Addam huc, vix vnum & „alterum hoc æuo variæ eruditionis copia „ipſi comparari poſſe. Non tamen puta„re debes, Modeſte, vnum aliquem, quan„tumuis licet excellentem hominem, cun„cta poſſe ſua ſcientia complecti. Non „dicam, quam infeliciter cum Iurecon„ſultis de legibus diſputauerit. Diatribæ „eius *de annis climacſtericis* & aſtrologia „antiqua meram rerum mathematicarum „inſcitiam produnt, atque adeo temerita„tem arrogantis animi arguunt, qui non „dubitauerit in alienam meſſem falcem „immittere. Quamquam non minus im„portunitatis & audaciæ oſtendit, cum in „ſuo campo decurrit. Quotiens in anti„quis ſcriptoribus recta deprauat, ſana „exſecat, vera immutat, denique

„*diruit*,

Digitized by Google

„*diruit, ædificat, mutat quadrata ro-tundis*! Cap. XXIIX. Philol. Opera.

„Neque crebrior eum huc impellit cauſſa, „quam diſſentiendi libido & contendendi „peruicacia. At enim redimit iſta vitia „magnis laudibus? Ita futurum erat, niſi „mira non minus ſuperbia, quam maligni-„tate & liuore in omne genus erudito-„rum graſſari adortus, amicis admonenti-„bus inimicitias denuntiaret, alienis lau-„dibus, vt ad diminutionem ſuæ gloriæ „pertinentibus impotenter obtrectaret, & „maledictis innoxios figens, etiam mitis-„ſimorum ingenia irritaret. Nolim ſane „apud eorum aures iſta iactari, qui ad ve-„ram eruditionem nunquam peruenturi „ſunt: alias illi res agant, ſuadeo. Tibi „autem ex hoc meo ſermone nec reueren-„tia decedet aduerſus merita *Salmaſii*, & „multum ad cautionem & diligentiam in „tractandis literis accedet. *Muſeum pag. 46. ſqq.*

„Et quibus ſane rebus *Salmaſius* ma-„gnam aliis libertatem iudicandi fecerit, „notum eſt: niſi quis ipſi imperium in a-„lios, reliquis neceſſitatem ſilendi tribue-„re ſe poſſe exiſtimet. Ergo iniuria eſt, „ſi quis cum plerisque omnibus dicat, *Sal-„maſium* minorem Iureconſultum, quam „Philologum fuiſſe: quia nonnulli ſua in-„tereſſe putant, vt, reperiri homines „quosdam in omnibus doctrinis peræque



Digitized by Google

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

„excellentes, *πανεπιστήμονας*, nullaq; omni-
„no in re cuiquam concedentes, reueren-
„tius credatur, quam peritius sciatur! Ri-
„sit ipse *Salmasius*; & multo sale perfudit
„gigantea consilia; neque vel mathema-
„ticis, vel Rabbinicis in rebus multum sibi
„arrogauit; ne de aliis dicam. Satis ho-
„norum, satis gloriarum est, si homo quan-
„tuscunque, homo tamen, plurima sci-
„uisse, neque parem reliquisse, non pauca
„vero etiam ignorasse, dicatur. Quos
„*Salmasii* errores collegerint, aliis notan-
„dos suggesserint, ipsi notauerint, non
„semper moderationis memores, quam-
„quam a probris & acerbitate interuentu
„optimorum virorum retinerentur, homi-
„nes *Salmasio* magnarum rerum debito-
„res; partim in propatulo est, partim in
„apricum produci posset, si hoc agendum
„nobis duceremus. Qui ergo sibi & o-
„mnibus concessum arbitratur, in multis
„*Salmasio* non credere aut accedere, ali-
„qua eius reiicere, de sententiis eius libere
„sentire ac dicere, mihi autem dictatorio
„quodam more dicam impingere parat, si
„vel aliorum, *Salmasio* nequaquam inimi-
„corum, sputa tamen eius non lingentium,
„sententias referam, is profecto animum
„iniquum & truculentum vltro & plus
„quam denuntiare intelligitur. Sed faxo,
„me libertatis memorem sentiat, quicunq;

„ad

„ad hunc modum volet laceſſere. *Præf. ad Grotii L. II. de I. B. & P. p.* 329. *ſq.* Cap. XXIIX. Philol. Opera.

„*Salmaſius* tribus operibus executus eſt „hanc materiam (de fœnore) Primum „eſt *de vſuris*, 2. *de modo vſurarum.* 3. *de „fœnore Trapezitico.* Sed hæc opera non „multum laudis *Salmaſio* pepererunt: ab „*Hieronymo Pignoria* propterea culpatus „eſt. *Diſſ. ad Lipſii Polit. p.* 161.

FRANC. POLLETI *Hiſtoria Fori Romani.*

§. 6.

IO. SERVILIVS *de admirandis antiquorum operibus.*

IO. FABRI *Commentarius in Imagines illuſtrium Virorum Fuluii Vrſini.*

FVLVII VRSINI opera.

HIERON. ALEANDRI *Antiquæ tabulæ explicatio.*

PETRI CIACCONII *in Columnæ roſtratæ Duilii inſcriptionem Comment.* Pariſ.

ALPHONSI CIACCONII *ad Columnam Traiani.*

LAVR. PIGNORII *Menſæ Iſiacæ explicatio, AEgyptii Characteres, Attis, Symbola Epiſtolica, de Servis.*

„Specimen aliquod talium literarum „(AEgyptiacarum) habemus in vetuſtiſſi„ma tabula ænea ſeu *Menſa Iſiaca*, quam „anno ſuperioris ſæculi 59. ex *Torquati „Bembi* muſeo *AEneas Vicus*, Parmenſis, „viriculo feliciter aſſecutus omnia, expreſ-



Digitized by Google

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

„sit ediditque; *Laurentius* autem *Pignorius* tandem erudite peculiari libello explicauit. *Diss. T. I. p. 30.*

§. 7.

LAZARI BAYFII, OCTAVII FERRARII, ALBERTI RVBENII *de re Vestiaria.*

„Magnifice de opere *Octauii Ferrarii* „Prof. Patauini sentire non possum, qui „20. in eo laborauit annis, sed post tot annorum labores, quam pauxillum est, „quod attigit, & difficilliora prætermisit. „Verum quomodo hæc audere posset vir „in Græcis, ex quibus tamen maxime repetenda erant, ne modice quidem doctus. *Sæcula IV. p.* 201.

„Promiserat *Casaubonus* peculiarem „tractatum *de re vestiaria*, quod illustre „est & rarum argumentum; sed morte „præuentus præstare non potuit. *Ibidem p.* 283.

GEORGII STRVBII *Icones habitus omnium Gentium.*

CAESARIS VECELII *Habitus antiquorum & modernorum.*

IOD. AMANNI *Gynæceum seu Theatrum mulierum in quo fœminei habitus.*

IO. KIRCHMANNVS, HEINR. KITSCHIVS, FORTVNIVS LICETVS *de Annulis.*

BARTHOLINVS *de Armillis Veterum.*

ABRAH.

ABRAH. GORLAEI *Dactyliotheca.* Cap. XXIIX. Philol. Opera.

§. 8

CONR. PEVTINGERI *Sermones Conuiuales.*

GVIL. STVCKII *Antiquitates Conuiuales*; item *de Sacrificiis.*

IVL. CAES. BVLENGERVS *de Conuiuiis veterum.*

PETRVS CIACCONIVS *de Triclinio*, cum Appendice *Vrſini.*

IANI CORNARII *de Conuiuandi veterum Græcorum & Germanorum ritibus.* Baſil.

AEMILII PORTI *de priſca Græcorum compotatione.*

DAN. SOVTERII *Palamedes.*

PASCASII IVSTI *Alea.*

GVSTAVI SELENI *de Ludo Scacchiæ.*

§. 9.

IAC. CAPELLVS *de Ponderibus, nummis, menſuris, & monetis.*

IO. MARIANA *de Ponderibus & menſuris.*

EDVARDVS BREREWODVS *de Ponderibus & pretiis veterum nummorum.*

DAN. ANGELOCRATOR *de Ponderibus, menſuris, & monetis.*

STANISLAVS GRSEPSIVS *de Menſuris Hebræorum, aridorum & liquidorum.*

MAS-

Digitized by Google

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

MASSARIVS *de Ponderibus & Mensuris.*

LVCAS PAETVS *de Ponderibus.*

§. 10.

BVDAEVS *de Asse* supra nominatus est.

GEORG. HENISCHIVS *de Asse & partibus eius.*

L. VOLVSIVS MAECIANVS *de Asse & partibus eius.*

FRID. GRONOVIVS *de Sestertiis.* Habet iam sub manibus opus de tota re nummaria.

„Materiam de re fœnebri nemo studio-
„sius & diligentius explicauit *Cl. Salmasio,*
„vbi loca antiquorum adduxit. Exsecu-
„tus est etiam quædam doctiss. *Gronouius*
„in eruditissimo opere *de Sestertiis. Sæcula IV. p.* 229.

IOS. SCALIGERI dissertatio posthuma *de re nummaria.*

MARQ. FREHERI *de re monetaria veterum Romanorum & hodierni apud Germanos Imperii.* Eiusdem *de numismate Census dissertatio.*

WILLEBRORDI SNELLII *de re nummaria.*

IO. CHOKIER *de re nummaria prisci ævi.*

IOACH. CAMERARII *de numismate Græcorum & Latinorum.*

PON-

PONTI HEVTERI *de veterum numiſmatibus.*
ERYCII PVTEANI *Pecuniæ Romanæ ratio.*
MATTH. HOSTI *Hiſtoria rei nummariæ veteris.*
IO. AQVILA *de Poteſtate atque vtilitate monetarum.*
ANDR. SCHOTTI Tabulæ rei nummariæ.
GASP. SCIOPPII *Tabulæ rei nummariæ veteris.*
CASP. WASERI *de antiquis nummis Hebræorum, Chaldæorum & Syrorum,* cum figuris.

Cap. XXIIX. Philol. Operra.

*Numiſmata Caroli Ducis Croyaci,* IACOBI BIAEI, ADOLPHI OCCONIS, ABRAH. GORLAEI, HVB. GOLTZII, IO. IAC. LVCKII.

§. II.

PALAEPHATI aureum opuſculum *περὶ τῶν ἀπίστων,* ſeu *de incredibilibus* ad intelligendos Poetas in primis vtiliſſimum. In Hollandia edidit *Tollius.* Græcus eius libri ſermo elegantiſſimus eſt.

PALAEPHATVS.

„In hæc tempora (Sæc. ante Chr. IV.) „etiam referunt *Palæphatum,* Parium, cuius „de opere *περὶ τῶν ἀπίστων ἱστοριῶν de incredibilibus hiſtoriis* exiguum ſupereſt fragmentum, diſſentiente & incertæ ætatis putante *Ger. Io. Voſſio.* Elegantiſſimus eſt libellus & ab omnibus legendus, vt videant,

*de H. Gr. lib. 3.*

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

„ant, quomodo Hiſtoriæ ingenio Poeta„rum in fabulas migrauerint, & ex fabu„lis ad veritatem reuocari debeant. Pro„diit Baſileæ interprete *Philippo Phaſia„nino* 1570. Cum *Hygino* aliisque 1578. „Pariſiis. An. 1650. a *Corn. Tollio*. An. 1663. „a *Mart. Brunnero* Græc. Lit. Profeſſore „Vpſalienſi. *Comment. de Script. p.* 22.

NATALIS COMITIS *Mythologia.*

GER. IO. VOSSII *Theologia Gentilis.*

SELDENVS *de Diis Syris.*

IVLIANI AVRELII, Leſignienſis *de Cognominibus Deorum gentilium.*

IO. BERTELII *Deſcriptio Deorum ſacrificiorumque gentilium.*

FRANC. SWERTII *Deorum Dearumque capita.*

*Imagines Deorum* ABRAH. ORTELII, Antwerp.

Item VINC. CHARTARII, Venet.

*Antiquitates Romanæ* BOISSARDI, æneis cum figuris.

*Galeria Iuſtiniani* cum figuris æneis.

*Galeria Cardinalis Richelieu*, cum figuris æneis.

„Quanto feliciori cognitione oculis „præſentia ſubiiciet illa antiquitatis & ar„tis miracula, qui in *Galeria Iuſtiniana*, „in *Galeria Richeliana* præcognouerit ty„pis æneis ita repræſentata, vt & ante ſpe„ctā

ctaculum disciplinam præbeant, & post ea memoriæ inserviant. *Diss. T. I. p. 15.* Cap. XXIIX. Philol. Opera.

ARTEMIDORI & ACHMES (dicitur etiam *Achmas*) *Oneirocritica* *Rigaltius* Parisiis edidit. ARTEMID. ACHMET

STRAMPSYCHI *Onirocritica* seor- edidit *Io. Meursius*. ASTRAMPSTCHVS.

§. 12.

ALBERICVS GENTILIS *de is Romanorum.*

„*Polybio* non minima vbique cura fuit, etiam rei militaris rationes per omne genus tractandorum armorum accuratius persequi. Quare LIPSIVS *de Militia Romana* scripturus hunc sibi fundum fecit, & quasi commentarium in *Polybii* militaria adornauit. In quo tamen opere multa desideraſſe *Iosephum Scaligerum*, testatus est, qui postremæ eius valetudini diligenter assedit, *Daniel Heinsius. epist. ad Lin-*
Optandum erat, vt CASAVBONVS *gelsh. msc.*
absolueret, quos destinauerat animo Commentarios; de quibus *Bongarsius* in anteceſſum spem fecerat: *Politica & rem militarem diligenter excutit: recentio- epist. ad Lin-*
*ribus aptat illa vetera, magno labore, ma- gelsh an. 1605.*
*iori iudicio.* Sed illa quidem spes decollauit: sicuti & altera de doctissimo SCHELIO; cuius *Notæ in castra Polybiana & Dissertationes* aliæ in capita digestæ satis ostendunt, quantum in arduo hoc labore ab eo sperandum fuerit. SAL-

MA-

Digitized by Google

Cap, XXIIX. Philol. Opera,

*Salmaſ. epiſt. 83. ad Peireſc.*

„MASIVM quoque Princeps Arauſio-
„nenſis ad ſcribendum de *Militia Romana*
„extimulauerat: ſed *fragmentum* tantum
„*poſthumum* ad quædam, quæ tempus in
„militia Romana mutauit, pertinens, in
„in dias luminis auras exiuit. Multa au-
„tem ſupereſſe, quæ in militaribus *Polybii*
„nondum ſunt ad liquidum perducta, id
„vero inter eruditos conſtat. - - -
„MACHIAVELLVS in libris *de arte*
„*militari* inuenta militiæ paruis ſæpe tem-
„porum interuallis immutata, vſumque
„variis momentis diſtinctum demon-
„ſtrat. Quo accedere poteſt HER-
„MANNI HVGONIS *Militia equeſ-*
„*tris. Diſſ. T. I. p. 1183.*

„*Lipſius* in libris V. *de militia Romana*
„non ſatisfacit omnibus. *Salmaſii* opus
„poſthumum *de Militia Romana*; ſed
„qui pariter non omnibus ſatisfacit. *Sche-*
„*lii Diſſertationes in Caſtra Polybiana*;
„qui præſtantisſimus. JO. SCHEF-
„FERUS *de Militia Romana*. VE-
„GETII opus præſtantisſimum; de quo
„bene meriti in recenſendo *Petrus Scriue-*
„*rius*, in explicando *Godeſchalcus Stevve-*
„*chius*, cuius editio eſt optima. *Vegetius*
„ſæpe *Lipſio* laudatur, quia proprius hu-
„ius rei ſcriptor eſt, & incomparabilis.
„*Io. Meurſii* LEO, Tacticus. LVDO-
„VICVS MELTZIVS Italus. GABR.
„NAVDAEVS in *Syntagmate de re mi-*
*litari*,

Digitized by Google

*litari*, & *Hermannus Hugo* in Commen- Cap. XXIIX.
tario *de Militia equeſtri. Diſſert. ad Lipſii* Philol. Ope-
*olitica p. 168. ſq.* ra.

PVTEANVS *de ſtipendio apud Ro-*
*os.*

IVL. CAESAR BVLENGE-
S *de Spoliis bellicis, trophæis, arcubus,*
*ompa triumphali.*

§. 13.

MELCH. GVILANDINI *Papyrus,*
CALIGERI ſcripta contraria.
MALLINCROT *de Natura & vſu*
*arum.*
ODOCI HONDII *Theatrum artis*
*bendi.*
O. BAPT. PORTAE *de occultis Li-*
*rum notis.*
VSTAVI SELENI *Cryptographia.*
ALTH. BONIFACIVS, Taruiſi-
*, de Archiuis.*

§. 14.

HORI APOLLINIS *Hieroglyphica,* HORVS
BERNARDINI VINCENTII *de* APOLLO.
*ri notis Hieroglyphicis Libri II.*
PIERII *Hieroglyphica.*
CAVSSINI *Hieroglyphica.*
IO. DEE *Monas Hieroglyphica.*
*Theſaurus Hieroglyphicorum* ex muſeo
. GEORGII HERWARTI.
HENR. ORAEI *Viridarium Hiero-*
*phico-morale.*



Digitized by Google

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

IAC. TYPO'TII *de Hierarchia Hieroglyphica & Symbolica.*

§. 15.

HELIODORVS.

HELIODORI *AEthiopica*, edita Lugduni.

„*Heliodori AEthiopica* Græc. Lat. in 8. „ex officina Commeliniana 1596. Scriptor, „quales *Romanci* vocantur. Potiſſima „ars in conſtituendo fabulæ argumento. *Comment. de Script. p. 71.*

ACHILLES TATIVS.

ACHILLES TATIVS magna facundia *Amores* ſcripſit. (Hodie eiusmodi ſcripta vocantur *Romana.*) *Salmaſius* Lugduni Bat. edidit.

EVSTATHIVS.

EVSTATHIVS, *de Iſmenes & Iſmenia amoribus*, cum notis *Gilberti Gaulmini*, Romæ.

LONGVS.

LONGVS, Sophiſta, facundia & venuſtate ſumma ſcripſit *Paſtoralia*, quæ argumentum amatorium continent, editaque ſunt a *Iungermanno*. Eſt autem hic *Longus* ſcriptoribus reliquis omnibus huius generis merito præferendus.

„Liceat in tranſitu notare aliquid de „ſcriptoribus argumentorum, ſiue fabula„rum ad ſimilitudinem hiſtoriæ adorna„tarum, quibus Gallorum præſertim ſtu„dia valde dedita ſunt. Multa illis cura „plerumque ponitur in ſubtilitate moris „politici & aulici veluti ad perfectæ ima„ginem elegantiæ exprimenda; quam„quam forte pauci, oppido pauci, genium

„artis

Digitized by Google

„artis eius satis habent propitium. BARCLAII *Argenis* haud dubie præcellit, „quicquid placeat illis, quibus lubido est „pulcherrimos vultus accusare quod non „sint pulchriores. Præsidium illi viro in„gens, ex arcana ingeniorum animorum„que disciplina, cuius eximium specimen „dedit in *Icone Animorum*, libello exquisi„tæ subtilisque elegantiæ. In ceteris multi „sunt lectu valde indigni, iuuenibus peri„culosi, vel argumento, vel proposito, vel „tractatu. *Amadæum* hoc nomine in„crepat merito *Lipsius*: quamquam non „defuerit vir doctissimus, qui in *Comment.* „*ad Claudianum* excuset laudetque. Sed „multum distant æra lupinis. In *Barclaio* „regii amores castissime, negotia regni „grauissime, elegantiæ vitæ accuratissime „tractantur. Pro his tam vtilibus curis „alibi sæpe inuenias meras nugas, ineptias, „denique omnis licentiæ schemata, & „quando de subtilitatis affectione loquen„dum est, aranearum telas. Hoc enim „præcipue volebam dicere, illos scripto„res multa adornare & venditare sub ele„gantiæ elogio, quæ ab indole venustatis, „a natura moris & consuetudinis vitæ, a „nota eius, quod decorum & congruens „dicimus, valde deuertunt. Et quid opus „est aurum in luto quærere, cum non de„sint liquidissimæ aquæ, in quibus harum „opum copiam liceat reperire? Ad *Bar-*

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

*Not. ad 1. Pol. 10.*



Digitized by Google

Cap. XXIIX. Philol. Opera.

„*claii* exemplum comparari ſolet *l' Eromena del* Signor BIONDI, puta, vt prope accedat, non vt æquari poſſit. *Diſſert. T. I. p. 491. ſq.*

§. 16.

IO. WOWERVS *de Polymathia & Vmbra.*

*Conſultationes de ſtudiis* in vnum Volumen collectæ, Amſtelod.

DORNAVII *Vlyſſes Scholaſticus.*

FRANC. BONNAEVS *de ratione diſcendi.*

FRANC. FERNANDI de CORDOVA *Didaſcalia multiplex.*

EDONIS NEVHVSII *Theatrum ingeniorum.*

HVARTI *Scrutinium ingeniorum.*

„Admonuit me BARCLAIVS, vt „eius *Iconem Animorum* vel præcipue tibi „commendarem. Cui ſi addideris *Edonis „Neuhuſii Theatrum ingeniorum*, non „magnopere deſiderabis, quæ ceteri in „hoc genere diſquiſiuerunt. *Diſſert. T. III. p. 345.*

„Quo referemus, inquiet aliquis, *Bar„claii Iconem animorum?* Nonne & in „eo opuſculo terſiſſimo ſane ſubtiliſſimo„que, ἐικονισμοὺς tales ſectatus eſt? Fecit „id quidem tanta elegantia, inuentione, „contextu, vt mutuatus videri poſſit quæ„dam ex ſingulis illis generibus: vt non „errauerit, qui nouam illis ſtationem aſ„ſignauerit. *Diſſ. T. I. p. 409.* „Ante

„Ante omnes *Huartus* in *Scrutinio inge-* Cap. XXIX.
„*niorum* nominandus eſt; qui liber in o- Arithmet.
„mnes fere linguas verſus eſt. Ex Gallis
„CHARRON *de la Sageſſe* hanc viam
„inſtitit. Ex nuperis annis eſt *Edo Neu-*
„*huſius* in *Theatro ingeniorum.* Multa
„quoque habet *Bodinus* in *Methodo hiſto-*
„*rica* huc pertinentia. *Barclaii Icon Animo-*
„*rum* eſt ſingulare ſcriptum. *Diſſ. ad L. ipſii Polit. p. 131. ſq.*

## CAPVT XXIX.

### DE SCRIPTORIBVS ARITHMETICIS.

#### §. I.

A Philologia nunc tranſeundum nobis ad MATHESIN. Eruditum opuſculum reliquit GER. IO. VOSSIVS *de Scientiis Mathematicis*, per omnes diſciplinas, quod hic vicem præſtat locorum communium. Matheſis quidem potius *παιδείας* ſiue Philoſophiæ ipſius pars eſt, quam *προπαιδείας*. Verum propter docendi methodum, & quia iuuenum animi ſtatim artibus mathematicis apud veteres imbuebantur, eis potius annumerantur, quibus ad Philoſophiam præparamur. Principes enim Philoſophorum in ſcholas ſuas neminem niſi Geometriæ & Arithmetices peritum admittere ſolebant. Atque inde eſt, quod *Plato* & *Ariſtoteles* vbi-



Digitized by Google

Cap. XXIX. Arithmet.

que mathematicis exemplis ac demonſtrationibus vtuntur, cum adoleſcentibus familiaria & facilia ea eſſe ſcirent.

§. 2.

Eſt autem *Matheſis* aut *pura*, aut *mixta*. PVRAE duæ ſunt ſpecies: ARITHMETICA & GEOMETRIA.

§. 3.

EVCLIDES. NICOMACHVS GERASENVS.

De ARITHMETICA præter EVCLIDEM, notiſſimum Matheſeos doctorem, inter veteres accurate egit NICOMACHVS GERASENVS ſcriptis *libris duobus de Arithmetica*, in quorum priorem *Ioach. Camerarius* explicationem ſcripſit, eumque *Logiſticæ* ſuæ ſubtexuit: & præterea *ἀριθμητικοῖς θεολογουμένοις*, vnde excerpta illa ſunt anonymo ſcriptori in *Theologia Arithmetices*. Vtrumque hoc opus, & *Arithmeticen Nicomachi* ſcilicet, & eiusdem *Theologiam Arithmeticam* Lutetiæ excudit Chriſtianus Wechelus, illam quidem an. 1538. hanc an. 1543. *Arithmeticen* Commentario explicuit ASCLEPIVS, Philoſophus Trallianus, *Ammonii* diſcipulus, vt & IO. PHILOPPONVS, Grammaticus Alexandrinus, & AESCVLAPIVS, Philoſophus Trallianus, Græcis Scholiis ſcriptis: quod opus vtrumque in Italiæ Bibliothecis, & poſterius quidem Romæ ſupereſſe dicitur; item IAMBLICHVS, qui MS. ſupereſt in Bibliotheca Regis Galliæ.

ASCLEPIVS. IO. PHILOPONVS. AESCVLAPIVS. IAMBLICHVS.

§. 4.

Digitized by Google

§. 4. Cap. XXIX. Arithmet.

DIOPHANTVS ALEXANDRINVS, Arithmeticus & Philoſophus Græcus ab *Iſmaele Bullialdo* editus; prius tamen a *Guil. Xylandro*, qui ſex eius libros Latine vertit & Commentario illuſtrauit. *Caſpar* quoque *Bachetus* anno 1623. profundis ſuis ſpeculationibus eum illuſtrauit. DIOPHANTVS.

MAXIMI PLANVDIS in *Diophantum* Commentarii in Bibliotheca Vaticana adſeruantur. Vixit hic circa annum in Chriſti, 1370. PLANVDES.

De THEONE SMYRNAEO eiusque Commentariis in mathematica *Platonis* dicendum erit infra vbi de Scriptoribus Aſtronomicis. THEONE SMYRNAEVS.

§. 5.

MICHAEL PSELLVS etiam *Synopſin*, non tantum *Arithmeticæ*, ſed etiam *Geometriæ*, *Muſicæ*, & *Aſtronomiæ* reliquit; verſus ex Græco & notis illuſtratus a *Guilielmo Xylandro*. PSELLVS

Poſt *Pſellum* extat GEORGIVS PACHYMERES, qui & ipſe quatuor iſtarum ſcientiarum ſyſtema reliquit, cuiusque MS. Bibliotheca Regis Galliæ aſſeruat. Scripſit idem *Pachymeres Compendium Philoſophiæ*, quod Latine redditum edidit *Philippus Bachius*. PACHYMERES.



Digitized by Google

Cap. XXIX. Arithmet.

§. 6.

Apud Latinos præter VARRONEM
BOETHIVS (de quo vide *Voſſium de Scientiis Mathem.*) & APVLEIVM, BOETHIVS de *Arithmetica duos Libros* ſane eruditos reliquit, in quos extat Commentarius *Gerhardi Ruffi*, Pariſ.

Anno ɔcc eluxit VENERABILIS
BEDA. BEDA, cuius librum *de Propoſitionibus Arithmeticis* in primo operum eius tomo habemus.

Adde ALEXANDRVM de VILLA DEI, Dolenſem, qui etiam aliquid hic præſtitit.

Circa idem tempus vixit etiam IORDANVS NEMORARIVS, qui *Arithmeticam X libris* conſignauit. Eos Commentario illuſtrauit *Iac. Faber* Stapulenſis, & vterque excuſus eſt Pariſiis.

§. 7.

PAVLI GERHARDI, Florentini, & SIMONIS BREDONI Opera: hoc Oxonii, illud in Bibliotheca Gaddia aſſeruatur.

R. ELIAE *Arithmeticen* Ebraicam Latine tranſtulit *Eraſmus Oſvvaldus Schreckenfuchſius*; ſicut & alterius R. ABRAHAMI CAI, cuius *Arithmeticam* idem vertit.

Inter Arabes in hac ſcientia excellit MV-
HAM-

Digitized by Google

„notis variorum, c[illegible]ante *Iano Gebhardo.* Cap. IV.
„Index laborioſe, ſed parum erudite con- 3. Poetæ Lat.
„fectus. Venetiis 1500. itidem cum Notis
„variorum prodierant; & cum inſignio-
„ribus *Ioſephi Scaligeri* Lutetiæ 1577. *Com-*
*ment. de Scr. p. 43.*

„*Propertius*, qui *Romanus* eſt *Callima-*
„*chus*; *Ianus Douſa*, de eo ac *Catullo* &
„*Tibullo* meritus eſt, nec non *Wechelius*
„quoque & *Scaliger. Sæcula IV. a Chriſto*
*nato p. 65.*

„PEDO ALBINOVANVS, æqua-
„lis *Ouidii*, cuius ſupereſt *Elegia in mor-*
„*tem Druſi.* An & altera *in Obitum Mæ-*
„*cenatis?* Non videtur, ſi conferas; illa
„enim longe eſt eruditior. Quæ ſcripſe-
„rit, docebunt *Ouidius de Ponto*, *Marcus*
„*Seneca Suaſor. Martialis II. 77. Sæcula IV.*
*ibidem.*

## §. 34.

HORATIVS LYRICORVM Princeps, illuſtris Poeta & in hoc genere perfectus eſt. Editus vero Pariſiis; item Lugduni cum Notis variorum in fol. *Heinſius* quoque egregie de eo meritus eſt. HORATIVS

„*Virgilio* commitem dare debuimus *Hora-*
„*tium Flaccum*, inter primos Latinitatis au-
„ctores habendum, Poetam ingenio & arte
„maximum. Editus eſt ſæpius cum No-
„tis variorum, etiam Venetiis 1520. Baſil.
„1555,

Digitized by Google

CAROLVS MALAPERTIVS in *Arithmetica practica.* Cap. XXIX. Arithmet.

IO. LANTZ in *Institutionibus Arithmeticis.*

§. 10.

BARLAAMI *Logistica*, quæ tamen adhuc in Bibliothecis asseruatur.

IO. SVITZER, Calculator dictus, de *Logistica.*

IACOBVS MICYLLVS *Arithmeticam Logisticam* scripsit.

IOACH. CAMERARII *Logistica* supra laudata est.

IO. BVTEONIS, Delphin. *Logistica.*

Inter recentiores primus LEONARDVS PISANVS *de Algebra* est commentatus, quamuis opus eius nondum in lucem prodierit. Algebræ autem inuentorem credunt Arabem quendam, *Mahomet*, Mosis filium, quem inter XII. subtilia orbis ingenia nono loco laudat *Cardanus de Subtilitate* lib. 16. Ab hoc magna ex parte accepit Fr. LVCAS de BVRGO, quæ tradidit in *Arithmeticis* suis lingua Italica scriptis.

IO. SCHEVBELII, Prof. Tubing. *Regula Algebræ*, item *Arithmetica.*

GVIL. XYLANDRI *Algebra.*

RAPHAEL. BOMBELLVS de *Algebra.*

BERNARDI SALIGNACI *Arithmeticæ Libri II.* & *Algebræ* totidem.

SI-

Cap. XXIX. Arithmet.

SIMONIS STEVINI *Arithmeticæ* cum *Regulis Algebræ.*

PETRI ANTONII CATALDI *Algebra proportionalis*, & alia.

Item FOLLINI *Algebra.*

IO. STAMPIOENI, Roterodami, *Algebra*, lingua Belgica edita 1639.

IO. NEPERI, Baronis Scoti, *Rabdologiæ & Logarithmorum Canonica descriptio.*

BENIAMINIS VRSINI, Silesii, *Logarithmorum magnus Canon*, excusus cum *Trigonometria* eius, Coloniæ 1625.

IO. KEPLERI *Chilias Logarithmorum.*

HENR. BRIGGII *Logarithmorum Chiliades viginti & una.*

PETRI CRVGERI, Dantiscani Mathematici, *Praxis Trigonometriæ Logarithmicæ.*

§. II.

Adde his CLAVDIVM BVXERIVM, qui *Rhythmomachiam* Gallice prius, postea Latine edidit Lutet.

BAROCIVM *de Numeris Platonicis.*

Nomina numerorum Pythagorica paucis exponit *Camerarius* in dicta explicatione Lib. I. *Nicomachi.* Accuratissime vero *Io. Meursius* in *Denario* suo.

NIC. de CVSA, seu CVSANVS, Cardinalis, Legatus Pontificis in Germaniam circa tempus Concilii Basileensis, quoque li-

Digitized by Google

librum de *Arithmeticis Complementis*, atque etiam alia plura in Matheſi ſcripſit. Cap. XXX. Geomer.

# CAPVT XXX.

## DE SCRIPTORIBVS GEOMETRICIS.

### §. I.

IN GEOMETRIA iterum vt antiquiſſimus nobis primo loco occurrit EVCLIDES eiusque Commentatores. Horum autem præcipuos arbitror: EVCLIDES.

PETRVM CIRVELLVM, qui etiam *Compendium Diſciplinarum Mathematicarum* ſcripſit;

BARTHOL. ZAMBERTVM, Venetum, qui primus *Euclidem* in Græco fonte expreſſit & editus eſt Pariſiis ab *Henr. Stephano* ſeniore, & rurſus An. 1537. vna cum *Io. Campani* (de quo infra) translatione ab Heruagio;

ORONTIVM FINEVM, qui in VI. priores libros *Euclidis* ſcripſit & ſupra etiam a nobis notatus eſt;

PETRVM MONTAVREVM, qui in decimum *Euclidis* librum ſcripſit;

CONRADVM DASYPODIVM, Profeſſorem Argentor. a quo *Euclides* editus & explicatus eſt;

GVIL. XYLANDRVM, qui ſex libros *Euclidis* transtulit Germanice, & Commentarium adiecit. Succeſſit hic *Xylander* Ia-

Digitized by Google

Cap. XXX. Geometr.

*Iacobo Micyllo* in Græcarum literarum Professione Heidelbergæ.

ARNOLDVM de LENS, Medicum & Mathematicum Ducis Moscouiæ, qui *Isagogen in Geometrica Euclidis Elementa* edidit;

FRANC. FOXIVM CANDALLAM, versione *Euclidis* notum;

FEDERICVM COMMANDINVM, qui ibidem *Euclidem* vertit; sed modestius nonnihil *Candalla* egit;

CHRISTOPHORVM CLAVIVM, qui Romæ Professor Matheseos fuit, homo Germanus, & Commentarium in *Euclidis Elementa* edidit; ad hæc *Geometriam practicam*, & libtum *de figuris Isoperimetricis* scripsit;

AMBROSIVM RHODIVM, qui *Demonstrationibus Elementorum libros Euclidis* comprehendit;

HENRICVM SAVILIVM, equitem Anglum, qui *Prælecturas* suas *in Euclidem* edidit an. 1610. Nota eundem prælo Etonensi imprimi curasse longe pulcherrimam editionem *Chrysostomi*;

CAVDIVM HARDY, qui primus *Data Euclidis* cum Græco *Marini* Philosophi Commentario publici iuris fecit & vtrumque Latine redditum scholiis illustrauit;

CLAVDIVM RICHARDVM, Professorem Madritensem, qui Anno 1645. *Commentarium* reliquit *in Euclidem*, *Isidorum Hy-*

Digitized by Google

*Hypſiclem Alexandrinum de Corporibus regularibus, Procli Propoſitiones Geometricas & proportionales inter duas datas rectas;* alterum item volumen *in Zenodorum de Figuris Iſoperimetris, in opera Archimedis, Apollonium Pergæum & Serenum Antinſenſem;* adhæc tertium *in Theodoſium Tripolitem, Menelaum de Triangulis ſphæricis & Pappi Alexandrini Propoſitiones Geometricas.* Cap. XXX. Geometr.

„*Euclides*, non Megarenſis, vt vul„go appellatur, ſed AEgyptius, Geometra „& Mathematicus perfectiſſimus in hunc „diem celebratur. Seorſum & per par„tes, quæ ſuperſunt, ſæpius Latine ſunt „edita. Græce, cum Scholiis *Procli Dia„dochi*, Baſileæ 1553. Etiam ante 1533. cum „Commentariis *Theonis* & *Procli*. Tum „1537. *Elementa* cum Commentariis „*Campani* Venetiis 1482. ſplendide prodi„erunt. Sequitur *Daſypodii* Græco-latina „editio 1564. - - - - - Notitiam viri tradidit „*Ger. Io. Voſſius* de Scientiis Mathemati„cis c. 15. *Comment. de Script. p. 30.*

§. 2.

APOLLON. PERGAEVS.

Poſt *Euclidem* ex veteribus nobis nominandus eſt APOLLONIVS PERGAEVS, inſignis Mathematicus, editus a *Fed. Commandino* cum Verſione, & Commentario *Eutocii Aſcalonitæ*. Quæ de Sectionibus Conicis Arabice ſcripſit, in Latinam linguam traduxit Clariſſ. *Chriſtianus Rauius*.

AR-

Digitized by Google

Cap. XXX. Geometr.

ARCHIMEDES.

ARCHIMEDES cum Commentario *Eutocii* ab Heruagio editus; item a *Dau. Rualto* Parisiis 1615. *Io. Mullerus* Commentarium reliquit in illa *Archimedis*, vbi *Eutocius* nos destituit.

„*Archimedis* quæ superſunt *de Sphæ-*
„*ra & Cylindro, de dimensione circuli, de*
„*conoidibus & sphæroidibus, de lineis spi-*
„*ralibus, de planorum æqueponderantium*
„*inuentis, vel centris grauitatis planorum,*
„*de arenæ numero, de quadratura paraboæ*, Græce & Latine primus in Germania
„Heruagius excudi fecit, Basil. 1544. vna
„cum *Eutocii Ascalonitæ* Commentariis
„Græcis Latinitate donatis in I. & II. *Archi-*
„*medis de sphæra & cylindro*, in I. & II. *æ-*
„*queponderantium*. Cum Commentariis
„*Federici Commandini* prodierunt Veneti-
„is *Opera Archimedis* 1558. Scriptoris præ-
„stantiam consignat etiam *Vossius* de Sci-
„ent. Mathemat. c. 16. §. 2. *Comment. de Script. p. 34.*

HTPSICLES.

HYPSICLES, Alexandrinus, cuius duos libros *de inclinatione corporum regularium* Latine transtulit *Barth. Zambertus*, Venetus, de quo supra.

ERATOSTHENES.

ERATOSTHENES, Cyrenæus, qui *de duplicatione* cubi quædam reliquit.

§. 3.

HERO Senior.

HERO, Senior, quem infra in Mechanicis laudabimus.

GE-

Digitized by Google

GEMINVS, de quo infra dicetur in Astronomis. Cap. XXX. Geomett.

GEMINVS.

THEODOSIVS TRIPOLITES, mathematicus, a *Io. Pena* Parisiis editus.

THEODOSIVS TRIPOL.

„Sæculo ante Christum natum primo „*Theodosius Tripolites*, insignis Mathema„ticus, floruit, eius quæ supersunt *Sphærica* „cum Commentariis *Clauii* Romæ 1585. & „1586. Hæc & cetera Gr. & Lat. per *Dasy„podium* Argentinæ prodierunt 1572. *Comment. de Script. p. 40.*

THEON ALEXANDRINVS, qui in *Ptolemæi magnam Syntaxin* scripsit, a *Ioach. Camerario* editus.

THEON ALEXANDRINVS.

PROCLI etiam doctissimus extat in *Euclidis* primum Commentarius, quem circa an. Christi 500. vixisse volunt, cuius & in Astronomis mentio fiet. Edidit hunc cum Latina Versione, scholiis & figuris *Franc. Barocius*, de quo mox infra.

PROCLVS.

BARLAAMVS etiam, Monachus, qui & *Geometriam* scripsit.

BARLAAMVS.

Et IO. PEDIASIMVS, qui *Geometriæ Compendium*, & libros *de dimensione terræ* reliquit. Prior asseruatur in Bibliotheca Regis Christianissimi, alter in illa Augustæ Vindel.

IO PEDIASIMVS.

ISAACI, cognomine ARGYRI, supereſt *methodus inueniendi latera quantitatum irrationalium*; item liber *de triangulis rectangulis*: ad hæc *Geodæsia, seu terræ diuisio*. Priores duo sunt in Bibliotheca Regis Galliæ.

IS. ARGYRVS.



Digitized by Google

Cap. XXX. Geometr.

SERENVS ANTINSENSIS, qui duos ad Cyrum libros ſcripſit, editus vna cum *Apollonio Pergæo* Bononiæ a *Frid. Commandino*.

SERENVS ANTINS.

## §. 4.

Inter Latinos SEVERINVS BOETHIVS, quem ſupra duos *Atithmetices* libros reliquiſſe diximus, duos quoque libros *de Geometria* ſcripſit.

BOETHIVS.

Extat etiam opuſculum CASSIODORI, qui Theodorico Italiæ Regi ab epiſtolis fuit, *de IV. diſciplinis Mathematicis*; & MARTIANI CAPELLAE liber VI. *de Geometria* inſcribitur: ſed neuter Geometriæ ſtudioſum multum iuuare poteſt.

CASSIODORVS.

MARTIANVS CAPELLA.

Recentior eſt HERMANNVS CONTRACTVS, Comes Heringenſis, qui inter cetera *de quadratura Circuli* ſcripſit, & an. Chriſti 1050. vixit.

HERMANNVS CONTRACT.

Arabum etiam in hac ſcientia ſtudium eluxit. In his MAHOMEDIS BAGDEDINI, qui *de Superficierum diuiſionibus* ſcripſit.

MAHOMEDES BAGDED.

ALCHINDI, Arabis, *de VI. Quantitatibus*.

ALCHINDVS.

ELIAS ORIENTALIS *de Geometria* Hebraice ſcripſit, verum necdum typis commiſſus eſt.

ELIAS ORIENT.

Arabs adhuc vnus eſt BEN MVSA, qui *de figuris planis & ſphæricis* commentatus eſt.

BEN MVSA

Quia

Quin & *Euclidem* prius ex Arabico translatum habuimus, quam ex Græco fonte: quemadmodum ſcilicet etiam ante 200. annos, & infra, non alia *Ariſtotelis*, *Galeni*, *Ptolemæi* aliorumque in manibus erat interpretatio, quam ex Arabica verſione Latine, vel ſemibarbare potius, expreſſa. Vertit autem ex Arabico primus *Euclidem* IO. CAMPANVS. Eius *Geometriam* Latine tranſtulit itidem ex Arabico an. 1130. ATHELARDVS, Anglus, Monachus Bathonienſis. Cap. XXX. Geometr.

§. 5.

Anno CIↃCLX. magna exiſtimatio fuit ALBERTI MAGNI Epiſcopi Ratisbonenſis, qui inter alia *libros IV. de Arithmetica, Geometria, Muſica, & Aſtrologia* ſcripſit. ALBERTVS M.

Aliquanto poſt eius tempora IORDANVS NEMORARIVS fuit, qui ſupra inter Arithmeticos a nobis laudatus eſt, & III. libros *de Geometria*, olim in Palatina, nunc Vaticana Bibliotheca reperiendos edidit.

Item GVILIELMVS GRISAVNTVS, Anglus, qui *de Quadratura Circuli* ſcripſit.

Poſt eos floruit, quem in Arithmeticis quoque laudauimus, NIC. CVSANVS, cuius librum *de Quadratura Circuli* IO. MVLLERVS, Regiomontanus, refutauit, & de cetero Venetiis librum *de Triangulis* edidit.

Item GEORGIVS PVRBACHIVS,



Digitized by Google

Cap. XXX. Geometr.

qui ſuper Propoſitionibus *Ptolemæi de fidibus & chordis* diſſeruit.

Floruit item IO. WERNERVS, cuius in hac & aliis ſcientiis Mathematicis multa ſuperſunt.

Item HERMOLAVS BARBARVS, qui anno CIↃCCCCXC, vixit & inter alia *Quæſtiones Geometricas* ſcripſit.

ALBERTVS DVRERVS, qui anno CIↃIↃ. claruit, & *Geometricarum Inſtitutionum libros* reliquit, adeoque beneficio eius ſcientiæ picturam, in qua excellebat, ad ſeueriorem legem reſtrinxit, ac prope abſoluit.

§. 6.

CAROLVS BOVILLVS, Veromanduus, qui multa admodum in his ſcientiis edidit, ſupra in Arithmeticis nobis memoratus eſt.

IO. COCHLAEVS itidem, Noribergenſis, qui *Elementa Geometrica* reliquit, durior in iis, quæ aduerſus *Lutherum* & *Melanchthonem* publicauit.

SIMON GRYNAEVS inter alia de Græca *Euclidis* editione bene meruit.

LVCAS GAVRICVS *de doctrina ſinuum & arcuum* ſcripto edito inclaruit.

FRANCISCVS MAVROLYCVS, Abbas Siculus, ſupra quoque laudatus eſt, vt & IO. BERNARDVS FELICIANVS. Ille, primus *de lineis ſecantibus* aggreſſus eſt ſcribere, hic *Geometriam ſpeculatiuam & practicam* edidit.

Item

Digitized by Google

Item meminimus IO. BVTEONIS, qui *de quadraturis Circulorum tam antiquis, quam nouis* ſcripſit; Cap. XXX. Geometr.

Et RECORDI, Angli, qui, præter *Arithmetices Principia, Geometriæ ſemitam*, & alia, ſed pleraque ſermone Anglico, reliquit.

PETRVS quoque RAMVS hic non omitti debet, qui, præter *Arithmeticæ* duos, etiam *libros 27. Geometriæ* reliquit; quos vt emendatiores habeamus *Lazari Schoneri* opera effecit.

Item IO. BAPT. PORTA, Neapolitanus, qui *Elementa Curuilineorum* libris III. orbi dedit, in primis vero libris IV. *de furtiuis literarum notis*, libris 20 *de Magia naturali;* item *Phyſiognomicis* inclaruit.

FRANC. BAROCIVS, Patricius Venetus, qui edidit opus, quo demonſtrauit problema illud mirandum, quod docet duas lineas in eodem plano deſignare, quæ nunquam concurrant, licet producantur in infinitum, & quanto pertrahantur longius, tanto ſibi euadant propiores.

SIMON STEVINVS, (idem, de quo ſupra in Arithmeticis diximus, quique apud Batauos currus illos veliuolos reperit) *V. libros Problematum Geometricorum* diuulgauit.

FRANC. VIETA Gallus, qui aduerſus *Cyclometrica Scaligeri* ſcripſit.

IACOBVS CHRISTMANNVS, Profeſſor Heidelbergenſis, qui Tractatum



Digitized by Google

Cap. XXX. Geometr.

Geometricum *de quadratura Circuli* aduerſus eadem edidit.

ADRIANVS ROMANVS, qui plurima in his ſcientiis publicauit: de quo ſupra quoque egimus.

BERNARDINVS SALINVS, S. I. *de Menſuris Geometricis* librum reliquit.

BARTHOLOM. PITISCVS, Sileſius, qui *Trigonometriam & Canonem triangulorum* concinnauit.

§. 7.

MARINVS GHETALDVS, *omnium in Geometria problematum collectionem* inſtituit, & *Apollonium rediuiuum* in lucem edidit.

ALEXANDER ANDERSON, Aberdonenſis, qui *Apollonii Rediuiui ſupplementum* Pariſ. emiſit.

PETRVS ANTONIVS CATALDVS Bononienſis etiam multa in Geometricis ſcripſit; vide ſupra quoque de eo in Arithmeticis.

ADRIANVS METIVS Alcmarianus, Matheſeos in Academia Franekerana Profeſſor, *de Geometria & Trigonometria planorum.*

WILLEBRORDVS SNELLIVS, Rodolphi F. & Lugd. Batau. in Matheſeos Profeſſione ſucceſſor, *Cyclometricum* ſcripſit, & *Apollonii Pergæi* librum *de Sectione determinata* latine vertit.

IO-

Digitized by Google

IOANNES KEPLERVS, Cæſaris Matthiæ Mathematicus, (de quo ſupra etiam mentio facta eſt) *Stereometriam* explicauit, ſcripto libro *de Vaſe Auſtriaco.* Cap. XXX. Geometr.

IO. ALPHONSVS MOLINENSIS CANVS Hiſpanice edidit *noua reperta Geometrica*, quæ Lat. poſtea verſa ſunt, & excuſa Arnhemii a Nic. Ianſſonio, 1620.

GERARDVS MEIERVS HYMMELINGIVS Erfurti publicauit opus, quod *Curſum Ingeniarium* vocat.

IO. HARTMANNVS BEYERVS, *Stereometrica* ſcripſit.

PHILIPPVS LANSBERGIVS, Zeelandus, *Triangulorum Geometricorum lib. IV.*

IVLIVS CAESAR SCALIGER *de Conicis dimenſionibus* ſcripſit.

BONAVENTVRA CAVALERIVS *Geometriam per indiuiſibilia.*

LVCAS VALERIVS *Lib. III. de Centro Grauitatis ſolidorum.*

GREGORIVS a S. VINCENTIO Soc. Ieſ. 1647. *de quadratura Circuli* nobile volumen edidit.

IACOBVS DE BILLY *nouam Geometriæ Clauem Algebram* 1643. promulgauit.

FRANC. a SCHOTEN, Mathem. Prof. Lugd. Batau. *de Conicis Sectionibus* librum egregium edidit A. 1645.



Digitized by Google

Cap. XXXI. Muſic.

# CAPVT XXXI.

## DE SCRIPTORIBVS MVSICIS.

§. 1.

MATHEMATICAE MIXTAE itidem duæ ſunt ſpecies, MUSICA & ASTROLOGIA, vel ſi perfectius partiri volueris, ſex potius, LOGISTICA, MVSICA, OPTICA, GEODAESIA, COSMOGRAPHIA, & MECHANICA.

§. 2.

De LOGISTICA, quique eam excoluerunt, ideo nihil hic dicetur, quia, cum hæc ſcientia pæne comprehendatur ſub Arithmetica, adeoque vera ſit Arithmetica practica, iam ſupra in Arithmeticis auctores, qui hic inclaruerunt, nominati ſunt.

§. 3.

De MVSICA inter veterum ſcripta ad nos

EVCLIDES. peruenerunt: EVCLIDIS *Iſagoge Harmonica;* quam *Io. Pena* primus edidit Pariſ. 1557.

„*Iſagoge Harmonica*, nomine *Cleonidæ* „pridem nota, *Euclidi* reſtituta, tum ab „aliis ante, tum 1652. a *Marco Meibomio* „inter Scriptores Muſicos. *Comment. de Script. p. 30.*

ARISTOXENI *Libros III. Elementorum Muſicorum*, cum

ARISTOXENVS. NICOMACHVS. ALYPIVS. NICOMACHIGERASENI de eodem argumento libris II. & ALYPII *Iſagoge Muſica* edidit *Meurſius*, & poſt eum *Meibomius* cum *Ariſtide Quintiliano*

Digitized by Google

*liano* de Muſicis. In Præfatione ſua *Meibomius Kircherum* ob imperitiam GræcæLinguæ in *Muſurgia* ſua proditam perſtringit. Nota alias, nihil certi ex his auctoribus colligi poſſe, cum ſigna, quibus vtuntur, nobis plane incognita ſint. Cap. XXXI. Muſic

„*Muſicos Scriptores Plutarcho* facit æ-
„quales *Marcus Meibomius*, editor, vir e-
„ruditiſſimus, qui vnam partem Muſico-
„rum iam edidit; alteram ab eodem ſpe-
„ramus. Fuit autem Muſicæ antiquæ ra-
„tio multum abſimilis a noſtra. Qua
„in re imperitum ſe oſtendit vir alias in
„mathematicis maximus, quo nomine
„merito ipſum cohoneſtamus, *Athanaſius*
„*Kircherus*, in *Muſurgia Vniuerſali*; vbi
„ſimul prodidit, ſe Græcæ Linguæ minus
„gnarum fuiſſe; quod in nullo opere ita
„deprehendere licuit, quam in hoc. Hinc
„etiam *Meibomius* coactus fuit, vt in præ-
„fatione errores *Kircheri* notaret. *Sæcula IV. p. 87.*

GAVDENTII *Iſagoge Harmonica* Græca ſupereſt in Bibliotheca Regis Galliæ, & olim in Palatina quoque aſſeruabatur. GAVDENTIVS.

PTOLEMAEI *Harmonicorum Libros III.* Græcos Oxonienſi Bibliothecæ dedit *Henr. Sauilius.* PTOLEMAEVS.

ARISTIDIS QVINTILIANI liber *de Muſica* aſſeruatur in Biblioth. Lugd. Bataua: ſed corrupte exaratus eſt. ARISTIDES QVINTIL.

„*Ariſtidis Quintiliani* opus eſt perfe-



Digitized by Google

Cap. XXXI. Muſic.

„ctiſſimum & in Bibliotheca noſtræ Aca-
„demiæ MS. extat: ſed & in aliis Biblio-
„thecis quamplurimis: vnde etiam minus
„corruptus eſt. *Sæcula IV. p. 87.*

In eadem Bibliotheca eſt BACCHII *Iſagoge Muſica.*

BACCHIVS

CLEOMEDES. CLEOMEDIS, vt *Arithmetica*, ſic *Harmonica* ſuperſunt in Bibl. Vaticana.

ADRASTVS. Vt & ADRASTI, Peripatetici, *Harmonicorum libri III.*

DIOCLES. DIOCLIS ἁρμονικὰ in Bibliothecis Italicis.

PORPHYRIVS. PORPHYRII in illa Regis Galliæ ſuperſunt.

IO. PEDIASIMVS. MANVEL BRYENNIVS. Item IO. PEDIASIMVS lib. *de Muſicis Harmonicis*, & MANVEL BRYENNIVS.

PLVTARCHVS. PLVTARCHI etiam *de Muſica* liber ſupereſt.

PSELLVS. MICHAELIS PSELLI ſupra in Arithmeticis mentionem feci.

THEOGERVS. THEOGERI, Epiſcopi, Muſica MSta ſupereſſe, *Simlerus* in Bibliotheca affirmauit.

## §. 4.

AVGVSTINVS. E Latinis AVGVSTINVS ſex libros *de Muſica* ſcripſit, quos habemus.

MARTIANVS CAPELLA. Etiam MARTIANVS CAPELLA, & AVRELIVS CASSIODORVS, ac in primis SEVERINVS BOETHIVS hic aliquid præſtiterunt.

ISIDORVS. ISIDORVS *Libro III. Originum* ſicut de

de Arithmetica & Geometria, ita etiam de Muſica & Aſtrologia quædam habet. Cap. XXXI. Muſic.

Poſt hos duobus fere ſæculis iunior VENERABILIS BEDA. BEDA.

Anno 845. inclaruit NOTGERVS, Abbas, libro *de Muſica & Symphonia* ſcripto. NOTGERVS.

HVGBALDVS, monachus, librum *de Muſica* reliquit.

Item AVRELIANVS, Clericus Rhemenſis, de tonorum regulis.

BERNO, abbas Augienſis, *de Muſica & Inſtrumentis Muſicis.*

Mox poſtea circa an. 1050. HERMANNVS CONTRACTVS, cuius & ſupra in Geometricis meminimus, *de Muſica & Monochordo* ſcripſit.

GVIDO ARETINVS, Cardinalis poſtea, prius monachus, Lib. I. *de Muſica.*

OSBERNVS etiam, Monachus Cantuarienſis, Librum *de Muſica* ſcripſit.

GVILIELMVS, Abbas Hirſaugienſis, *de Muſica & tonis.*

ALBERTI M. ſupra mentio facta eſt.

ROGERVS BACONVS, Anglus, *de Vi Muſices* egit.

ANTONIVS SQVARCIALVPVS, Florentinus, quædam etiam in hac parte publicauit. Eum tanti fecit Senatus Florentinus, vt ex marmore imaginem eius curauerit ponendam prope Ivaluas Eccleſiæ cathedralis.

§. 5.

Digitized by Google

Cap. XXXI. Muſic.

§ 5.

IAC. FABER, Stapulenſis, *Lib. IV. de Muſica.*

ALANVS VARENIVS, Montalbanus Toloſas, *Dialogos de Harmonia eiusque elementis* edidit, apud Rob. Stephanum.

BALTH. PRASPERGIVS, *de Muſica Chorali.*

IO. WENDENSTEINII *Muſica actiua* Coloniæ prodiit.

FRANCHINVS GAFVRIVS, Laudenſis, *de Harmonia Inſtrumentorum muſicorum* opus edidit Mediolani.

LVD. FLORIANVS, Mediolanenſis, Muſicæ *θεωρίαν* ſcripſit, & Venetiis edidit: ſicut etiam poſtea SIMON STEVINVS.

COCHLAEI modo inter Geometras meminimus.

HENR. LORITVS GLAREANVS, Heluetius, *de Muſicis.*

OTTOMARVS LVSCINIVS, Argentoratenſis *Muſurgiam* euulgauit.

PETRVS ARON, Florentinus, varios libros de Muſica ſcripſit; ſed lingua Hetruſca; ſicut etiam ciuis eius ANTONIVS FRANCISCVS DONIVS Dialogum, qui inſcribitur *Muſica.*

PETRVS GREGORIVS, Toloſanus, qui Profeſſor Iuris fuit in noua Academia Lotharingica Pontis-Amuſſonii, libro XII. *συνλάξεως artis mirabilis* de Muſica quoque tractat.

ANDR.

ANDR. PAPIVS, Gandenſis de *Conſonantiis ſeu Harmoniis Muſicis* librum edidit Antwerpiæ ap. Plantinum. Cap. XXXI. Muſic.

§. 5

Noſtro ſæculo magna in muſicis laus fuit CAROLI GESVALDI, Venuſini Principis; ſicut ſuperiori, ſola tamen praxi, inclaruit ORLANDVS LASSVS, Alberti Bauariæ Ducis primarius Muſicus 1557

VINCENTIVS GALILAEVS librum *de noua & antiqua Muſica* Italicè ſcripſit; opus, *Ioſephi Blancani* iudicio, neceſſarium ad Muſicam noſtri temporis corrigendam.

PRAETORIVS etiam de Inſtrumentis Muſicis ſcripſit.

IO. BAPT. DONII liber de *Præſtantiæ Muſicæ veteris* præ ceteris hic eſt commendandus.

ATHANASIVS KIRCHERVS, *Muſurgiam vniuerſalem* edidit.

MARINI MERSENNI *Harmoniæ Libri IV.* Pariſ. 1644. vbi laudantur FRANC. SALINAS, IOSEPHVS ZARLINVS, qui Italice ſcripſit *Inſtitutioni harmoniche*, *Demonſtrationi harmoniche*, *Supplimenti Muſicali*; PETRVS CERONVS, ERASMVS HORICIVS, Germanus, ALBERTVS BANNIVS, qui Delicias Muſices veteris edidit. Pulchro hunc virum elogio proſecutus eſt in opere *de Mathematicis Scientiis Ger. Io. Voſſius*: verum *Iſaacus Voſſius* hæc quo-

Digitized by Google

Cap. XXXII. Optic.

quoque in re, ſicut in aliis omnibus degener a patre optimo filius, nunquam eum ſine conuitio fatui appellare ſolitus fuit. Sed qui æſtimaret alios, qui parentis quoque contemtu inclareſcere ſtuduit? Homo reuera ſtultiſſimus & indoctiſſimus, nec alia in re, quam paterni nominis fauore aliquid famæ adeptus.

## CAPVT XXXII.

### DE

## SCRIPTORIBVS OPTICIS.

### §. I.

EVCLIDES. IN OPTICA nobis iterum primo loco nominanda ſunt EVCLIDIS *Optica* & *Catoptrica* cum interpretatione *Io. Penæ*, quæ ceteris præfertur.

ARCHIMEDES. Supereſt quoque ARCHIMEDIS libellus *de ſpeculis vſtoriis parabolicis*, ſed necdum lucem vidit.

HELIODORVS. Item habemus *Fragmentum* ex HELIODORI LARISSAEI opticis, quod ab *Ignatio Dante*, cum *Opticis Euclidis* Italice ab ipſo redditis, editum eſt.

PTOLEMAEVS. PTOLEMAEVS, Alexandrinus, *Planiſphærium* reliquit, licet illud ipſum non Græce, ſed Latine tantum translatum habeamus. Subiunxit autem id, vna cum *Iordani Nemorarii Planiſphærio*, *Ioannes Valderus Sphæræ Procli & Phænomenis Aratî* a ſe editis an. 1536.

Duos

Digitized by Google

Duos *Optices* libros a DAMIANO, Philoſopho, *Heliodori Lariſſæi* Filio, ſcriptos ex Codice Franciſci Cardinalis Barberini *Iſaacus Voſſius* deſcribi curauit, & aliquando iuris publici faciet. Cap. XXXII. Optic. DAMIANVS.

§. 2.

Optica ALHAZONIS, ſiue ALHAZENI, Arabis, in *Theſauro Opticæ* habemus; ſicut etiam VITELLIONIS ſiue VITELLONIS *Opticorum lib. X.* ALHAZEN. VITELLIO.

IORDANVS NEMORARIVS modo, & ſuperius etiam nobis laudatus, *de Natura ſpeculorum* commentatus eſt. NEMORARIVS.

IOANNES PECCAMVS, Archiepiſcopus tandem Cantuarienſis factus, *Perſpectiuam communem & particularem* duobus libris conſignauit. IO. PECCAMVS.

ROGERVS BACONVS, de quo in Muſicis, etiam multa Optica edidit. ROG. BACONVS.

Scripſit præterea *Opticam* PAVLLVS PAVLLI filius, Florentinus, circa annum 1410.

Ex Arabibus alias etiam Optica ſcripſit ALCHABIZIVS. ALCHABIZIVS.

§. 3.

Commendatur quoque *Optica* IO. BETSAN & BLASIVS PELACANVS, qui ſubtiliſſimas in Aſtrologicis & Opticis *Quæſtiones* reliquit.

ORONTIVS *de Speculo Vſtorio.*

MARINVS GHETALDVS *de Parabola & Speculo Vſtorio.*

MAV-

Digitized by Google

Cap. XXXII. Optic.

MAVROLYCI *Photiſmi & Diaphana de Specillis & Iride.*

GVIDONIS VBALDI, Marchionis, *Perſpectiua Scenographica.*

*Perſpectiua* variorum Italice ſcribentium, vt VIGNOLAE, SEBASTIANI SERLII, DANIELIS BARBARI.

Germanice etiam *Nouam Perſpectiuam* diuulgauit IO. LVNCKERVS, Noribergenſis.

IO. PISANVS, Cameracenſis, editus ab *Georgio Hartmanno.*

CONRADVS DASYPODIVS, Petri F. Matheſeos Profeſſor apud Argentoratenſes, qui etiam *Catoptrica Euclidis* Gr. & Lat. edidit. Diſcipulus hic fuit *Chriſtiani Herlini*, Argentinenſis, Mathematici non incelebris, de quo *Phil. Melanchthon*, vir de Matheſeos ſtudiis præclare etiam in Germania meritus, dicere ſolebat, ſe grandi illa, quatum eſſet ætate, *Herlini* fore auditorem, ſi Argentinæ viueret. Eius *Herlini & Iac. Bedroti* curæ omne id debetur, quo Baſilienſis *Athenæi* editio Aldinæ præſtat. Edidit autem idem *Daſypodius Heronem de vocabulis Geometricis*, ac, præter *Propoſitiones Opticas & Catoptricas*, in Logiſticis etiam, ac Harmonicis, & Aſtrologicis quædam conſignauit.

FRIDERICVS RISNERVS etiam laudari meretur, qui, præterquam quod *Alhazenum & Vitellionem* emendauit, etiam *Petrum Ramum* in inchoanda *Optice* adhuc ado-

Digitized by Google

adoleſcens adiuuit, & poſt eius mortem, qualem nunc habemus, libris IV. abſoluit. Hanc operam ab eius hæredibus emtam Mauritius Haſſiæ Landgrauius per *Nic. Cragium* edidit. Cap. XXXII. Optic.

§. 4.

FRANCISCVS AQVILONIVS, Bruxellenſis, *VI. Opticorum libros* reliquit.

SIMON STEVINVS ſæpe nobis iam dictus, qui *Optica III. libris* comprehendit.

M. ANTONIVS de DOMINIS, Archiepiſcopus, qui *Paralipomena ad Vitellionem* cum *Optica Aſtronomica* edidit, & *Dioptrica* quoque reliquit.

IO. BAPT. PORTA, qui libros IX. in hac diſciplina elaborauit. Vide ſupra de eo in Geometricis.

MARINVS item MERSENNVS, ſupra quoque nobis iam laudatus, qui Pariſiis 1644. *Optices libros VII.* edidit, quorum duo poſtremi clariſſimorum in his ſtudiis Anglorum ſunt, *Gualteri Werneri* & *Th. Hobbeſii*.

Item RENATVS des CARTES, qui *Dioptricen* Gallice ſcripſit, ſed quæ ab amico Latine verſa eſt. Excudit eam Amſtelodami Elzeuirius an. 1644.

Adde IO. BAPT. MORINVM, Profeſſ. Regium, Gallum, qui multa egregia tradidit *de Refractionibus*.

ATHANASIVM KIRCHERVM,

C. XXXIII. Geodæt.

qui *Artem magnam Lucis & Vmbræ* ſcripſit, quod opus admirabile eſt in hoc argumento.

PETRVM GASSENDVM, qui *de apparente magnitudine Solis humilis & ſublimis* quatuor epiſtolas emiſit. Editæ illæ ſunt Pariſiis 1642.

## CAPVT XXXIII.

### DE SCRIPTORIBVS GEODAETICIS.

§. 1.

QVæ ſupra de Logiſtica diximus, quod ſcilicet ſub Arithmetica contineatur, id quoque de GEODAESIA, quæ nunc ſequitur, dicendum, comprehendi ſcilicet eam ſub Geometria, meritoque eo referri: quamuis etiam ſeparatim conſiderari poſſit, & proprie ad eam pertineat *Architectura militaris*, & quicquid ſpectat ad πολιορκητικὴν, quod barbari hodie *Fortificationem* vocant.

§. 2.

CTESIBIVS

Ex Græcis huius diſciplinæ monumentum reliquit CTESIBIVS, quod in Vaticana Bibliotheca extare aſſerit *Poſſeuinus in Bibliotheca Selecta.*

HERO Iun.

HERO *Iunior* Latine editus a *Franc. Barocio.*

IS. ARGYRVS.

Græce etiam *Methodum Geodeſiæ* ſcriptis mandauit ISAACVS ARGYRVS, monachus;

nachus; quæ Venetiis fuit in Bibliotheca Diegi Hurtadi. Vid. supra etiam in Geometricis. C. XXXIII. Geodæt.

§. 3.

E Latinis Veteribus de agrorum dimensione & constitutione limitum egere SICVLVS FLACCVS, IVLIVS FRONTINVS, AGGENVS VRBICVS, HYGINVS GROMATICVS: quos primus typis diuulgauit *Adrianus Turnebus*; notis vero postea illustrauit *Nic. Rigaltius*.

§. 4.

Proximo etiam Sæculo IO. BVTEO, Delphinas, cuius supra quoque mentio facta fuit, librum edidit *de fluuiaticis insulis secundum ius ciuile diuidendis*. ICtus & Mathematicus insignis dicitur a *Vossio*, eiusque opera edita Lugduni Gallorum 1554.

Recentiores sunt, BARTHOL. PITISCVS, qui supra nobis memoratus est, & *Problemata Geodætica* scripsit.

Item ADRIANVS METIVS, Alcmarianus, itidem nobis, iam ante laudatus. Tradidit autem Geodæsiam *Geometriæ Practicæ* parte II. quæ denuo excusa est Lugd. Batau. 1640.

C. XXXIV. Astronom.

# CAPVT XXXIV.

## DE SCRIPTORIBVS ASTRONOMICIS.

§. 1.

DEducit iam nos ordo ad COSMOGRAPHIAM, quæ sub se iterum complectitur cum ASTRONOMIAM, tum GEOGRAPHIAM.

§. 2.

ASTRONOMIA, licet olim cum *Astrologia* pro una eademque disciplina habita fuerit, tamen a recentioribus postea distingui cœpit; sicut *Ger. Io. Vossius* docet. Nos ergo quoque eam singillatim considerabimus.

§. 3.

Quod ad veteres attinet, Astronomica veterum scripta Isagogica Gr. & Lat. coniunctim Venetiis & Parisiis edita sunt.

Sub EMPEDOCLIS Agrigentini nomine hodie *Sphæra* legitur, quam tamen *Vossius* potius DEMETRII TRICLINII esse censet.

EMPEDOCLES.

Circa Olymp. CX. quo tempore *Aristoteles* quoque floruit, in pretio fuit AVTOLYCVS, cuius extant libri duo; vnus *de Sphæra, quæ mouetur*; alter *de ortu & occasu siderum inerrantium.* Eius quædam edidit *Dasypodius*; quædam *Iosephus Auria.*

AVTOLYCVS.

AR A-

ARATI Phænomena Græco-Latina Pa- C. XXXIV.
riſiis & alibi ſæpius edita. Quam multi ex Aſtronom.
antiquis dignati ſint ea illuſtrare Commenta- ARATVS.
riis ſuis, enumerat *Voſſius de Scientiis Mathematicis.*

„*Aratus*, Solenſis, inter Poetas Græcos „in ſplendida Stephanica editione ſupra „laudata comparet Græce. Eius *Φαινόμενα καὶ διοσημεῖα* cum Scholiis *Theonis* „& *Leontii*, Mechanici, *de Sphæra Aratea*, „Pariſ. 1559. Græce & Latine cum ſcriptoribus affinis argumenti, Baſileæ 1535. Cum „notis *Grotii*, Lugd. Bat. 1600. Ex officina „Sanctandreana 1589. Apud Aſtronomos maximæ auctoritatis & olim & hodie fuit. Vid. *G. I. Voſſius* de Scientiis „Mathematicis c. 32. *Comment. de ſcript. p. 33. ſq.*

Ante *Aratum Phænomena* etiam ſcripſerat EVCLIDES.
EVCLIDES, quæ cum *Opticis*, *Catoptricis*, & *Datis* eius olim vertit *Barthol. Zambertus*, de quo ſupra inter Commentaria *Euclidis*, in Geometricis videatur.

§. 4.

ARISTARCHVM, Samium, Mathe- ARISTAR-
maticum, vna cum *Pappo*, Alexandrino, edi- CHVS.
dit *Federicus Commandinus*, de Mathematicis literis optime meritus.

HIPPARCHVS, Nicænus, ſcriptor A- HIPPAR-
ſtronomiæ, a *Dionyſ. Petauio* in *Vranologio* CHVS.
editus.

„Sæculo ante natum Chriſtum ſecundo



Digitized by Google

C. XXXIV. Aſtronom.

„occurrit *Hipparchus*, celebris Aſtrono-
„mus, cuius in *Arati*, *Eudoxique Phæno-*
„*mena libros XIII.* & *librum Aſteriſmorum*
„edidit Gr. & Lat. Florentiæ 1561. *Petrus*
„*Victorius*. Denique *Dion. Petauius*
„Tomo III. Doctrinæ Temporum. *Com-*
*ment. de Scr. p. 36.*

GEMINVS.

GEMINVS, Rhodius, Mathematicus, a *Dionyſio Petauio* editus in *Vranologio*, ſeu Tomo III. *Doctrinæ Temporum.*

THEODO-SIVS.

THEODOSIVS, Tripolites, qui præter *Sphærica*, quæ *Io. Fena* Pariſ. edidit, etiam libros II. *περὶ νυκτῶν καὶ ἡμερῶν*, & XII. propoſitiones *de habitationibus* ſcripſit: quarum has quidem *Merſennus* in *Synopſi Mathematicæ* nobis dedit; illas vero olim *Ioſephus Auria*, Neapolitanus, in Præfat. *Autolyco* præmiſſa editurum ſe promiſit.

§. 5

ANDRO-MACHVS.

ANDROMACHVS, Cretenſis, qui ſub Veſpaſiano vixit, primus edidiſſe dicitur *Theoricas Planetarum.*

MENE-LAVS.

Traiani temporibus claruit MENELAVS, cuius tres ſuperſunt *Sphæricorum* libri, editi a *Merſenno* in *Synopſi mathematica.*

THEON SMTRN.

THEON SMYRNAEVS, in Mathematica *Platonis*, eruditus & inſignis auctor, ab *Iſmaele Bullialdo* editus: quamuis alii hunc multis ſæculis iuniorem velint. Nota autem periiſſe huius viri Geometrica & Aſtronomica (niſi forte in Bibliotheca Vatica-

na

Digitized by Google

na extent) adeoque edidisse *Bullialdum* tantum ea, quæ ad Arithmetica & Musica pertinent.

„*Theonem Smyrnæum* æqualem faci„unt *Plutarcho*, cuius Arithmetica & alia „superſunt, *Ismaeli Bullialdo*, viro doctis„simo & Amico magno edita cum doctis„simis notis. Vid. *Ger Io. Vossius* in e„rudito Tract. *de Scientiis Mathemat. c. X.* „§. 3. Sed fortasse rectius in sequens sæ„culum refertur. *Sæcula IV. p. 86.*

CL. PTOLEMAEVS.

CLAVDIVS PTOLEMAEVS, in hac siderum doctrina primas tenet, & σύνταξιν μαθηματικὴν scripsit, quæ vulgo, μεγάλη, & ab Arabibus *Almagestus* vocatur, atque Commentario illustrata est a *Theone Alexandrino*, quem, præter *Camerarium*, edidit latine versum *Ioannes Baptista Neapolitanus* 1605. Neapoli. Ipsa alias μεγάλη σύνταξις primum Græce edita est a *Simone Grynæo* an. 1530. nuper etiam beneficio *Dionysii Petauii* huius *Ptolemæi* liber, quo complexus est Φάσεις ἀπλανῶν ἐπισημασιῶν. In hunc *Ptolemæum* Commentarium quoque scripsit *Pappus Alexandrinus*, cuius Mathematica collectio edita a *Federico Commandino*, de quo supra in Geometricis.

„*Pappi Alexandrini* sex *libros* super„stites lat. reddidit *Federicus Commandi„nus*, Vrbinas, editos Pisauri 1588. Vi„deantur etiam *Mersenni Cogitata Physico-*



Digitized by Google

C. XXXIV. Astronom.

„*Mathematica*, vbi multa Excerpta. *Comment. de Script. p. 73.*

CLEOMEDES.

CLEOMEDEM, qui *κυκλικὴν θεωρίαν μετεώρων* scripsit, edidit *Pareus*. Eum in Musicis adduximus.

THIVS.

THII *Cœlestium Motuum observationes Ismael Bullialdus* edidit.

PROCLVS.

PROCLI *Sphæram* ex *Gemino*, vt *Vossius* censet, descriptam edidit etiam *Io. Bainbridge*, Prof. Astronomiæ Oxonienſis. Excusa est Londini 1620. it. prius Venetiis 1500. cura *Thomæ Linacri*, & post recusa Basileæ 1523. a *Bebelio*. It. Paraphrasis in *τετράβιβλον Ptolemæi* cum versione *Leonis Allatii* Lugd. Batau. edita.

MARINVS.

MARINVS, Procli huius discipulus, *Præuia ad Phænomena* reliquit, & *Phænomenorum* librum singularem.

ACHILLES TATIVS.

ACHILLES TATIVS, (qui idem est cum eo, quem *Amores Leucippes & Clitophontis* scripsisse diximus) *de Sphærâ* reliquit librum, cuius pars videtur *Commentarius in Aratum* a *Dionysio Petauio* Lat. redditus.

IS. ARGYRVS.

ISAACVS ARGYRVS, ille, cuius supra in Geodætis modo meminimus, Astronomica reliquit, quæ Augustæ Vindelicorum asseruantur. Vixit vero sæc. Christi XI.

NIC. SOPHIANVS.

Ex recentissimis temporibus nuper 1530. *de Astrolabio* libellum græce scripsit NICOLAVS SOPHIANVS Corcyræus, & anno 1545. edidit.

§. 6.

Digitized by Google

§. 6. C. XXXIV. Aſtronom.

E Latinis veteribus fragmenta nobis ſuperſunt, quibus *Arati Φαινόμενα* Latino carmine reddere conatus eſt CICERO. CICERO.

Item *Aratea* CAESARIS GERMANICI, quorum auctorem tamen non tam *Cæſarem* Dictatorem, quam *Domitianum* eſſe *Voſſius* in opere *de Poetis* aſſerit, quo de ſupra a nobis etiam actum. CAESAR GERMAN.

„ Aratea translatio *Cæſaris Germanici*, „non illius herois, ſed *Domitiani*, qui illud „nomen ſibi quoque ſumſit. Eruditæ in „illam extant curæ *Hug. Grotii. Sæcula IV. p. 69.*

NIGIDII FIGVLI *Commentarium de Sphæra Græcanica & Barbarica* citat *Seruius* in I. Georgic. *Virgilii;* nec dubitat *Voſſius*, quin inde ſint deſumta, quæ tam multa de ſideribus paſſim adducit e *Figulo* is, qui commentatus eſt in *Aratea Cæſaris Germanici*, quorum modo meminimus. NIGIDIVS FIGVLVS.

De MANILIO, qui ſub Auguſto *Sphæram Barbaricam* carmine complexus eſt, itidem ſupra inter Poetas Latinos nobis dictum eſt. MANILIVS.

IVLII HYGINI *Aſtronomicon Poeticum* habemus, ſiue hiſtoriam ſiderum; item *de ſideribus fabulas.* HTGINVS.

„ *C. Iulius Hyginus* a nonnullis pro li„berto Auguſti habetur, quamquam alii „ad ſerius tempus referunt. Inter *Au„ctores finium regundorum* editus *a Ri-*



Digitized by Google

C. XXXIV. Astronom.

„*galtio* Lutetiæ 1614. *Castra* eius edidit „*Hermannus Schelius* cum Castris Poly- „bianis. *Comment. de Script. p. 48.*

„*C. Iulius Hyginus; Suetonius* Gram- „mat. c. 20. Superfunt *liber fabularum* & „*Poetici Astronomici libri IV. Iacobus* „*Micyllus* primus ex MS. edidit Basileæ „cum aliis Astronomis 1549. *Sæcula IV. p. 57.*

CENSORINVS.

CENSORINI, qui in libello *de Die Natali* multa Astronomica admiscet, & supra inter Chronologos mentio facta est.

FESTVS AVIENVS.

RVFVS FESTVS AVIENVS quoque *Arati Phænomena* Latino carmine expressit.

Circa an. 460. BACHARIVS MACCAEVS, Britannus, S. Patricii discipulus, librum de Prognosticis Natiuitatibus diuulgauit; quamuis forte melius ad Astrologos a nobis referretur.

CASSIODORVS.

CASSIODORI, MARCIANI CAPELLAE & ISIDORI superius etiam mentionem iniecimus.

Postea ALDELMVS, Abbas Malmesburiensis in Anglia, sicut opere *de Arithmetica*, ita quoque *de Astrologia* nominis decus quæsiuit.

Clarum etiam eiusdem temporibus in hac scientia fuit nomen HEMOALDI, cognomento *Prouidi*, natione Angli, vt cuius liber extat de rebus Mathematicis ad VENERABI-

Digitized by Google

RABILEM BEDAM, qui itidem multa in Aſtronomicis elaborauit. C. XXXIV. Aſtronom.

*Bedæ* diſcipulus fuit FLACCVS ALBINVS ſ. ALCVINVS, Diaconus itidem Anglus, a quo præter alios etiam CAROLVS M. Aſtrologiæ peritiam hauſit. ALCVINVS.

§. 7.

Anno Chriſti DCCCC XXVII. Maimon Rex Saracenorum Babylone *Mathematicam Syntaxin Ptolemæi*, de qua paulo ante, Arabice reddi curauit, *Almageſtum* que vocauit: quod *Almageſtum* poſtea ALBVMASAR, ſiue ABOASSAR Arabs Aſtrologus adauxit. ALBVMASAR.

MVHAMMEDES quoque ALFRAGANVS, ſiue vt *Voſſius* vocari debere putat, ALFERGANVS, *Aſtrologica Elementa* Arabice ſcripta, ſed a *Iacobo Golio* Latine verſa, concinnauit. Eandem operam ſumſit *Iacobus Chriſtmannus*, de quo infra. Idem eſt, quem ſupra ob inſignem Arithmeticæ cognitionem *κατ' ἐξοχὴν Logiſtam* appellatum diximus. ALFRAGANVS.

Poſtea apud Arabes grande ſibi in hac ſcientia nomen peperit ALBATEGNIVS, Syrus, ſuntque eius *Obſeruationes* excuſæ Noribergæ. Dicitur alias *Muhammedes Araſtenſis*. ALBATEGNIVS.

GEBER ſeu GEBRVS, Arabs, IX libris *Ptolemæi Syntaxin* expoſuit. Editus a *Petreio* Noribergæ 1533. GEBER.

§. 8. Vt

Digitized by Google

C. XXXIV. Aſtronom.

§. 8.

Vt ab Arabibus ad Latinos redeamus, A. C. 980. floruit ABBO, Floriacenſis abbas, qui præter alia librum fecit *in Calculum Victorii*; alium item *de motibus ſtellarum.*

ABBO.

HERMANNVS CONTRACTVS quoque, ſupra nobis iam laudatus, hic egregia præſtitit.

HERMAN. CONTR.

Et GVILIELMVS, Cœnobii Hirſaugienſis abbas, de quo ſupra in Muſicis, etiam ſcriptis *tribus rerum Philoſophicarum & Aſtronomicarum libris* innotuit.

GVIL. HIRSAVG.

ARZAHEL, Hiſpanus, *de Obliquitate Zodiaci* ſcripſit.

ARZAHEL.

ALHAZENI, Arabis, cuius *de Crepuſculis* opus eſt, ſupra iuter opticos memini.

ALHAZEN.

SIGEBERTVS GEMBLACENSIS quoque huc ſpectat.

SIGEBERTVS GEMBL.

Librum *de Aſtrolabio*, ad hæc *de VII. artibus liberalibus* ſcripſit, atque librum Arabicum *Erichiafarim*, ſeu *de Planetis*, Latine ex Arabico vertit ATHELARDVS, Monachus Bathonenſis Anglus. Vide ſupra nomen eius relatum inter Geometras.

ATHELARDVS.

*Alfraganum* Latine vertit IOANNES HISPALENSIS.

*Planiſphærium Claudii Ptolemæi* Toloſæ Latine reddidit RVDOLPHVS BRVGENSIS; eſtque id cum *Arato* & ſcholiaſte eius excuſum Baſil. 1530.

HVMENVS, AEgyptius, Arabice conſigna-

ſignauit *Fabulas Aſtronomicas*, olim in Bibliotheca Palatina aſſeruatas. C. XXXIV. Aſtronom.

AVERROES ſiue ABEN-ROES, qui ob ſcriptos in *Ariſtotelis* opera Commentarios *Magni*, & ſimpliciter *Commentatoris* nomen tulit, *Epitomen magnæ Syntaxeos Ptolemæi* edidit. AVERROES.

CLEMENS LANGTHONIENSIS, Presbyter, librum elaborauit de orbibus cœleſtibus.

R. ABRAHAM CAI, qui *Sphæram* Hebraice ſcripſit, verſus eſt ab *Oſwaldo Schreckenfuchſio* & ſcholiis illuſtratus a *Seb. Munſtero*. Vid. ſupra in Arithmeticis. R. ABR. CAI.

## §. 9.

CAMPANVS NOVARIENSIS, Italus, multa quoque ſcripſit, quem alii eundem cum illo, qui *Euclidem* ex Arabico vertit, alii, non eſſe, volunt, & iſtum non Italum, ſed Gallum Tranſalpinum fuiſſe perhibent.

IORDANVM NEMORARIVM, de quo ſupra etiam in Arithmeticis, excudit Baſileæ, cum *Theonis* Commentariis in *Aratum*, *Valderus*.

Floruit etiam iisdem temporibns HALY, Filius Aben-Ragelis, quem ex Arabico primum Hiſpanice verſum, mox Latine reddidit *AEgidius de Tebaldis*, Parmenſis, editum Venetiis 1485.

Item IO. de SACRO-BOSCO vel BVS- IO. de SACRO-BOSCO.

Digitized by Google

C. XXXIV. Astronom.

BVSTO, qui *de sphæra mundi*, *de Astrolabio*, & aliis scripsit. Extant in eius *sphæram* obseruationes *Petri de Alliaco*, Archiepiscopi Cameracensis, & post Ecclesiæ Romanæ Cardinalis, eiusdem scilicet, qui librum *de Concordia Theologiæ cum Astrologia* scripsit: quamuis in eo valde peccauerit, quod natiuitatem Christi Genethliacis obseruationibus præsciri potuisse, & propterea Magos ad conspiciendum eum venisse asseruit. Illustrauit alias nominatum *Io. de Sacrobosco* librum notis suis etiam *Elias Vinetus*, qui tamen hunc scriptorem non bene Brabantum fuisse iudicauit, cum ille Anglus potius extiterit, vt *Vossius* monet.

ALKINDVS.

IACOBVS ALKINDVS *de Radiis stellarum* scripsit.

VILLADEI.

ALEXANDRI de VILLADEI, qui itidem *de sphæra* commentatus est, in Arithmeticis nos meminisse arbitror.

ALBERTVS.

ALBERTVS MAGNVS etiam, cuius supra in Mathematicis industria memorata est, hac quoque in parte aliqua edidit: vt tamen hæc, quæ habet, hodie a præclaris ingeniis longe aucuratius sint tractata.

ROG. BACONVS.

ROGERIVS BACONVS, Anglus, multa, sicut in reliqua Mathesi, ita etiam in Astrologia elucubrauit. Videatur supra de eo etiam in Musicis & Opticis. Dicitur autem etiam alias *Io. Cantuariensis*.

ALPHONSVS R.

ALPHONSVS item, Rex Castiliæ & Legionis, *Tabulas Astronomicas* edidit, quæ *Alphon-*

Digitized Google

C. XXXIV. Astronom.

*Alphonſinæ* hodie dicuntur, & inter alios opera quoque R. ISAAC HAZAN, ſeu Cantoris, concinnatæ ſunt. Dicitur Rex modo laudatus 40000 ducatos, quamquam non indigno ſumtu, huc impendiſſe.

ODINGTON, Anglus, monachus, in hac ſcientia quoque excelluit, & ſcriptis quibusdam editis ab obliuione nomen ſuum vindicauit.

GVIDO BONATVS, Foro-Iulienſis, *Theoricas Planetarum* ſcripſit, editas Venetiis 1506. item *de Aſtrologia iudiciaria.*

Circa an. 1290. clarus fuit GVILIELMVS de S. GODIALDO.

§. 10.

Paulo poſt THEBITIVS, Arabs, primus in Aſtrologiam induxit motum trepidationis, ſiue acceſſus & receſſus, quem tamen multi non admiſerunt. Inter alios impugnat eum *Auguſtinus Riccius*, de quo inferius.

PROPHATIVS, Iudæus in Hiſpania, etiam obſeruandis Motibus cœleſtibus nomen ac famam ſibi peperit.

IO. BACONDORPIVS alias etiam *de Bacone* ſeu *Baco* dictus, Anglus, de *Aſtrorum ſcientia* librum ſcripſit.

ROBERTVS ſeu RVPERTVS HOLKOTH, Anglus, qui præter illa ſacri argumenti, librum etiam *de motibus ſtellarum*,

Digitized by Google

C. XXXIV. Astronom.

*rum*, item *de earundem affectibus* reliquit. Fuit autem Professor Theologiæ Oxonii.

BRENLANLIVS, cognomento *Britannus*, *de Prænotionibus Astrologorum* plures libros edidit,& iis Astrologiam ἀποτελεσματικὴν, seu iudiciariam impugnauit.

IO.ESTWODVS de ASHENTON, seu, vt aliis dicitur, IO. ESTWIDVS de ASHENDEM, apud Anglos quoque maxima huius scientiæ gloria floruit, & non pauca scripsit.

CLIMITONVS LANGLEIVS apud Anglos itidem libros *de Orbibus Astrologicis* emisit.

GVIL. GRISAVNTVS pater Vrbani V. Pont. Rom. qui summus etiam Mathematicus fuit, supra nobis in Geometricis memoratus est,& de *Qualitatibus Astrorum*, atque alia quædam scripsit.

NIC. LINNENSIS, Anglus, quoque varia in Astrologicis consignauit; vti etiam IO.KILLINGWORT, RICHARDVS LAWINGHAMVS, SIMON BREDON, seu BRIDONVS, aut BIRIDANVS, IO. SOMERIVS, IO. WALTERVS, GVILIELMVS BATECVMBVS, seu, vt alii vocant, BEDECONVS, omnes Angli.

§. II.

Iisdem cum his temporibus, id est circa A. C. CIↃCCCC. Viennæ in hac arte floruit IO. de GMVNDEN, & aliqua etiam, quæ asser-

asſeruantur Viennæ in Bibliotheca Facultatis artium, ſcripſit. C. XXXIV. Aſtronom.

Item IO. GERSON Lugduni in Gallia ſcripſit *Trilogium Aſtrologiæ Theologizatæ.* Habetur operum eius Tomo I.

GEORGIVS TRAPEZVNTIVS, *Ptolemæi magnam σύνταξιν* quoque Latine vertit & Commentario ac Iſagoge illuſtrauit. Scripſit etiam librum *de Antiſciis.* Prius opus *Lucas Gauricus* a ſe recognitum edidit Venetiis 1528.

NIC. CVSANI, Cardinalis, magna in mathematicis eruditio ſupra quoque in Geometricis & Arithmeticis a nobis celebrata eſt. Edidit ille *Correctionem Tabularum Alphonſinarum.*

In Italia claruit DOMINICVS MARIA, Bononienſis, *Copernici* præceptor.

In Germania GEORGIVS PVRBACHIVS, ex quo *Mullerus*, Regiomontanus, ſcientiam ſuam hauſit.

Celebratur inter cetera REGIOMANTANI opus illud, quod inſcripſit *Theoricas Planetarum.*

IO. etiam IOVIANVS PONTANVS *Centum Ptolemæi ſententias* Latine vertit; ſcripſit *libros XIV rerum cæleſtium*; adhæc opus *de Luna*, ſed imperfectum; Carmine etiam epico *Vraniam, ſeu de Stellis libros V.*

GVILIELMVS BOTONER, ſeu



Digitized by Google

C. XXXIV. Astronom.

BVTTONERVS *de Astrologiæ vi* librum scripsit.

IO. BLANCHINVS, Ferrarienſis, pulchrum ſibi nomen parauit Tabulis motuum cœleſtium, editis Venet. 1526.

MARSILIVS FICINVS, Florentinus, *contra Iudicia Astrologorum*, item *Apologiam de Astrologia Medicinæ iungenda*, & librum *de Sole & lumine* scripsit.

IO. PICVS, Mirandulanus, cum alia, tum *Disputationum aduersus Astrologos Libros XII.* edidit. De hoc *Vossius* inquit: *Cum* Picus *diceretur*, *verus Sæculi sui* Phœnix *fuit*.

BERNHARDVS GVALTERVS, *Regiomontani* discipulus, doctrinam refractionum in sideribus horizonti vicinis illustrauit.

HERMOLAVS BARBARVS, Vir summus, librum exarauit *de Conuenientia Astronomiæ & Medicinæ.*

IO. ANGELVS, Bauarus ex Aichen, edidit *Correctionem Calendarii*, & alia etiam in Astrologicis proprie, seu stricte ita dictis. Excusus est Venetiis 1494. a Io. Emerico.

R. ABRAHAM ZACVTI, Emanuelis Lusitaniæ Regis Astrologus, reliquit *Fastos* seu *Almanach perpetuum omnium cœli motuum*, Venetiis editum 1502.

Eius discipulus fuit AVGVSTINVS RICCIVS, qui librum scripsit *de motu octauæ Sphæræ*, ed. Paril. 1521.

§. 12. Vt

§. 12. C. XXXIV. Astronom.

Vt de Arabibus etiam aliquid dicamus, qui aliquanto ante A. C. CIↃ IↃ vixerunt & in Astronomicis quid præstiterunt: HALI RODOHAM, AEgyptius, *Commentarium* edidit *in Ptolemæi Centiloquium & Quadripartitum.* Edidit Venetiis *Octauianus Scotus* cum aliis Astrologis Arabum.

HERMETIS, AEgyptii, *Centiloquium*, seu *centum sententiæ*, editæ sunt Venetiis 1493. cum *Tripartito Ptolemæi*, & Basil. 1533. cum *Iul. Firmico.* Aiunt fuisse *Platonis* discipulum; sed hoc plane commentitium asserit *G. I. Vossius.*

MESSEHALAH Arabs, siue MESSAHVLACH, multa scripsit, eiusque opera partim Venetiis, partim Noribergæ, partim Basileæ excusa sunt. Dispiciendum alias est, an diuersus sit ab *Arzahele*, quem supra laudauimus, qui etiam dicitur *Arzahel Messallah.*

§. 13.

Sæculo XVI. inter Latinos floruit THOMAS LINACER, Britannus, multum laudatus *Erasmo*, *Budæo*, ac cuique doctissimo: præceptoribus vsus *Demetrio Chalcocondyla* & *Angelo Politiano*; item familiariter versatus cum *Hermolao Barbaro.* Curauit hic edi Venetiis *Procli Sphæram* Latine a se versam & eximiam etiam de cetero laudem sibi parauit libris VI. *de Structura Latini sermonis.*

C. XXXIV. Astronom.

BARTHOLOMAEVS VESPVTIVS, Florentinus, publice Patauii docuit, & *Annotationes in Sphæram Io. de Sacroboſco* edidit.

IO. EZLER, Moguntinus, *Speculum Aſtronomicum* ſcripſit.

IO. WERNERVS, *de motu octauæ Sphæræ.*

IO. STOEFLERVS, in Schola Tubingenſi Matheſin docuit, atque *Ephemerides* aliaque multa in hac diſciplina Latine & Germanice ſcripſit.

ALBERTVS PIGHIVS, Campenſis Tranſiſalanus, etiam multa edidit. Elogium huius viri *Paulus* quoque *Iouius* habet. Scripſit autem inter alia ad *Auguſtinum Niphum defenſionem Aſtrologiæ aduerſus Prognoſticorum vulgus.*

IO. RASTALLVS, Mathematicus egregius, cui *Tomas Morus* non dedignatus eſt filiam ſuam collocare, *Canones Aſtrologicos* edidit.

PETRVS CIRVELLVS, cuius ſupra inter Commentatores *Euclidis* meminimus, Commentarium ſcripſit in *Sphæram Io. de Sacroboſco*, eſtque cum *Petri de Alliaco* (de quo ſupra) *Quæſtionibus* excuſus Parſ. 1498.

GEORGIVS COLLIMITIVS, Tanneſtetterus, egit, præter alia, *de Aſtrologia iungenda cum Medicina.*

PETRVS APIANVS quoque ſæculo hoc

Digitized by Google

hoc egregius fuit Aſtrologus, & Carolo V. Rom. Imperatori gratiſſimus. Docuit Ingolſtadii, & Quadrante multam ſibi laudem parauit. C. XXXIV. Aſtronom.

„*Petrus Apianus* (Binewitz) Leiſni-
„cenſis Miſnicus, mortuus 1552. d. 21. April.
„Mathematicus illuſtris. *De rebus Sæc. XVI. p. 454.*

LVCAS GAVRICVS (de quo ſupra etiam in Geometricis) caſtigauit *Tabulas Alphonſinas*, item illas *Io. Regiomontani*, & *Io. Blanchini*, quas paulo ante eum edidiſſe diximus. Scripſit idem *Annotationes in Syntaxin Ptolemæi.*

OTTO BRVNSFELSIVS, Moguntinus, Medicus, & præterea Aſtrologiæ peritiſſimus fuit.

HENRICVS BAERSIVS, aliter VEKENSTYL, Mathematicus & typographus Louanienſis, primum ſuppreſſo nomine *Tabulas perpetuas longitudinum ac latitudinum Planetarum, ad meridianum Louanienſem*; deinde vero, præmiſſo nomine, libellum *de compoſitione & vſu Decretorii Planetarum*, item alterum *de Compoſitione & vſu Quadrantis* edidit.

IO. CARIO *Practicas Aſtrologicas*, nec non *Ephemerides* reliquit. Eſt autem idem, cuius ſub nomine *Phil. Melanchthonis Chronicon* circumfertur, de quo ſupra dictum, cum de Hiſtoria Vniuerſali ageretur.

ORONTIVS FINEVS, Delphinas,



Digitized by Google

C. XXXIV. Astronom.

ſupra iam nobis aliquoties laudatus eſt. Scripſit autem plurima in hac ſcientia; viderique præterea elogium eius apud *Scævolam Sammarthanum* poteſt.

SIMON GRONAEVS primus edidit Græce *Magnam Conſtructionem ſ. Syntaxin Ptolemæi*, vt ſupra etiam dictum eſt.

HIERONYMVS FRACASTORIVS, Veronenſis, Poeta idem, & Philoſophus, ac Medicus eximius, opus quoque Aſtrologicum reliquit *de Orbibus eccentricis & homocentricis.*

SIMON ab HEMMINGA, Medicus quoque idem, ac Mathematicus, opuſculo, quod aduerſus Aſtrologiam iudiciariam edidit, oſtendit genituris XXX. virorum Principum, vel doctrina illuſtrium, falſas eſſe prædictiones mathematicas.

§. 14.

Anno Chr. 1532. IOACHIMVS CAMERARIVS Papebergenſis, quem ſupra *Theonis Alexandrini Commentarium in Ptolemæum* edidiſſe diximus, (quod Baſileæ factum Gr. 1541.) quædam veterum ſcripta Aſtrologica Græce cum ſua verſione Latina edidit, vt *κύκλον ἡλιακὸν*; adhæc excerpta ex *Hphæſtione* Thebano & aliis: Latine vero ſolum nobis dedit fragmenta ex *libro I. Floridorum Veſtii*, ſeu potius *Vettii Valentis* Antiocheni; Græce tantum *Mercurii Triſmegiſti ἰατρομαθηματικά*, id eſt *Medicationes*

*nes ad Astrologicam rationem, ad Ammonem AEgyptium.* Idem A. C. 1535. Noribergæ in lucem dabat carmine, tum *Phænomena, seu siderum historiolam*, tum *Prognosticon*, vbi supra 330. tempestatum iudicia refert. Adhæc Basileæ edidit duos priores *Ptolemæi* libros *de iudiciis Astrologicis* Latine redditos & annotationibus illustratos. Elogium viri huius legas apud *Vossium de Scientiis Mathematicis.* C. XXXIV. Astronom.

IO. STIGELIVS Wittebergæ & Ienæ docuit. Matheseos etiam peritus fuisse arguitur ex *Prognosticis*, quæ composuit.

Magnam in primis sui admirationem conciuit NICOLAVS COPERNICVS, Torunienſis Borussus, qui hypothesin Aristotelicis dogmatibus aduersam constituit, & solem quiescere, terram moueri docuit. Habemus eius *Libros VI. Reuolutionum Orbium cœlestium.* Vixit circa A. C. 1536. ac deinceps.

IOACH. FORTIVS RINGELBERGIVS, Antuerpianus. De hoc supra in Arithmeticis quoque diximus. Nunc notandum, eum pura & eleganti dictione conscripsisse complura opuscula: in his *de Horoscopo, Tempore, & Cosmographia;* item tres *Astrologicarum Institutionum* libros, qui, vt incipientibus valde sunt vtiles, ita ad penitiora iam admissis nihil promunt, nisi vulgatum. Nemo hunc virum maioris fecit *Thoma Erpenio*, Professore Leidensi, qui

C. XXXIV. Astronom.

opusculo prædicti *Fortii*, *de ratione studii* ad amorem Philosophiæ ac literarum accensus, omnia se ei debere professus est, quæ nunc ipse præstare videretur.

SEBASTIANVS MVNSTERVS præter literas Hebræas multum quoque in Mathesi excelluit. Ad Astronomiam pertinent *Horologiographia* eius, item *Organum Vranicum*, & *Canones super nouo luminarium instrumento*.

IO. DRYANDER in Marpurgensi Academia docuit, & *de annulo Astronomico*, *de Cylindro Astronomico*, *de Globo cœlesti* scripsit.

IO. SCHONERVS *Tabulas* reliquit *Astrologicas*, quas ob perspicuitatem *resolutas* vocauit; item *Regiomontani Genethliacum* adauxit.

„*Io. Schonerum*, Carolstadiensem Fran„cum, Mathematicum excellentem, 1477. „natum d. 16. Ian. denatum 1547. d. 16. Ian. „Noribergæ docuit. Correxit & auxit „*Tabulas Astronomicas*: edidit *Regio„montani Genethliacum*, *De rebus Sæc. XVI. p. 453.*

IAC. KAEBELIVS *de Astrolabio* Germanice commentatus est; sed postea etiam Latine Parisiis edidit.

IAC. ZIEGLERVS, Landauus Bauarus, edidit *Constructionem solidæ sphæræ*, item *Scholia in Procli* quoque *sphæram*, quas excudit Basileæ Valderus, vna cum *Arato* & Scho-

Digitized by Google

Scholiaſte eius 1536. Præterea ſcripſit *de He-micyclo Beroſi*, memorato a *Vitruuio* L. 9. c. 9. item *Commentarium in Plinii Hiſt. Nat. L. 2.* quo obſcuriora eius libri præſertim Aſtronomica explicat, eſtque hoc in eum librum commentandi exemplum poſtea ſecutus *Iacobus Milichius*, qui diſſertationes ſimiles ſcripſit. C. XXXIV. Aſtronom.

MAVRVS, Florentinus, Monachus, varia ſcripſit lingua Hetruſca, quæ aſſeruantur Florentiæ in Bibliotheca Seruorum Mariæ Virginis.

GEORGIVS IOACHIMVS RHETICVS, Profeſſor Wittebergenſis, qui, cum fama nouas *Copernici* hypotheſes accepiſſet, profeſſione deſerta, ad eum profectus, & vt in *Reuolutionum* opere perſiſteret, eundem hortatus eſt. Ipſe *Ephemerides nouas ſecundum Copernici doctrinam* elaborauit. Vide alias etiam eius epiſtolam ad *Petrum Ramum.*

PETRVS NONIVS, Luſitanus, *de Crepuſculis*, item *Annotationes in Theoricas Planetarum Purbachii* ſcripſit quæ tum Conimbricæ, vbi docebat, tum Baſileæ prodierunt, vna cum eiusdem libello *de Arte nauigandi.*

IO. de ROIAS Carolo V. Cæſari dedicauit opus ſuum *de Sphæra in plano deſcribenda*, (vulgo *Planiſphærium* vocant) editum Pariſiis a Vaſcoſano.



Digitized by Google

C. XXXIV. Astronom.

IAC. PELETARIVS, cuius cum in Arithmeticis, tum Geometricis mentio illata est, in Astronomicis quoque multa scripsit.

§. 15.

ERASMVS OSWALDVS SCHRECKENFVCHSIVS, cuius supra obiter, arbitror, non semel meminimus, Friburgi Brisgoiæ docuit, & in mathematum ac Hebræarum literarum studio complura monumenta reliquit. Fuit enim discipulus *Sebast. Munsteri*, & inter alia *Commentarium in Sphæram Io. de Sacrobosco*, item *Notas* in σύνταξιν *Ptolemæi* edidit. Adhæc *Sphæram R. Abraham Cai* in Latinum ex Hebræo vertit: de quo posteriori etiam paulo ante.

REINERVS GEMMA, Frisius, Medicus & Mathematicus Louanii, præter *Arithmeticam practicam*, in quam *Iacobum Peletarium* scholia scripsisse supra dictum est, *de vsu annuli Astronomici*, aliaque etiam diuulgauit, hæredemque cathedræ suæ *Cornelium Gemmam*, filium germanum, reliquit.

IO. STADIVS, Belga, qui primum apud Parisienses, deinde etiam Louanii docuit, Ephemerides inter alia edidit, quas *Tabulas Bergenses* inscripsit.

VICTORINVS STRIGELIVS, *Melanchthonis* discipulus, Wittebergæ publicauit *Epitomen doctrinæ de primo motu.*

IO. MERCVRIVS MORSHEIMERVS, Heidelbergæ edidit dissertationem

Digitized by Google

nem *de vocabulo Aſtronomiæ*, minutum opus, nec niſi tyronibus inſeruiens. C. XXXIV. Aſtronom.

TOBIAS MARMORARIVS, Florentinus Monachus, Prognoſticis quotannis elaboratis inclaruit.

HVGO ſeu HVO HELTILIVS, Gröningenſis, Hiſpanice *Planiſphærium* ſcripſit; præterea vero *Gregorii Nyſſeni* quædam atque alia Latine vertit.

IO. MARIA, Toloſas, *de maxima Solis declinatione* ſcripſit.

§. 16.

IO. BAVARVS, qui alius eſt ab *Io. Angelo Bauaro*, de quo paulo ante, *Ephemerides* condidit.

IO SCHROETERVS, Vinarienſis, *Tabulas Aſtrologicas* ſcripſit.

HIEREMIAS BROTHEIEL, varia quoque *Prognoſtica*, vt vocant, *practica* emiſit.

CASPAR PEVCERVS, gener *Philippi Melanchthonis*, nomen ſibi comparauit *Elementis doctrinæ de circulis cœleſtibus & primo motu.* Idem publicauit volumen *de præcipuis diuinationum generibus*, inque his de prædictionibus Aſtrologicis. Fuit Philoſophiæ, Medicinæ, & Theologiæ Doctor, in Hiſtoricis ac omni re literaria verſatiſſimus, ac *hiſtoriam carceris ſui, & ex eodem liberationem* fuſe perſcripſit, quæ edita eſt Tiguri 1615.

Innotuere etiam FRANC. RAPALDVS,

Digitized by Google

C. XXXIV Astronom.

DVS, Medicus Brugenſis, & PETRVS HASCHARDVS, Inſulanus, Chirurgus: quorum ille aduerſus Aſtrologiam ſcripſit & Medico inutilem affirmauit; hic vero ei reſpondit, & opus ſuum *Clypeum Aſtrologicum* appellauit, excuſum Louanii 1552.

HIERONYMVS CARDANVS, de quo ſupra quoque aliquid dictum eſt, plures in Aſtronomicis tractatus ſcripſit. Vide quæ infra etiam dicemus, cum ad Aſtrologos peruentum erit ſtricte ita dictos.

CYPRIANVS LEOVITIVS, Bohemus, Eclipſes aliquot accurate deſcripſit, & *Ephemerides* idem prodidit.

NIC. SIMVS, Bononienſis, edidit *Theoricas Planetarum*,& alia.

IO. GARCAEVS, iunior, Commentarium emiſit *de erigendis cæli figuris, verificationibus, reuolutionibus & directionibus.*

MICHAEL MAESTLINVS in Italia degit, vbi, cum pro Copernicana ſententia publice orationem habuiſſet, *Galilæus Galilæi*, perpenſis eius argumentis, etſi ante *Ariſtoteli* & *Ptolemæo* penitus addictus eſſet, in eius ſententiam conceſſit. Fuit hic *Mæſtlinus* tandem Matheſeos Profeſſor in Academia Heidelbergenſi.

CONRADI DASYPODII ſuperius in Opticis meminimus, extantque *eius Aſtronomica præcepta*,& alia.

CORNELIVS VALERIVS, Veteraquinas, Batauus, Louanii in trilingui collegio

Digitized by Go

gio *Petro Nannio* Alcmariano ſucceſſit, & vt reliquam Εγκυκλοπαιδείαν, ſic & *Sphæram*, ſeu prima Aſtronomiæ ac Geographiæ præcepta ſuccincte & pura dictione conſignauit. Videatur de eo *Aubertus Miræus* in Elogiis Belgicis. C. XXXIV. Aſtronom.

RVDOLPHVS BATTINGIVS, Friſius, edidit *Methodum Aſtrolabii* excuſam Pariſ. 1588.

ANDR. SCHONERVS, Ioannis F. vulgauit *Io. Regiomontani Fundamenta, ſeu demonſtrationes operationum earum, quæ pertinent ad tabulas primi mobilis.*

PHILIPPVS PHANTONIVS, Florentinus, Piſanæ Academiæ Prof. Matheſ. monachus primo, & poſtea abbas, librum Italice publicauit, *de ratione reducendi annum ad legitimam formam & numerum.*

MICHAEL BEVTHERVS, vir undecunque etiam de cetero doctus, & Medicinæ & Iuris Doctor, Ottoni Henrico Electori Palatino a Conſiliis & Bibliotheca fuit, ac in Aſtronomicis plura conſignauit; vt *de Globo Aſtronomico, de Circulis, de Correctione noui Calendarii Gregoriani*, item Diſſertationes, ſcilicet *de LXX. hebdomadibus Danielis; Quo anni tempore mundus ſit creatus? Quo die Chriſtus mortuus?*

GERARDVS MERCATOR, vir de Aſtrologia ac reliqua Matheſi præclare meritus, Imperatori Carolo V. varia confecit inſtrumenta mathematica; poſtea & Globo

Digitized by Google

C. XXXIV. Astronom. Globo complexus fuit planetarum ac signorum cœlestium constitutionem, Imperatorique duos fecit globos, vnum crystallinum, alterum ligneum, illum cœlestem, hunc terrestrem.

§. 17.

DANIEL SANTBECH, Nouiomagus, Basileæ emisit *Problematum Astronomicorum & Geometricorum sectiones VII.*

BARTHOLOMAEVS SCVLTETVS *Prognosticon* scripsit *nouilunii ecliptici*, quo varios sequentium annorum euentus prædixit; alia item, quæ ab Astrologiæ studiis dependent, vt *Calendarium Ecclesiasticum perpetuum Germaniæ*; etiam *Gnomonicen de solariis Germaniæ.* Prodiere hæc Gorlicii partim A. C. 1569. partim 1571.

PAVLVS CRVSIVS *Doctrinam reuolutionum Solis* consignauit, editam Ienæ 1567.

CHRISTIANVS VRSTISIVS, Professor Mathes. Basileæ, emisit ibidem *Quæstiones nouas in Theoricas Planetarum Purbachii.* Vide supra de eo in Arithmeticis.

HENRICVS BRVCAEVS, Alostanus Flander, Medicus & Matheseos Romæ Professor, vt & Rostochii, vbi A. C. 1570. diuulgauit tres libros *de motu primo Astronomico*, quos a se repurgatos ibidem postea an. 1604. edidit *Erasmus Stockmannus*, Phil. Natura-

Digitized by Google

turalis Roſtochii Profeſſor. Scripſit etiam hic *Brucæus Inſtitutiones Sphæræ.* C. XXXIV. Aſtronom.

FEDERICVS COMMANDINVS, cuius ſupra inter *Commentatores Euclidis* nomen poſuimus, *Ariſtarchum Samium de Magnitudinibus & diſtantiis Solis ac Lunæ* Latine reddidit (vid. ſupra) vti & *Pappi Alexandrini Explicationes*: iſtum vero præterea Commentario illuſtrauit, edito Piſauri 1572.

Venimus nunc ad memoriam incomparabilis illius Mathematici TYCHONIS BRAHEI, cuius aurei extant libri *Aſtronomiæ inſtauratæ*, quibus, vt in *Ptolemæo Copernicus*, ita ipſe in *Copernico* multa correxit; fueruntque ab eo tempore tres præcipue Aſtrologorum ſectæ, quarum Tychonianam mediam dicas inter Pythagoricam, ſeu Copernicanam, & Ariſtotelicam, ſeu Ptolemaicam. Fuit eques Danus, conditor arcis Vranienburg in Huena Danici Helleſponti inſula, inuentor etiam, ſtructorque Inſtrumentorum Mathematicorum, quæ in eadem arce repoſita olim aſſeruabantur. Ad inſtaurandam Aſtrologiam quaſi palatium condidit, inſtrumentis ingens pretium impendit, operas plurimas aluit, & huic rei 200000. aureorum inſumſit. Obiit anno 1601.

FRANCISCVS BORDINVS, Corrigienſis, Bononiæ publicauit *Chiliada Quæſtorum & reſponſorum mathematicorum*, vbi plurima de Aſtronomia habentur.

PE-

C. XXXIV. Aſtronom.

PETRVS BEAVSARTVS, de quo ſupra in Arithmeticis, *de Annulo Aſtronomico* ſcripſit.

Anno Chr. 1574. prodiit *Dialexis* THADDAEI HAGECII ab HAIC, Medici Imp. Maximiliani II. qua oſtendit, ſtellam, quæ eo anno effulſerat, veterem, non nouam fuiſſe. Illi ſe oppoſuit *Hannibal Raimundus*, Veronenſis: poſtea rurſus *Hagecius* reſpondit. De eodem argumento & alii egerunt: Louanii *Cornelius Gemma*; in Dania *Tycho Brahe*; in Anglia *Thomas Diggeſſeus*; in Hiſpania lingua patria *Hieronymus Munnos*. Linguæ Hebr. & Matheſeos in Valentiana Academia Profeſſor.

HERMANNVS WITEKINDVS, eodem tempore Heidelbergæ librum edidit *de Sphæra mundi*. Idem poſtea *modum* tradidit *formandi horologia*.

FRANCISCVS IVNCTINVS, Florentinus, accuratos edidit *Commentarios in Sphæram Io. de Sacroboſco*; excudit Lugduni Seguſianorum Io. Tornæſius 1577.

NICODEMVS FRISCHLINVS, alias Grammaticis magis ac Poeſi intentus, in Academia tamen Tubingenſi vicaria opera pro abſente *Philippo Apiano* Matheſin docuit, atque ita etiam de Aſtrologia quædam in literas retulit. Obiit 1590. æt. 44.

CHRISTOPHORI ROTHMANNI, & IVSTI BYRGII, quos alebat Guilielmus Haſſiæ Landgrauius, *Obſeruationes*

Digitized by Google

*nes* vulgauit Leidæ 1618. *Willebrordus Snellius.* C. XXXIV. Astronom.
Idem prioris dissertationem *de Cometa anni 1585.* edidit.

§. 18.

An. Christi M. D. LXXXII. Pont. Rom. annum Iulianum opera CHRISTOPH. CLAVII correxit, qui tamen ingenue agnoscit, in suo Calendario male esse æquatas Epactas, sic vt Pascha aliquando possit incidere in Nouilunium: modum tamen & rationem idem demonstrauit, quo Calendarium aliquando iterum corrigi possit.

ALOYSIVS LILIVS, ei adiutor in corrigendo anno Iuliano fuit. Caussa vero emendationis illa, quod annus Iulianus cœlestem annum excederet vndecim scrupulis horariis, nempe prope quinta horæ parte, & sic a temporibus Iulii Cæsaris vsque ad illa Gregorii XIII. pæne 14. diebus celerius celebraretur Pascha, quam celebrari oportebat, ratione habita anni cœlestis.

ALBERTVS LEONINVS, seu LEWICVS a Grœnewude I. V. D. edidit *Theoriam motuum Cœlestium secundum doctrinam Copernici*, Colon. 1583. editam apud God. Kempensem. Quæ contra Genethliacos disputauit, excudit Plantinus.

IOH. BAPTISTA a PORTA, Neapolitanus (de quo vide supra in Geometricis & Opticis) emisit *Interpretationem primi libri μεγάλης συντάξεος, cum Comm. Theonis:* de qua re supra in Commentatoribus *Claudii*



Digitized by Google

C. XXXIV. Astronom.

*Ptolemæi.* *Bodinus* in *Dæmonologia* sua ob illa naturæ miracula, quæ *Baptista* ille in XX. illis *de Magia* libris habet, eum vt veneficum incessit, sed inique prorsus, sicut constat omnibus Matheseos & naturæ intelligentibus.

IOSEPHVS AVRIA, Neapolitanus, *Autolycum de Sphæra* edidit, *quæ mouetur; Euclidis phænomena; Theodosium Tripolitam de habitationibus & de diebus & noctibus*, item *Data Euclidis* nondum edita.

IOANNES PRVSAEVS *Disputationem Apologeticam* scripsit *pro Calendario Gregoriano, Iacobo Hildebrando*, Theologo Tubingensi, oppositam.

ADRIANVS ROMANVS, superius nobis in Arithm. & Geometricis nominatus, Louanii 1591. librum vulgauit, *de Cælorum numero & ordine.*

FRANCISCI VIETAE, (de quo itidem supra in Geometricis) *Harmonicon Cæleste* non amplius supereſt. Videatur de eo opere *Ismael Bullialdus* in Prolegomenis *Astronomiæ* suæ *Philolaicæ*,

IACOBVM CHRISTMANNVM, nobilitant *Mahumedis Alfragani*, Arabis, *Chronologica & Astronomica Elementa*, ex Biblioth. Palatina Heidelbergæ Latine versa, expleta, & scholiis illustrata. Idem annis post vndecim nempe 1601. Basileæ *Obseruationes solares* emisit, & alia etiam sequentibus

Digitized by Google

bus temporibus, quæ hic recenſere longum foret. Vide ſupra in Geometricis. C. XXXIV. Aſtronom.

SIMON STEVINVS, ſupra nobis in Geometricis & Arithmeticis recenſitus, *de Cæli motu* tribus libris egit.

BERNARDINVS SALINVS, Soc. Ieſu, qui itidem ſupra in Geometricis laudatus eſt, libro ſingulari varia problemata Aſtronomica complexus eſt. Aſſeruatur id opus, & alia eiusdem inedita, Genuæ in collegio Soc. Ieſu.

HENRICVS RANZOVIVS, Pro-Rex Danicus, A. C. 1593. in lucem dedit *Tractatum Aſtronomicum de Genethliacorum Iudiciis, ex vetuſtis & optimis quiburque auctoribus collectum*, Francofurti apud Wechel. Eius *Collectanea prædictionum Aſtrologicarum* edidit Plantinus 1580.

IOH. PAVLVS GALLVCIVS, Saloenſis, Academicus Venetus, diuulgauit Venetiis librum *de Fabrica & vſu Hæmiſphærii Vranici.*

§. 19.

Sæculo XVII. & aliquanto ante, magna in æſtimatione vixit CHRISTOPHORVS CLAVIVS, Bambergenſis, cuius extant vberes *Commentarii in Sphæram Io. de Sacroboſco, Computus Eccleſiaſticus, Aſtrolabii forma atque vſus, Apologia Calendarii aduerſus Michaelem Mæſtlinum, Caſtigatio Scaligeri caſtigare volenti, Calendarium Gregorianum.*



Digitized by Google

C. XXXIV. Astronom.

IO. BAIERVS, Rhainanus IC. exhibuit *omnium siderum, quotquot extare compertum foret, schemata & situs, ex descriptione veterum per Tychonem Brahe examinata.* Addidit nomina omnia Latina, Græca, Arabica, Babylonica, Persica. Excudit Augustæ Vindel. Christoph. Mangus.

Venio nunc ad GALILAEVM de GALILAEIS, Magni Hetruriæ Ducis Mathematicum. Hic obseruavit motus comitum Iouis, Saturni phasin, nunc rotundi, nunc oblongi, Veneris ad motum Lunæ incrementa & decrementa, inæqualem Lunæ superficiem, maculas solares, ac reuolutionem solis circa axem proprium. Obiit an. Chr. 1640. Eius *Systema Copernicanum* Latine vertit *Berneggerus.* Contra *Nuntium Siderum* eiusdem scripsit *Franciscus Sitius Dianæam Astronomicam, Opticam, Physicam.*

IO. BASSANTINI Scoti, *Astronomia* Geneuæ Latine excusa an. 1609. *Io. Tornæsio* interprete & editore.

NIC. MVLLERIVS, *Tabulas* procudit *Frisicas quadruplices*, quibus syzygiarum Solis & Lunæ, eclipsiumque calculum enarrauit: opus omnino eruditum atque accuratum. Fuit autem hic Professor Grœningensis. Scripsit de cetero etiam *Institutiones Astronomicas*, & opus, quod *Copernici Astronomiam instauratam* vocat, emisit.

BARTHOLOMAEVM PITISCVM, Silesium, supra inter Geometras &

Digitized by

& Opticos laudauimus. Edidit vero *VI. libros Problematum Astronomicorum*, qui recusi sunt an. 1619. subiectique operi eius *de Triangulorum dimensione.* C. XXXIV. Astronom.

IOSEPHVS LANGIVS, Cæsaremontanus, Friburgi Brisgoiæ Mathematum Professor, elaborauit *Elementale Mathematicum*, quod an. 1625. *Isaacus Habrechtus*, Philosophus & Medicus, auxit, notis explicuit, exemplis & figuris illustrauit, editum Argentorati.

IO. ANT. MANGINVS, Mathesin publice Bononiæ docuit, alias vero *Theoricas Planetarum nouas secundum obseruationem Copernici; Ephemerides ad annos 50.* & alia edidit.

CHRISTOPHORVS SCHEINER, Germanus, Soc. Ies. libellum edidit, *de Maculis solaribus*, item alterum *de Sole ellipticо.* Certe labores eius non minori cum fructu, quam voluptate legisse se testatur *Vossius.*

PETRVS LAVREMBERGIVS, Hamburgi an. 1615. prælo subiecit *Amphilycum*, seu dissertationem *de natura crepusculorum.*

REDEMTVS BARANZANVS, Vercellensis, cuius extat Ουρανοσκοπία, *seu vniuersa cælorum doctrina:* opus tamen physicum magis, quam mathematicum.

IO. KEPLERVS magni nominis fuit, & ex Schola *Mæstlini*, quem Tubingæ audiuit, prodiit. Inter cetera eius, vt sunt,



Digitized by Google

C. XXXIV. Astronom.

quæ *de ſtellæ Martis motibus*, item *de ſtellis Iouialibus* ſcripſit, laudatur *Epitome Aſtronomiæ Copernicanæ*, & *Aſtronomia noua Aſtrologorum*. Vide ſupra in Geometricis & Arithmeticis.

LIBERTVS FROMONDVS, ſeu FROIDMONT, Profeſſor Theologiæ Louanienſis, & *Cornelii Ianſenii*, qui ad epiſcopatum Ipreuſem vocatus eſt, ſucceſſor, literis humanioribus & Matheſeos ſtudiis maxime excultus fuit. Scripſit diſſertationem *de Cometa anni 1618.* & *Anti-Ariſtarchum, ſeu de orbe terræ immobili*; item *Veſtam, ſeu Anti-Ariſtarchi vindicem contra* PHILIPPVM LANSBERGIVM, qui *Commentarium de motu diurno & annuo, veroque adſpectabilis cæli typo* emiſit, verſum Latine a *Martino Hortenſio*.

CHRISTOPHORVS LONGOMONTANVS, Danus, qui octennio integro cum *Tychone Brahe* vixit, & Matheſin in Academia patria docuit, *Aſtrologiam Danicam* ſcripſit, quam excudere Amſtelodami fratres Blaewii 1640.

§. 20.

WILLEBRORDVS SNELLIVS, ſupra inter Geometras locum ſuum tenuit. Idem vero Aſtronomiæ quoque operam dedit: & memorat de eo *Voſſius*, magnum omnino virum extitiſſe, ſed non ſuo pretio a ſuis æſtimatum.

MARTINVS HORTENSIVS, extra

extra ordinem nobis paulo ſuperius laudatus eſt. Eius extat *reſponſio ad ea, quæ Keplerus præfixerat ephemeridi 1624.* vt & diſſertatio *de Mercurio ſub ſole viſo & Venere inuiſa*, ſcripta ad *Petrum Gaſſendum*, de quo ſupra. C. XXXIV. Aſtronom.

L. PHILIPPVS MVLLERVS, Matheſeos in Lipſienſi Academia Profeſſor, *Arithmetices & Geometriæ Eclogas* ex operibus *Ariſtotelis* excerpſit atque expoſuit. Editæ ſunt cum *Iani Auguſti Vogelii*, & diſcipuli eius *Valentini Hartungi*, Med. Profeſſoris, *κυκλοπαιδείᾳ* ex eodem *Ariſtotele* ſelecta.

GVIL. IANSSONIVS CAESIVS, ſeu BLAEV, Amſtelodamenſis, ſphæris globisque cœleſtibus conſtruendis priorum omnium vicit induſtriam, primusque duplicem ſphæram Copernicanam fecit; ingenti quoque gloria potitus ob ingentem illum & pulcherrimum Quadrantem, qui Lugduni Batauorum conſpicitur in turri, vnde Obſeruationes fiunt Aſtronomicæ. Scripſit etiam patrio ſermone *Inſtitutionem Aſtronomicam*, quam Latine vertit *Martinus Hortenſius*, Matheſeos in Gymnaſio Amſtelodamenſi Profeſſor. Agitauerat laudatus *Blaeuuius* deſcriptionem Cœli in plano, quæ LX. ingentibus laminis comprehenderetur; ſed morte præventus, quod conceperat, præſtare non potuit. Interim id ſe præſtiturum putat *Io. Blaeuuius* filius, ICtus idem atque Matheſeos ſtudiis egregie excultus.

PETRVS GASSENDVS, etiam



Digitized by Google

C. XXXIV. Astronom.

hic nominandus erit, cuius inter alia extant *Epistolæ duæ ad Petrum Schickardum de Mercurio in sole viso & Venere inuisa*, emissæ Paris. 1631. *Epistolicæ* suæ *exercitationi aduersus Fluddum*, quæ prodiit Parisiis 1602. attexuit *Appendicem. obseruationum cœlestium*, multaque alia scripsit.

WILH. SCHICKARDVS etiam huc spectat, vir non Orientalibus modo literis, quas Tubingæ docebat, sed & mathematicis scientiis excellens. Extat eius dissertatio *de Mercurio sub sole viso & aliis nouitatibus Vranicis* ad modo laudatum *Petrum Gassendum.* Tubingæ 1632.

ADRIANVS METIVS, Alcmarianus, superius quoque nobis non semel memoratus, an. 1631. in lucem edidit *Primum mobile*, & in *Geometriæ* suæ parte quinta complexus est *Problemata Astronomica Geometrice delineata & Arithmetico resoluta. Adriani* huius frater *Iacobus Metius* Tubum Opticum, siue Telescopium inuenit & propterea inter Astronomos etiam locum merito haberet, nisi eo instrumento magis in terris, ac ad terras longe dissitas dimetiendas vsus esset. *Galilæus de Galilæis* primus hunc Tubum Batauum cœlo admouit.

LAVRENTIVS EICHSTADIVS, Medicus, Stetini 1636. edidit *Pædiam Astrologicam;* postea etiam *Ephemerides*, & *Tabulas Harmonicas motuum cœlestium.*

A B.

Digitized by Google

ABDIAS TREW Mathesin Alt- C. XXXIV.
dorffii docuit, & *Astronomiæ partem Sphæri-* Astronom.
*cam* accurate consignatam edidit.

Magnum etiam hodie decus huius scientiæ est ISMAEL BVLLIALDVS, qui an. 1640. *Astronomiam Philolaicam*, a *Philolao* Pythagorico, qui iam cum aliis olim ad diurnum terræ motum *Copernico* præiuit, dictam emisit. In Prolegomenis libri huius historiam originis ac progressus Astronomiæ exponit.

IO. HEVELIVS Gedani 1647. *Selenographiam* edidit.

IAC. VSSERIVS, Archiepiscopus Armachanus & totius Hiberniæ Primas, dissertationes edidit, *de Macedonum & Asianorum anno solari, cum Græcorum Astronomorum parapegmate ad Macedonici & Iuliani anni rati*[illegible] Laudat hunc virum præ ceteris *Vossius* in opere de Scientiis Mathematicis.

LEO ALLATIVS Latine vertit *Procli Diadochi Paraphrasin in Ptolemæi libros IV. de siderum affectionibus.* Auctor Romæ degit. Opus edidit Elzeuirius Lugduni Batauorum. Hoc *Procli* opus supra quoque laudauimus inter opera Græcorum Astronomorum.

GODOFREDVS WENDELINVS quoque maxime *Vossio* laudatur.

Cap. XXXV. Astrolog.

# CAPVT XXXV.

## DE SCRIPTORIBVS ASTROLOGIAE APOTELESMATICAE.

### §. I.

DE ASTROLOGIA IVDICIARIA celebris est controuersia. Impugnant eam Theologi plerique ad textus Scripturæ vtriusque Testamenti. Ex veteribus *Paulus Merula* in *Cosmographicis* & *Barclaius* in *Argenide*. Sed Astrologi semper exceperunt, Theologos & Philosophos ex alienis principiis agere, neque artem ipsam intelligere. Huic ergo obiectioni abunde occursum est a *Petro Gassendo*, qui *Philosophiæ Epicureæ* inseruit totum tractatum, *de præsignificationibus siderum*, atque Astrologos ex [redacted] principiis, summus ipse Mathematicus, ita conuicit, vt, quod solide respondere possint, non sint inuenturi.

„Potuissemus ab Astrologia initium fa„cere: quam donec Theologi scripturis, „philosophi rationibus impugnarunt, „semper occasionem suspicandi sibi reli„ctam caussati sunt aliqui, quasi non satis „illi mysteria mathematicarum scientia„rum intelligerent. At postquam inter „Principes doctissimorum Mathematico„rum suspiciendus *Petrus Gassendus* o„mnes Astrologiæ apotelesmaticæ hypo„theses,

Digitized by Google

„theſes, ſingulasque artificii curioſe ſtru- Cap. XXXV.
„cti partes in propria domo, vt ſic dicam, Aſtrolog.
„domeſticisque viribus vanitatis conuicit
„ac funditus deleuit, non video, cur re-
„pertis frugibus glande paſci velint qui-
„cunque probatum dare nequeunt, glan-
„des frugibus meliores eſſe. Niſi enim
„id propediem fiat, exequias ire tempus
„eſt *ſtultæ illi filiæ, quæ ſuo apud magna-*
„*tes quæſtu ſapientem matrem* (ex *Kepleri*
„dicto) *alere conſueuerat.* Huic ergo
„curioſarum artium principi extinctæ
„haud grauatim ceteræ matæotechnicæ, ſi
„inſtituti ratio ferret funus apparare, con-
„ſepelirentur. *Diſſ. T. I. p. 29.*

„Aſtronomiæ coloribus nimis auda-
„cter ſe ſubinde ornat illa meretricula,
„quam nonnemo ex ſummis Mathema-
„ticis vocat, Aſtrologia. Quam adeo non
„commendamus homini politico, vt po-
„tius infinitis exemplis oſtendere parati
„ſimus, quantum ſit homini politico in o-
„mni ciuili actu conſilioque impedimen-
„tum, ſi eiusmodi aſſertionibus animum
„accommodauerint. Notum eſt veriſſi-
„mum *Taciti* elogium, quo Aſtrologos
„inſignit, dum vocat eos *genus hominum*
„*potentibus infidum, ſperantibus fallax.*
„Poſſuntque loco conſilii haberi, quæ con-
„tra vanitatem Aſtrologiæ diſputat a-
„pud *Gellium Phauorinus* XIV, 1. & *Bar-*
„*claius* in Argenide. *Diſſ. T. III. p. 496. ſq.*

§. 2.

Cap. XXXV. Astrolog.

§. 2.

Scriptores Astrologiæ strictè sic dictæ, seu iudiciariæ quod attinet, licet aliqui auctorum modo in Astronomicis nominatorum in ea quoque se exercuerint; tamen inter alia vetera huc ex professo spectat CL. PTOLEMAEI, quam quidem etiam supra laudauimus, *σύνταξις τετράβιβλος*, quæ scripta est ad Syrum fratrem, & Latine expressa a *Leone Allatio*, edita Lugduni Bat. ab Elzeuiris 1635. *Porphyrii* Εισαγωγὴ εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν τοῦ πτολεμαίου; nec non Ἐξήγησις illa anonymi, siue *Procli* (de qua supra etiam aliquid est dictum) *εἰς τετράβιβλον τοῦ πτολεμαίου*. Vtrumque opus Græco-Latine editum Basileæ ab Henr. Petri 1559.

PTOLEMAEVS.

Extat eiusdem *Ptolemæi Centiloquium siue centum enunciata* seu sententiæ, quod opus Græce *καρπὸς* inscribitur (nimirum quia *Ptolemæus* in eo indicat, quis fructus ex Apotelesmaticis percipi possit) & vulgo HERMETI (de quo paulo ante inter Arabes, & cuius liber, sed Latine tantum, *de Reuolutionibus Natiuitatum* ab *Hieronymo Wolffio* editus Basil. 1559. vna cum *Porphyrii Isagoge* excusus extat) tribuitur, Latine reddidit *Iouianus Pontanus* & Commentario illustrauit, sicut & ante factum a *Trapezuntio*.

§. 3.

HEPHAESTIO.

Huc amplius pertinent Excerpta ex HEPHAESTIONE, Thebano, & aliis veteribus, *de XII. Zodiaci signis & eorum effectis*, item

item alter libellus ὅσα οἱ πλανώμενοι ἀςέρες ἐν ἑκάςῳ τῶν ζωδίων σημαίνουσιν, hoc eſt, *quid Planetæ in vnoquoque Zodiaci ſigno ſignificent*; & HERMETIS TRISMEGISTI, ἰαλρομαθημαλικὰ, hoc eſt, *medicationes rationibus Aſtrologicis conuenientes, ad Ammonem AEgyptium.* Quæ tria opuſcula Græce cum verſione ſua, vt & libellum, *de circulo ſolari*, primus edidit *Ioach. Camerarius.* Cap. XXXV. Aſtrolog. HERMES.

Adde *Florida* VETTII VALENTIS, itidem a *Camerario* edita. Huius *Valentis* Ανθολογία Græca Romæ aſſeruari dicitur. VETTIVS VALENS.

§. 4.

Ex Latinis potiſſimi ſunt MANILIVS, de quo iam ante, & IVLIVS FIRMICVS MATERNVS Aſtronomικῶν libris VII. Vixit is temporibus Conſtantini M. MANILIVS FIRMICVS MATERN.

„*Iulius Firmicus Maternus*, in fol. Ba„ſileæ; eruditus ſcriptor. *Comment. de Script. p. 70.*

„*Iulii Firmici Materni* opus Aſtrono„micum libris VII. laudatur, ex editione „Herwagiana, Baſil. in qua & alii huius „πραγματείας auctores exhibentur. Au„ctor etiam valde eruditus ſubinde facit „excurſationes & digreſſiones politicas. *Sæcula IV. p. 387.*

§. 5.

Latinis addi poſſunt Arabum nonnulli; vtpote

Cap. XXXV. Astrolog.

ALBOHAZEN HALY

vtpote ALBOHAZEN HALY, filius Abenragelis, qui reliquit librum *de Astrorum iudiciis siue fatis stellarum.* Eum ex Arabico Hispanice reddi iussit Alphonsus X. Castellæ Rex; ex Hispanico Latine reddidit *AEgidius de Tebaldis*, Parmensis. Editus est Venetiis primum, & post Basileæ 1550.

ALCHABITIVS.

ALCHABITIVS etiam (de quo supra quoque in Opticis) qui *Isagogen* composuit *ad scrutanda astrorum iudicia, deque planetarum coniunctionibus*, versus est per *Ioannem Hispalensem*, excusus autem Venetiis 1491. atque iterum 1521. cum expositione *Io. de Saxonia.*

ARCANDA

ARCANDA, vel ARCANDVS, qui etiam ALCANDRINVS, librum composuit *de veritatibus & prædictionibus Astronomiæ & præcipue Natiuitatum*, editum Paris. 1542.

§. 6.

BETHEM.

BETHEM & ipse *Centiloquium* seu centum Aphorismos de Astrologia iudiciaria reliquit; item libellum *de horis Planetarum* Venetiis excusum 1493. & Heruagius Basileæ cum *Iulio Firmico* & aliis 1530. edidit.

OMAR.

OMAR, seu AOMAR, vel HOMAR *de Natiuitatibus* tres libros condidit, quos itidem edidit Heruagius Basileæ.

ZAHEL BEBITZ.

ZAHEL, seu ZEEL BEBITZ, qui nescio an idem sit fortasse cum *Arzahele Messallah*, de quo supra. Opus *de temporum significationibus in iudiciis*, item alterum *de Ele-*

*Electionibus* ſcripſit. In poſteriori id exſequitur, qua cœli conſtitutione agere conueniat id, quod in animo habemus. *Nic. Pruckner*us vna cum *Firmico* & aliis Baſileæ edendum curauit, A. C. 1533. Cap. XXXV. Aſtrolog.

ZEAZAR, Babylonius, *de Aſtrologia* Arabice opus quoddam condidit, teſte *Geſnero*. ZEAZAR.

§. 7.

Arabibus bene adiungitur, qui circa A. C. 1510. effulſit, inclytus ille R. MOYSES ben MAIMON ſeu MAIMONIDES, qui ab initialibus nominis ſui literis RIAMBAM ſolet nuncupari. Hic cum alia multa compoſuit, tum librum etiam *de Aſtrologia ſeu ſiderum viribus & effectibus*. Primus eum Hebraice edidit, ac Phyſicæ ſuæ ſubiunxit *R. Aben Tybbon*, Latineque vertit *Io. Iſaac*, Levita Germanus, Hebraicarum literarum in Academia Colonienſi Profeſſor. Coloniæ vero excudit Maternus Cholinus 1555. Plura qui de hoc viro voluerit, adeat *Io. Buxtorffii* præfationem præfixam operi *Maimonidæ*, quod inſcribitur *Doctor perplexorum*, ſeu *dubitantium*. MAIMONIDES.

§. 8.

Sequuntur nunc alii, & quidem IO. FRANC. OFFVSIVS, *de diuina aſtrorum facultate*, Pariſiis.

IO. GARCAEVS, qui ſupra quoque nominatus eſt, ſcripſit *Methodum Aſtrologicam*.

NIC.

Digitized by Google

Cap. XXXV. Astrolog.

NIC. WINCKLERVS *de Astrologia* scripsit.

HENR. a LINDHOVT, Bruxellensis Medicus, *Speculum Astrologicum* diuulgauit. Prodiit hoc opus Francofurti cum præfat. *Goth. Arturi*, Dantiscani.

IO. TEISNIERIVS, Hannonius, A. C. 1662. Coloniæ edidit *libros VIII. de Physiognomia, Chiromantia, effectis solis in quaque domo.*

WOLFGANGVS STALERVS *Dianœam Astrologicam;* item *Mercurium.*

ALEXANDER de ANGELIS *in Astrologos coniectores* scripsit.

IO. BAIERVS, Rheinanus, IC. *Schemata omnium siderum.*

HENR. RANZOVIVS, de quo etiam supra, *Themata cœlestia.*

BONAVENTVRA CAVALLERIVS, de quo itidem antea iam inter Geometras, *Directorium generale vranometricum*, opus perutile in omnibus fere mathematicis scientiis.

GVIL. STVCKIVS *Prognostica ab anno 1588. vsque ad finem mundi*, Tiguri.

§. 9.

Spectant huc quoque ANTIOCHI TIBERTI, Cæsenatis, *de Chiromantia Libri III.*

IO. ROTHMANNI *Chiromantia theorica & practica.*

SAM. FVCHSII *Metoposcopia.*

RVD.

RVD. GOCLENII, iunioris, *Phyſiognomia & Chiromantia.* Cap. XXXV. Aſtrolog.

Adde iunioribus his ex antiquioribus paulo GVIDONEM BONATVM, Foroiulienſem, qui præter id opus, quod ſupra in Aſtronomicis laudauimus, etiam aliud *de Aſtrologia iudiciaria* ſcripſit.

Item PETRVM APONENSEM, qui *Aſtrolabium planum* reliquit, cuius opera multa prognoſtica continent. Eſt autem idem hic, qui *Conciliator* dictus eſt, ob librum, quo veterum Medicorum ſcripta conciliauit.

§. 10.

Contra Aſtrologiæ partem ἀποτελεσματικὴν, ſeu, vt vulgo vocant, *iudiciariam* multi ſcripſerunt, ſuntque eorum etiam aliqui iam ſupra nominati. Nunc nominaſſe ſufficiat IOANNEM SARISBERIENSEM Lib. II. *Policratici* c. 19. HIERON. SAVONAROLAM, in opere egregio, quod aduerſus hanc Aſtrologiam diuinatricem ſcripſit; ANTONIVM BERNARDVM, Mirandulanum, *Monomachiæ* Lib. 22. ſqq. IO. PICVM, Mirandulanum, libris *de Prænotione*, quem ſupra quoque nominauimus, vt & ALBERTVM PIGHIVM, cuius opus ad Auguſtinum Niphum Stephanus ſenior edidit an. 1518. MICH. MEDINAM Lib. II. *de recta in Deum fide*; IVLIVM CYRENIVM, in libris *de Fato*; IO. LENSAEVM, Belliolanum, in *Orationi-*



Digitized by Google

Cap. XXXV. Astrolog.

*tione contra Genethliacorum superstitionem;* THOMAM GARZAEVM *in Vniuersali platea;* FRANCISCVM VALESIVM *de sacra Philosophia* c. 31. PETR. GREGORIVM, Tolosanum, in *Arte mirabili;* PERERIVM Lib. II. *in Genesin,* qui etiam tres edidit libros *aduersus fallaces & superstitiosas artes, videlicet Magiæ, Oneirocritices, & Astrologiæ iudiciariæ.* Adde his IO. BARCLAII elegantissimam tractationem in *Argenide*, & consule præterea POSSEVINVM in *Bibliotheca selecta;* GEORGIVM RAGVSEIVM, Venetum, libro *de diuinatione;* IANVM NICIVM ERYTHRAEVM L. XII. epist. 12. ad Casparem Cælium equitem.

## CAPVT XXXVI.

### DE SCRIPTORIBVS CHRONOLOGICIS.

§. 1.

EGimus hactenus de vtraque Astronomiæ parte, cum *μεθοδολογικῇ*, tum *ἀποτελεσματικῇ*. Nunc cum CHRONOLOGIA etiam ad Astronomiam reducatur; quatenus scilicet dependet a doctrina motuum cœlestium; merito quoque enumerabimus scriptores illos, qui supra, cum de Chronologia, quatenus ad historiam pertinet, ageremus, enumerati non fuerunt.

§. 2.

§. 2. C. XXXVI. Chronolog.

*Chronologi* veteres aut ſupra iam a nobis laudati ſunt, aut, ſicut etiam *Voſſio* placuiſſe videmus, inter Hiſtoricos veteres Græcos Latinosue referuntur. Chriſtiani, qui antiquiſſima mundi tempora melius nouerunt, paucis nunc a nobis attingentur.

§. 3.

Antiquiſſimus horum cenſendus eſt IVLIVS AFRICANVS, quem in Chronico ſuo exſcribere ſolet *Euſebius Cæſarienſis*, de quo ſupra. IVL. AFRICANVS.

„*Iulii Africani Chronicon* a condito orbe ad Macrinum Imp. periit. *Sæcula IV. p. 272.*

THEOPHILI, Epiſcopi Alexandrini, tres ſuperſunt *Epiſtolæ Paſchales*, interprete B. *Hieronymo*. THEOPHILVS ALEX.

ANIANVS, monachus AEgyptius, exemplo *Euſebii*, *Chronologiam* condidit. ANIANVS.

MAXIMVS, martyr, plurima ſcripſit, partim edita, partim inedita. In his *de Paſchate Dominico*, vbi totius Calendarii ratio corrigitur, cum breui ſub finem Chronologia. Extat id opus in Bibliotheca Vaticana. MAXIMVS.

§. 4.

ISAACVS ARGYRVS non ſemel ſupra quoque a nobis memoratus eſt. Commentatus vero Græce eſt *de Paſchatis correctione*. IS. ARGYRVS.

ANATOLIVS, Alexandrinus, vir vndecunque doctus præter *Inſtitutiones Arithmeticas*, ANATOLIVS.

C. XXXVI. Chronolog.

*meticas*, Græce etiam volumen composuit *de tempore celebrandi Paſcha.*

BARLAAMVS.

BARLAAMVS, monachus, de quo in Arithmeticis, post tot Græcorum alios lauream quæsiuit commentatione, *de ratione inueniendi tempus celebrandi Paſcha.*

GE. GEM. PLETHO.

GEORGIVS GEMISTVS PLETHO, Constantinopolitanus, *de mensium ac annorum ordine dierumque dimensione* Græce scripsit.

§. 5.

AMBROSIVS.

Sub Theodosio M. AMBROSIVS, Episcopus Mediolanensis, luculentam epistolam scripsit *de tempore celebrandi Paſchatis*, estque ea epistola 83. libri decimi. Notas in eam scripsit *Nic. Mullerus*, quas *Tabulis* suis *Friſicis* addidit.

DIONTSIVS EXIGVVS.

Sub Iustino & Iustiniano Impp. DIONYSIVS, abbas Romanus, cognomento *Exiguus*, fuit, qui anno 526. exarauit *Cyclum* suum *Paſchalem*, & a quo cœpit consuetudo numerandi annos a Christo nato; sicut ante ordiebantur Romani ab Vrbe condita. ÆEra vulgaris *Dionyſiana* multis hodie dicitur; quæ tamen biennio minimum præuertit Christi natalem; sicut hunc errorem suum etiam ipse agnouit *Dionyſius*, vt prodit *Sigebertus* & ex eo *Paulus Foroſempronienſis* Lib. XIII. c. 6.

ELBODVS.

ELBODVS, Britannus, *de Celebratione Paſchatis* volumen condidit.

FINNANVS, Anglus, Episcopus, ore &

d by Google

& calamo tuebatur opinionem de celebra- C. XXXVI.
tione Paſchatis luna XIV. quæ in Britannia Chronolog.
ab eius eccleſiæ incunabulis fuit recepta. FINNANVS
Nam primitus Britanni non ſequebantur conſtitutionem Concilii Niceni, & cum Quartadecimanis paſcha celebrabant, qui ſe Ioannis Euangeliſtæ, Polycarpi, aliorumque exemplo tuebantur. Vt ita veriſimile ſit, Britannos non ab Romana Eccleſia, ſed Aſiaticis, aut Græcis primum fuiſſe conuerſos.

## §. 6.

VENERABILIS BEDAE ſupra BEDA.
iam inter Aſtronomos mentionem fecimus. Scripſit ille multa etiam in Chronologicis.

HERMANNVS CONTRACTVS, HERMANNVS CONTRACTVS.
de quo ſemel iterumque dictum eſt, & ipſe *Computum* reliquit.

MARIANVS SCOTVS quoque MARIANVS SCOTVS.
illuſtrem poſuit operam in annis Domini colligendis. Emiſit librum *de Computo*, item *Emendationes Dionyſii*; adhæc *de Cyclo Paſchali*. Reliquit etiam *Chronicon*, quod perduxit ad annum 1083.

SIMON BREDONVS, Anglus, qui, vt arbitror, etiam inter Aſtronomos ſupra a nobis collocatus eſt, librum contexuit *in Roberti Lincolnienſis Computum Eccleſiaſticum*.



Digitized by Google

C. XXXVII. Geograph.

# CAPVT XXXVII.

## DE SCRIPTORIBVS GEOGRAPHICIS.

§. 1.

*PRiori parte Cosmographiæ absoluta, sequitur nunc altera,* GEOGRAPHIA, *quatenus ad Matheſin pertinet, & globum hunc terraqueum dimetiri docet, cum relatione ad ſphæram cœleſtem. Nam de Geographiæ parte hiſtorica ſupra dictum eſt.*

§. 2.

*Placet tamen hic addere etiam ſcriptores quosdam ſupra, cum de hiſtoria locorum ageretur, prætermiſſos: id quod paulo ante in Chronologis etiam factum eſt.*

§. 3.

Geographi Gr. minores.

*Geographos Græcos minores poſt Hæſchelium ſupra laudatum edidit non ita pridem V. Cl.* Io. Hudſonus, *cum Interpretatione & Notis, adiectis* Henr. Dodwelli, *eruditiſſimi viri, Diſſertationibus. Priori volumine complexus eſt περίπλων ſcriptores.* HANNONEM, SCYLACEM, AGATARCHIDEM, ARRIANVM, NEARCHVM, MARCIANVM *&* *anonymum* Peripli Ponti Euxini *ſcriptorem: altero* DICAEARCHVM, ISIDORVM CHARACENVM, SCYMNVM CHIVM, PLVTARCHVM de fluuiis, AGATHEMERVM, *&* *anonymi* Epi-

Digitized by Gobgl

Epitomen Strabonis: *tertio* DIONYSII *Byzantii* Anaplum Bosphori Thracii *ex Latina versione* Petri Gyllii, ARIANI, *seu potius anonymi* Descriptionem Ponti Euxini, Excerpta *ex* GEORGII MEDICI CHRYSOCOCCAE Syntaxi Persarum, CL. PTOLEMAEI Tabulam vrbium insignium, *anonymi* expositionem totius mundi & gentium, PTOLEMAEI Arabiam, ABVLFEDAE descriptionem Chorasmiæ & Mawaralnahræ, *eiusdemque* descriptionem Arabiæ, Maris Persici & rubri *hactenus ineditam*; & CL. PTOLEMAEI Catalogum stellarum fixarum: *quarto vero volumine exhibet* DIONYSIVM PERIEGETEM *cum* Eustathii *Commentariis & Latina versione*, PRISCIANI *item* Periegesin, & RVFI FESTI AVIENI oram maritimam & *alia quædam minutiora.* C. XXXVII. Geograph.

§. 4.

*Ex his iam antea prodierant, præter supra in tractatione de Geographia Historica recensitos*, HANNO, *opera* Sigism. Gelenii *primum, deinde* Conradi Gesneri, *& denique* Abr. Berkelii; AGATARCHIDES *cura* Henr. Stephani, *& denuo* Rob. Bretti; NEARCHVS *in* Arriani Indicis; *Anonymi* Periplus Ponti Euxini *ab* Is. Vossio *& Gronouio etiam* Scylaci *subiunctus*; SCYMNVS CHIVS *in Hæscheliana Geographorum collectione sub nomine* Marciani Heracl. HANNO. AGATARCHIDES. NEARCHVS. SCYMNVS.

racleotæ, *& seorsim cura* Eraſmi Vindingii;

C. XXXVII. Geograph.

PLVTARCHVS. PLVTARCHVS *per* Sigiſm. Gelenium, *& emendatior per* Phil. Iac. Mauſſacum.

AGATHEMERVS. AGATHEMERVM Sam. Tennulius, *& deinde* Iac. Gronouius *tum* Scylace *ediderat*; Strabonis Epitomen Hier. Gemuſæus.

DIONTSIVS. DIONYSIVS *Byzantinus, reperitur in* Petri Gyllii Comment. de Boſphoro Thracio;

GEORG. MEDIC. GEORGIVM MEDICVM Iſmaeli Bullialdo *debemus*; Expoſitio mundi a *Iac.* Gothofredo *primum eſt euulgata*; ABVLFEDA *vero ab* Io. Grauio.

§. 5.

ABVLFEDA. *Scripſit autem* ABVLFEDA, *non Hamatæ modo in Syria, ſed Geographorum etiam Arabum Princeps, cuius modo meminimus,* Directorium Regionum, *quod MS. fuit in Bibl. Palatina.* Guil. Poſtellus *Compendium eius operis Latino ſermone concinnauit*; Guil. *vero* Schickardus *Latinam totius libri interpretationem; id quod & Grauio in deſtinatis fuiſſe intelligo. Nihil tamen eius præter Specimen Grauianum geminum huc vsque prodiit, tum ipſius, tum V. Cl.* Io. Hudſoni *opera. Neque dicere habeo, quid de Sebiſianis promiſſis deinceps ſperandum ſit.*

*Anonymus Arabs* Hortum Geographicum *ſcripſit, quem Latine conuertit* Bernardinus Baldus, *Guaſtallæ Abbas: quæ forte dudum ex* Marci Velſeri *beneficio legeremus, niſi & ipſius conſilia mors interuertiſſet.*

Geographiæ Nubienſis, *quam Latina ciui-*

*tate*

Digitized by Google

*tate donarunt* Gabriel Sionita & Io. Heſro- C. XXXVII.
nita, *Maronita vterque, ſupra iam mentio in-* Geograph.
*iecta eſt.*

§. 6.

Notitia epiſcopatuum orbis Chriſtiani *ſeu* Codex Prouincialis Romanus *circa an. noo. conſcriptus, a* Petro Rebuffo & Auberto Miræo *editus.*

ROGERVS BACONVS, *Anglus eruditiſſimus, varia ſcripſit Geographica.*

CHRISTOPHORVS DE BVONDELMONTIBVS *fecit librum* de Geographia *nondum editum.*

AENEAS SYLVIVS, *qui poſtea* Pius II. *præter* Coſmographiam, *reliquit etiam* deſcriptionem Europæ.

IO. REGIOMONTANVS *Annotationibus in* Ptolemæi Geographiam *editis errores Latini interpretis,* Iac. Angeli, *caſtigauit.*

*In eundem* Ptolemæum *opus mirandum emiſit* NIC. DONIS, *cum nouis tabulis.*

MARSILIVS BERLINGERVS, de Geographia libros VI. *carmine conſcripſit.*

DOMINICVS MARIVS NIGER, *Venetus*, Commentariorum Geographiæ libros, *non XI. modo, quod titulus promittit, ſed XXVI. laudabili induſtria edidit.*

LAVRENTIVS CORVINVS, *Nouoforenſis*, Geographiam Orbis inhabitati *condidit.*

C. XXXVII. Geograph.

§. 7.

ANT. NEBRISSENSIS Cosmographiam *reliquit & Isagogen in eandem.*

IO. STOEFLERVS, *Prof. Tubingensis, supra in Astrologis laudatus, Cosmographicas descriptiones aliquot; librum item* de artificiosa globi terrestris compositione, *nec non* de duplici proiectione in planum *elaborauit.*

IO. STOBNIZA, *Polonus*, Introductionem in Ptolemæum *edidit Cracouiæ 1519. additis longitudinibus & latitudinibus regionum & oppidorum celebriorum.*

IO. BALANTYNE, seu BELLENDANVS, *Scotus*, Cosmographiam *sermone Scotico scripsit, vt &* Albaniæ descriptionem.

IO. VERNERVS, *præter* Ptolemæi *librum I. Latine a se redditum, libellum* de quatuor aliis planis terrarum orbis descriptionibus *& alia edidit.*

HENR. GLAREANVS *librum* de Geographia *reliquit.*

IO. DRYANDER, Introductionem Cosmographiæ, *cum* principiis Geometriæ & Astronomiæ ad hoc studium necessariis *emisit.*

ORONTIVS FINEVS, *plus simplici vice iam laudatus, euulgauit* Orbis descriptionem ad effigiem ordis humani; Galliæ *item* tabulam *& alias; nec non* Planisphærium Geographicum.

IAC.

IAC ZIGLERVS *seu* CIGLERVS *sua* descriptione Terræ sanctæ *priorum industriam vicit*; Scandinauiam *item* Indiamque *descripsit*. C. XXXVII. Geograph.

GEORGIVS RITHAYMERVS Compendium de situ orbis terrarum *emisit*.

AEGIDIVS TSCHVDVS, *librum edidit eruditum* de prisca & vera Alpina Rhetia ceteroque Alpinarum gentium tractu.

CASP. VOPEL, *Medelbachius, opere Cosmographico, binisque globis editis inclaruit. Descripsit etiam Europæ Asiæ & Africæ partes maritimas; item Rhenum a fontibus vsque ad bina ostia.*

FEDERICVS PINTIANVS Castigationes in Plinium, *item* Emendationes in Melam *scripsit*.

§. 8.

GVIL. POSTELLVS *edidit librum* de Etruria, Cosmographiam seu librum de vniuersitate, *itemque* Syriæ descriptionem seu Chorographiam terræ sanctæ.

ROB. RECORDVS Isagogen Cosmographiæ, *& librum* de vsu Globorum *reliquit*.

GVIL. BARLOVVE *præter* Dialogos, *etiam* Cosmographiam *publicauit*.

WOLFG. LAZIVS, *cuius supra inter scriptores historiæ variæ facta est mentio, edidit etiam* descriptionem terræ Græciæ, rerumque Græcarum Commentarios.

GVIL. XYLANDER, Strabone Stepha-

Digitized by Google

C. XXXVII. Geograph.

phanoque Byzantino *editis, bene de ſtudio Geographico meruit.*

IO. HONTERVS, *Coronenſis, carmine* de rudimentis Coſmographiæ, *& proſæ* Principia Aſtronomiæ & Geographiæ *tradidit.*

PHIL. APIANVS, *Petri F.* deſcriptionem Bauariæ *iuſſu Alberti Ducis Bauariæ elaborauit, a quo ingens operæ tulit pretium.*

BENEDICTVS ARIAS, *Montanus*, Antiquitates Iudaicas *edidit, in quibus pleraque Geographici ſunt argumenti.*

ADR. IVNII Batauia, opus *poſthumum a* Iano Douza *editum.*

BERNARDINVS BALDVS, *præter anonymi Arabis* Hortum Geographicum *ſupra laudatum, edidit quoque* Vniuerſi Orbis Geographiam & Hiſtoriam ex plus quam 700. ſcriptoribus contextam.

SIMON STEVINVS, *de quo pariter ſupra plus ſimplici vice dictum eſt,* Geographiæ libros VI. *conſcripſit.*

PAPIRIVS MASSONVS Deſcriptionem fluminum Galliæ *reliquit.*

CORNELIVS de IODE, *Antverpianus diuulgauit* Introductionem Geographicam in Europæ, Aſiæ, Africæ & Americæ tabulas a ſe editas.

§. 9.

ANTONIVS de HERRERA Americam ſiue Indiam Occidentalem *deſcripſit admodum accurate; quod opus ex Hiſpa-*

Digitized by Google

*Hiſpanico Latine reddidit* Caſp. Barlæus. C. XXXVII. Geograph.

PETRVS BERTIVS, *non tabulas modo Geographicas*, Ptolemæique Geographiam *emiſit*, *ſed* & rerum Germanicarum libros III. Orbisque terrarum Breuiarium, & de aggeribus & pontibus ad mare ſtructis digeſtum nouum.

ADRIANVS ROMANVS *edidit* Theatrum Mundi ſ. Orbis præcipuarum vrbium deſcriptionem.

BARTH. KECKERMANNI *inter poſthuma ſunt libri II.* Syſtematis Geographici.

IO. MICRAELIVS *an. 1616. edidit Stetini* Arithmeticen & manuductionem ad globi cœleſtis & terreſtis, tabularumque Geographicarum vſum.

WILLEBRORDVS SNELLIVS Eratoſthenem Batauum, ſeu de vera terræ ambitus quantitate *librum emiſit*.

ANDREAS CORSALIVS, *Florentinus*, de nauigatione maris rubri, *itemque* de ſinu Perſico *ſcripſit*.

§. 10.

*Partem Geographiæ Mathematicam* tractant BRIETIVS in Parallelis Geographicis; quod egregium opus exactiſſimis curis accenſeri debet, ſed nondum perfectum eſt.

„Neſcio an mores ſæculi pati queant, „ſi de veteri & noua Geographia vtiliſſi„me coniungenda mentionem inferam.

In

C. XXXVII. Geograph.

„In quo genere, poſt *Ortelii Conatus Geo-*
„*graphicos* in *Veteri Orbe* nuper iterum
„editos & cum ceteris hodiernum ſchema
„referentibus conferendos, *Brietii Parai-*
„*lela Geographica*, rem alias non ita faci-
„lem, quantum fas eſt, in expedito po-
„nent. *Diſſ. T.I. p.11.*

PETRVS APIANVS, inſignis Mathematicus, cuius *Inſtructio Geographica* hic non præteriri debet.

In primis autem nuper admodum edidit *Geographiam reformatam* IO. BAPT. RICCIOLVS, opus perfectum præ hactenus editis & laudatiſſimum.

„*Io. Bapt. Ricciolus* in *Geographia re-*
„*formata* accurate tractat omnia. *Diſſ. ad*
*Lipſii Politica p.97.*

GEMMA, Friſius, de Principiis Geographiæ & vſu Globi Coſmographici.

GVIL. BLAEV, *de vſu globorum cæleſtium & terreſtrium*, in 8.

*Compendium Geographicum Vltraiectinum*, nuper editum.

§. 11.

Atlantis Maioris voluminibus V. non ſecure confidere poſſumus. Nam quæ editæ ſunt deſcriptiones, ex *Munſteri Coſmographia, Boteri & Honorii deſcriptione imperiorum* mundi & ſimilibus peti poſſunt. Ita Tomus Atlantis continens inſulas Britannicas deſcribitur ex *Guil. Camdeni Britannia*; Tabulæ plurimæ parum accuratæ ſunt. Longe ſa-

tius

tius fuerit, eas singillatim & cum certo delectu colligere: vbi valde præ ceteris æstimari solent, quas in Gallia SANSON d' ABBEVILLE edi curauit. Inter Ianſonianas & Blauianas iam hæ, iam illæ ceteris præferuntur. Ceterum in iis, qui tabulas Geographicas ediderunt, excellunt ABRAH. ORTELIVS & GER. MERCATOR. C. XXXVII. Geograph.

„Non ſuffecerit *Atlantis* illius humeris, „cui hodie terrarum orbis! onus impo„ſuerunt, ſecure confidere, cum pluri„mæ tabulæ aliunde requirendæ ſint, in „quibus Geographia illa publicis volumi„nibus celebrata emendatur ac ſuppletur. *Diſſ. T. I. p. 10.*

## CAPVT XXXVIII.

### DE SCRIPTORIBVS MECHANICIS.

§. 1

*EXpediuimus, quæ de ſcriptoribus Coſmographiæ vniuerſæ, tum Aſtronomicæ, tum Geographicæ monenda videbantur: reſtat nunc, vt ad partem Matheſeos mixtæ poſtremam,* MECHANICEN *pedem promoueamus.* De qua vide *Voſſium* de ſcientiis Mathematicis a c. 45. ad finem partis primæ.

§. 2.

*Antiquiſſimus omnium, quorum Mechanica habemus, eſt* ARISTOTELES, *ſi modo eius ſit opus illud doctum & elegans, quod* ARISTOTELES. *bo-*

C.XXXVIII. Mechan.

*hodie ſub eius nomine ambulat; eius enim nemo veterum, præter* Laertium, *meminit.*

AENEAE

AENEAE *Tactica* cum verſione edidit *Caſaubonus.*

„Ante *Polybium* vixiſſe *AEneam*, Ta„ctícum, vel ex eo conſtat, quod a *Po„lybio* laudatur. *Iſ. Caſaubonus* cum „verſione & notis ſuis edidit & *Polybio* „ſubiunxit. *Comment de Script. p. 36.*

ARCHIMEDES

ARCHIMEDES, *Scriptorum Mechanicorum Princeps, libros ἰσορροπικῶν ſeu æquiponderantium reliquit, quos ipſi vindicat* Ger. Io. Voſſius *de ſcient. Mathem. c. 49.*

ATHENAEUS

ATHENAEI *de* Machinis bellicis liber *hodieque ſupereſt; de cuius ætate diſputantem vide* Voſſium *loco citato.*

HERO

HERONIS *πνευματικά*; eiuſdem *αὐτοματικά*, item *πολιορκητικά* Venetiis ab Aldo edita ſunt; quædam vero adhuc inedita in Bibliothecis habentur.

PHILO BYZANT.

PHILONIS BYZANTII *liber hodieque extat, quo de fabrica turrium, murorum aliarumque munitionum agit, & quo pacto defendantur & capiantur vrbes.*

§. 3.

VITRUVIUS

VITRUVII de Architectura libri X. *non de ædificatione modo operum publicorum & priuatorum, ſed & de Gnomonica & Machinatione agunt.*

„*Virtuuium* doctiſſimum ſcriptorem „præclare doctiſſimis notis ornauit *Ca„ſtiliomius;* recudit *Io. Laet* in fol. & præ„cla-

„clare ipſe etiam de eo meritus, qui & alia „adiecit. *Sæcula IV. p. 88.* C. XXXVIII. Mechan.

„*M. Vitruuius Pollio de Architectura* „libros X. ad Auguſtum ſcripſit, qui adhuc „hodie præſtantiſſimus in arte ſua habe„tur, omniumque gentium linguis cele„bratur. Editus eſt cum notis *Guilielmi* „*Philandri*, Caſtilionii, Argentorati 1550, „in 4. Plura addidit *Io. de Laet.* ſuæ edi„tioni Chriſtinæ Reginæ dedicatæ Lug„duni Batau. in fol. *Comment. de Script. p. 46.*

*Scripſit etiam* Tactica SEXTVS IVLIVS FRONTINVS, *cuius alias habemus opus* de Aquæductibus Vrbem influentibus; Stratagematixῶν libros IV. *& librum* de re agraria. FRONTINVS.

„*Sextus Iulius Frontinus* ſub Veſpaſiano, „Tito, Nerua, Traiano, floruit; de quo „meritus eſt præclariſſime *Petrus Scriueri„us. Sæcula IV. p. 88.*

„*S. Iulius Frontinus* cum Vegetio „editus a *Stewechio* & *Scriuerio*, partim „etiam in auctoribus finium regundorum „a *Rigaltio. Comment. de Script. p. 55.*

AELIANI *Tactica* Græce & Latine *Meurſius* edidit. AELIANVS.

„*Cl. AElianus*, qui *Tactica* ſua Ha„driano inſcripſit, & *libros XVII. de ani„malibus*, & *Variæ Hiſtoriæ libros XIV.* „compoſuit. Eruditiſſimum opus *Ta-*

C.XXXVIII. Mechan.

„*Eticorum Sixtus Sarcerius* eruditissimis „notis illustrauit. *Sæcula IV. p. 164.*

ARRIANVS.

ARRIANVS, Nicomediensis, *Tactica* quoque scripsit; cuius operis non nisi tria supersunt capita, eaque nondum in lucem edita.

POLTAENVS.

POLYAENI *Stratagemata Casaubonus* edidit.

„*Polyænum* Græce & Latine edidit *Casau-*
„*bonus* in 12. *Comment. de Scr. p. 62.*

„*Polyænus*, Macedo, edidit *Stra-*
„*tagemata* ad Diuos fratres. De hoc
„præclare omnium primus meritus est
„*Is. Casaubonus.* Scriptor est per se, seu
„sua dote non adeo magni æstimandus;
„multa tamen ex optimis auctoribus de-
„scripsit. Alias ἐκλογὰς non ostendunt
„eruditionem scriptoris alicuius. *Sæcula IV. p. 168.*

PTOLEMAEVS.

CLAVDII PTOLEMAEI *huc pertinet subtilis liber* de Analemmate, *in quem erudite commentatus est* Fed. Commandinus.

IVL. AFRICANVS.

IVLII AFRICANI, *celeberrimi illius Chronologi*, Tactica *nondum edita habuit* Vossius.

„VEGETIVS *de re militari Libr. V.* Auctor est optimus & methodo ele-
„gantissima vtitur, acurateque omnia com-
„plexus est, vnde etiam sequentibus æta-
„tibus admirationi fuit. Plurima exhibet
„ex veteribus; studiosus *Sallustii*; cuius
„ad

Digitized by Google

„ad lectionem præeellit editio *Petri Scri-* C.XXXVIII.
„*uerii*; ſicut omnia exacta ſunt, ad quæ Mechan.
„ſummus ille Criticus manus admouit.
„Quod ad argumentum, multa induſtrie
„in eruditis ſuis notis explicauit, adiectis
„figuris, *God. Stewechius.* Germanice
„verſus *in der Krieges-Kunſt Herrn Wald-*
„*hauſen* reperitur. *Sæcula IV. p. 387. ſq.*

„*Vegetius* cum Commentario *Stewe-*
„*chii*, Antwerp. 1505. *Comment. de Script.*
*p. 72.*

„Parum quidem præclare *Salmaſius* de
„*Vegetio* ſentit, eumque confuſorum pas-
„ſim temporum & negotiorum, ſum-
„mæque negligentiæ accuſat. Sed nec
„deſunt, qui aliter ſentiant; nec vniuerſe
„talia & in omnibus locis poſſunt admit-
„ti. Notandum præterea, quod *Vegeti-*
„*us* pauciora ex commentariis *Catonis*,
„plura ex principum, Auguſti, Traiani,
„& Hadriani, tum *Frontini* libris deſcri-
„pſerit. *Diſs. T. II. p. 548.*

§. 4.

VRBICIVS Tactica *reliquit, quæ ex-* VRBICIVS.
*tant MSta in Bibliothecis Florentiæ & Me-*
*diolani. Eius Inuentum, quo pedites Romani*
*equeſtres barbarorum copias ſecure debellare*
*poſſunt, edidit* Nic. Rigaltius *cum* Onoſan-
dro.

ANTHEMII de Machinis *liber ſuper-* ANTHEMI-
*eſt in Bibliothecis, Romana, Mediolanenſi* VS.
*& aliis.*



Digitized by Google

CXXXVIII. Mechan. MAVRITII *Imp.* de re militari libros XII. *extare teſtatur* Simlerus.

MAVRITIVS. Imp. HERONIS *iunioris ſupra in Geodæticis mentio eſt facta.*

HERO iun. LEO Imp. LEONIS Imp. *de Tacticis* opus, quod idem eſt in Græca Lingua, atque in Latina *Vegetii*, adeoque ei plane *παραλληλον*, edidit *Meurſius.*

„*Leonis* Imp. opus plane reſpondet ope-
„ri *Vegetii*: nam quod ille Latine, hoc
„*Leo* Græce explicauit. *Diſs. ad Lipſ. Polit. p. 137.*

„*Leo* Imp. Philoſophus, præter *No-*
„*uellas* ab *Agyllæo* Latine conuerſas, *Epi-*
„*tomas Iuris*, itemque opus Βασιλικῶν,
„ſeu ἑξηκοντάβιβλον edidit. Ταχτικὰ
„eius, quæ reſpondent Vegetiano operi
„*de re militari*, Græco-Latine *Meurſius*
„publicauit: *Vitam Chryſoſtomi* ex *Georgio*
„*Alexandrino* a *Leone* veluti excerptam
„*Sauilius.* Feruntur & alia eius: Liber
„*de aucupio; varia oracula & vaticinia*;
„quæque præterea *Poſſeuinus* memorat;
„cui addes *G. I. Voſſium* Hiſt. Gr. L. II. c. 25. *De rebus Sæc. IX. & X. p. 194.*

ONOSANDRI *Strategicum* primus edidit *Nic. Rigaltius.*

ONOSANDER. CONSTANTINVS PORPHTR. CONSTANTINVS PORPHYROGENNETVS, Imperator, ſcripſit *Tactica; de Thematibus ſ. diſtributione Prouinciarum*, item *de Imperio adminiſtrando ad filium.*

„An-

„Ante omnes nominandus est *Constan-* C. XXXVIII.
„*tinus* Imp. CPtanus, qui eruditione sua Mechan.
„multa crimina redimisse putatur. ----
„*Cedrenus* verbis ex *Curopalate* desumtis
„significat, instaurasse eum, quæ a multo
„iam tempore interierunt incuria & in-
„scitia imperantium, scientias, arithme-
„ticam, musicam, astronomiam, geome-
„triam, & disciplinas Philosophiæ prin-
„cipes requisitis repertisque optimis in
„quouis genere & præstantissimis, quos
„magistros constituit & studiosos litera-
„rum suscepit congregauitque. Eapro-
„pter breui, profligata inscitia, vt Res-
„publica concinnius tractaretur effecit.
„Opera eius commemorantur permulta,
„de quibus & supra aliquid attigimus. Li-
„brum *de Thematibus*, itemque *de admi-*
„*nistrando Imperio ad Romanum filium* a
„*Meursio* editos habemus. Iusserat etiam
„excerpta ex Historicis, veluti in locos
„communes colligi, consulturus ignauiæ
„suorum. Qua re tamen factum vide-
„tur, vt auctores ipsi facilius perirent.
„Fragmentum illius operis a magno illo
„*Peireskio* comparatum *Henr. Valesius*
„edidit, ac eruditis notis illustrauit. Ti-
„tulus est: *Excerpta Constantini Porphy-*
„*rogeniti.* LIII. fuere capita totius ope-
„ris, in quibus etiam locum habuerunt
„*Excerpta Legationum*, a *Carolo Contocla-*
„*vo* Latine reddita & cum notis publicata



Digitized by Google

C. XXXVIII. Mechan.

„anno huius fæculi nono. *Zonaras* au-
„ctor eſt, *ſcripta ipſius Conſtantini non*
„*quidem ad artem oratoriam perpolita,*
„*ornamentis tamen & figuris abundare.*
„Nominatim e ceteris *Epiſtolas*, *ryth-*
„*mos*, omnisque generis *verſus* laudat.
*De rebus Sæc. IX. & X. p. 238. ſeq.*

„Operæ pretium fecero, vt arbitror,
„ſi huc quasdam culpas militares ex *Con-*
„*ſtantini τῦ πορφυρογεννήτυ* Imp. Aug.
„Commentario de apparatu bellico, vn-
„de *ἀποσπασμάτιον* quoddam ſub nomine
„*βιβλίυ τακτικῦ* ex Cod. Biblioth. Palat.
„vitioſe admodum edidit præclariſſime
„de literis Græcis meritus *Io. Meurſius* an.
„1617. Adferam autem ex codice mſc.
„meliori & integro Bibliothecæ Augu-
„ſtanæ, quo vti per beneficium genero-
„ſorum Procerum licuit. &c. *Diſs. IV. ad*
*Grotium p. 857.*

*Superſunt præterea in Bibliothecis quibus-dam Tactica* BITONIS, DAIMACHI, ASCLEPIODOTI, POSIDONII RHODII, & BASILII PATRICII.

ANDR. IANI LASCARIS, *Rhyn-*
LASCARES. *daceni*, *περὶ τῆς τῶν ὁπλιτῶν καταςάσεως*
*ſeu* de armatura militum *liber editus Ba-ſileæ.*

§. 5.

GEORGIVS *de* GEMMINGEN *librum* de Machinis bellicis, *vt* & de cura equorum ac militibus *conſcripſit.*

ALB.

Digitized by Google

ALB. DVRERVS *Commentarium* de Machinis bellicis, *vt &* de Vrbibus, arcibus, caſtellisque condendis *reliquit.* C.XXXVIII. Mechan.

BARTHOL. CAVALCANTIVS de ratione caſtra metandi, apud Polybium.

LEONARDI FORTII, *Romani, libellus* de re militari, variisque bellicis inſtrumentis, *vna cum imaginibus.*

LILIVS GREGORIVS GYRALDVS *reliquit volumen* de nauigiis & nauigandi ratione.

GEORG. HARTMANNVS *primus reperit baculum bombardicum, quo adhibito ſcire poſſumus pondus globi ferrei & orificium tormenti metiri, vt conſtet quot librarum globus ex eo poſſit iaculari.*

ANT. MANETTVS Architecturam inferorum ex poetæ Dantis ſententia *deſcripſit.*

VANNOCIVS BIRINGVCIVS *Italice vulgauit* Pyrotechniam libris X.

LEO BAPT. ALBERTVS, *Florentinus, multum laudis meruit opere* de Architectura.

PETRVS NONIVS de nauigandi arte, eiusque regulis & inſtrumentis.

IO. BVTEO *inquiſiuit*, cuius formæ & capacitatis fuerit Arca Noæ, *aliaque reliquit.*

IO. BLVM deſcriptionem & delineationem quinque columnarum cum ſymmetrica earundem diuiſione *edidit.*



Digitized by Google

C.XXXVIII. Mechan.

NIC. TARTALEA *multa exarauit ad Mechanicen pertinentia, etiam ad nauticam & artem militarem.*

PETRVS MEDINA de nauigatione.

LEONARDVS DIGGS Tectonicum *scripsit.*

IAC. ANDROVETII Architectura.

FEDERICVS COMMANDINVS *librum reliquit* de Centrobaricis s. de grauitatis centro in solidis.

IAC. RAMMINGVS de ædificiis & architectis.

GVIDVS VBALDVS *pereruditum* Mechanicorum librum diuulgauit.

*Etiam* BERNARDINVS BALDVS *varia huc spectantia scripsit.*

M. EGNATIVS DANTES Anemographiam *edidit, qua tum de ventorum egit discrimine, tum de fabrica instrumenti, quo cognoscimus quis ventus spiret.*

LVD. DEMONTIOSVS *opus de architectura veteri emisit, quod inscribitur* Gallus Romæ hospes.

SIM. STEVINVS Staticæ libros VI. *edidit.*

§. 6.

BARTH. KECKERMANNI *liber* de re nautica.

ADRIANI ROMANI Mathesis Polemica.

LEVI-

Digitized by Google

LEVINVS HVLSIVS *edidit tra-* C. XXXVIII.
*ctatus tres de inſtrumentis Mechanicis.* Mechan.

LVCAS VALERIVS *librum* de centro grauitatis *reliquit.*

WILLEBRORDVS SNELLIVS, Typhin Batauum, ſeu de nauium curſibus & re nauali Librum.

PAVLVS GVLDINVS de Centro Grauitatis trium ſpecierum quantitatis continuæ libros IV. *diuulgauit.*

ERYCIVS PVTEANVS *ſcripſit* Munitionem ſymmetricam facillimis lineis conſtitutam; *item libellum* de tormento bellico triſphærio.

ATHANASIVS KIRCHERVS Magnetem, ſiue de arte magnetica opus tripartitum *edidit.*

NIC. GOLDMANNVS Architecturam militarem *tribus partibus edidit.*

MARINVS MERSENNVS *multa Mechanica ſcripſit, vt* Tractatum Mechanicum theoreticum & practicum; *librum* de phænomenis mechanicis; *item* de balliſtica & acontiſmologia; *nec non* de arte nauigandi.

*Limeneuritica*, ſiue portuum inueſtigandorum ratio prodiit Lugd. Batau.

„Maritimas & nauales ſæculi III. artes „conatusque & molitiones exſequitur „THOMAS RIVIVS in *Hiſtoria nau-* „*ali* L. 2. capitibus prioribus octo; in „quo vicit induſtriam MORISOTTI,



Digitized by Google

C. XXXVIII. Mechan.

„qui a sexto demum post C. N. sæculo in-
„cepit. *Sæcula IV. p. 284.*

„In re & militia nauali, multis mutatio-
„nibus in hunc diem innouata, nondum
„extat similis industriæ (*ubi singula stilo*
„*peritis vsitato exprimerentur*) exem-
„plum in Historia. *Thomas* enim *Riuius*
„in *Historia Nauali* antiqui & medii æui
„ad summam rei gestæ respicit; neque sin-
„gulis motibus, congressibusque nauium
„& pugnæ, artisque nauticæ molitionibus
„intentus est. *Diss. T. I. p. 1184.*

§. 7.

GVIL. HIRSAVGIENSIS *præter alia librum composuit* de Horologio, *teste* Trithemio.

ANDR. STIBORIVS, *Boius, compositit* opus vmbrarum *quinque libris, in quibus tradidit diuersas proiectionum speculationes & horologia noua cum variis sphæræ circulis ad diuersas eleuationes & superficies. Idem fecit librum* de variis horologiis viatoriis, *hue vt vocant*, Compassis; *libellum* de variis horologiis sphæricis, concauis, columnaribus, pyramidalibus, annularibus, *& alia multa.*

IO. STABIVS *scripsit* Horoscopium vniuersale lineis helicis, atque aliud lineis columnaribus; *item* modum faciendi horologium lunare, ad quamcunque eleuationem & superficiem in lineis helicis, *& alia plura.*

ORON-

Digitized by Google

ORONTIVS FINEVS *librum* de ſolaribus horologiis & quadrantibus *publicauit, ſed non per omnia probandum.* C. XXXVIII. Mechan.

PETRVS APIANVS *inſtrumentum inuenit, quod a figura* Folium populi *appellauit, quo per radios ſolis toto orbe horas cognoſcimus communes.*

SEBAST. MVNSTERVS Horologiam *edidit, altera editione auctiorem & emendatiorem.*

IO. DRYANDER de varia Horologiorum ſolarium compoſitione *ſcripſit.*

ROBERTVS RECORDVS *opus* de arte faciendi horologium *concinnauit.*

ANDR. SCHONERVS, *Ioannis F.* Gnomonica *edidit an. 1557.*

IO. PADVANVS, *Veronenſis, ſcripſit opus* de compoſitione & vſu multiformium horologiorum ſolarium, pro diuerſis mundi regionibus.

CHRISTOPHORVS CLAVIVS Gnomonices *libros VIII. item* fabricam & vſum inſtrumenti ad horologiorum deſcriptionem *reliquit.*

ALEXANDER FLORAVANTIVS *excogitauit* rete horarium, *vt ipſe vocat, ingenioſum plane & commodiſſimum inſtrumentum ad horologia in muris deſcribenda.*

IO. VOELLVS de Horologiis ſciathericis libros tres *in lucem emiſit.*

GEORGIVS SCHONBERGERVS.

Digitized by Google

CXXXVIII. Mechan. RVS S. I. *Demonſtrationem* edidit, *ac conſtructionem horologiorum nouorum, radio recto, refracto in aqua, reflexo in ſpeculo, ſolo magnete horas Aſtronomicas, Italicas, Babylonicas, indicante.*

§. 8.

*Auctores de ponderibus & menſuris ſupra iam ſunt recenſiti inter varia philologorum opera, quatenus ſcil. ad antiquitates ſpectant. Addi tamen iis hoc loco poſſunt ſequentes:*

QVINCTVS RHEMNIVS FANNIVS PALAEMON, *Vicentinus, qui Tiberii & Claudii tempore facile principem inter Grammaticos tenuit locum. Huius creditur* carmen de ponderibus & menſuris, *quod tamen alii codices aſſignant* Remo Fauino: *quidam etiam* Priſciani *Cæſarienſis eſſe voluit. Edidit illud* Elias Vinetus, *poſteaque in Epigrammatibus antiquis* Petr. Pithœus, *item cum* Corn. Celſo Rob. Conſtantinus.

PRISCIANI CAESARIENSIS *extat* de menſuris & ponderibus *liber, quem vna cum* Rhemnio *emiſit* Elias Vinetus.

ROGERVS BACONVS *inter alia librum ſcripſit* de ponderibus; de centris grauium; de practicis magiæ.

DINVS de GARBO, *Medicus*, librum de ponderibus & menſuris *edidit Venetiis.*

IORDANVS NEMORARIVS *concinnauit* de ponderibus propoſitiones XIII.

Digitized by Google

XIII. & harum demonſtrationes, rerumque multarum rationes. CXXXVIII. Mechan.

IO. MVLLERVS, *Regiomontanus*, de ponderibus & aquæductibus *Commentarium reliquit.*

HENR. GLAREANVS de menſuris & ponderibus *opus elaborauit.*

GEORG. AGRICOLA de menſuris ac ponderibus L. V. *emiſit.*

ANDR. ALCIATVS *edidit, præter alia, libellum* de ponderibus & menſuris.

## CAPVT XXXIX.

### DE SCRIPTORIBVS LOGICIS.

§. 1.

DE LOGICA legi debet *παιδείας* ergo GERH. IO. VOSSII libellus *de Natura & Conſtitutione Logices.*

§. 2.

Inter veteres ARISTOTELES reliquit plenum opus Logicum, cui nomen *Organi* inditum eſt, conſtans categoriis, de interpretatione, prioribus analyticis, poſterioribus analyticis, topicis & elenchis ſophiſticis. Huic operi præfixerunt *Porphyrii Iſagogen de quinque vocibus.* ARISTOTELES.

Extant in hoc opus etiam veterum Græcorum Commentaria, de quibus videndus *Voſſius.*

Præclare de hoc opere meritus eſt *Matthias*

Digitized by Google

C. XXXIX. Logic.

*thias Flacius*, Illyricus, & *Mich. Piccartus*, cuius *Isagoge* valde probatur. Extat & Commentarius eruditus & paraphrasticus *Ludouici Hauenreuteri*, qui nondum est editus.

§. 3.

Ceterum immensa extant volumina recentiorum, quibus enarrandis nihil attinet occupari. In transitu tantum facienda est mentio *Logicæ* IOACH. IVNGII, quæ vulgo *Logica Hamburgensis* dicitur; erudita sane, vt omnia sunt illius viri.

§. 4.

P. RAMVS.

Turbas in hanc disciplinam inuexit PETRVS RAMVS; vnde in scholis Germanicis longa certamina inter *Rameos* & *Aristotelicos*. Sed *Ramus* insignis quidem Mathematicus fuit: de cetero autem videtur peruersam ingenii gloriam nimis adamasse.

## CAPVT XL.

### DE SCRIPTORIBVS PHILOSOPHICIS

### I. *VETERES.*

§. 1.

ARISTOTELES.

PHILOSOPHORVM princeps est ARISTOTELES, editus a *Casaubono*, & *Aldo* Græce cum Operibus *Theophrasti*.

„Ex viris illustribus præsertim circa „hæc tempora (ante Chr. 324.) floruit „*Aristoteles*, portentum ingenii & Philo-

„sophiæ

Digitized by Google

„ſophiæ accurationis conditor nunc quo- Cap. XL.
„que habendus. *Hiſtoria Vniuerſalis ab* 1. Philoſoph.
*O. C. ætate V. p. 151.* Vet.

„Venimus ad *Ariſtotelem*, Stagiritam,
„ſectæPeripateticæ principem,cuius inge-
„nium & in tradenda philoſophia diſci-
„plinam merito totus orbis admiratur.
„Singillatim ſæpiſſime editi ſunt eius libri;
„coniunctim Græce ex Aldi officina Ve-
„netiis 1495. Græce cum præfatione *Eraſ-*
„*mi*, Baſileæ 1550. Cum Commentariis *A-*
„*uerrois* Græce & Latine Tomis XI. Vene-
„tiis 1560. Omnia opera Græce & Latine
„cum præfatione & caſtigatione *Iſ. Caſau-*
„*boni* Lugduni 1590. iterata hoc ſæculo
„editione. Græcos *Ariſtotelis* interpretes
„veteres recenſet peculiari catalogo, vt &
„*Platonis* interpretes *Labbeus*. Extat in
„editione Lugdunenſi Index auctorum,
„qui ſuis laboribus & lucubrationibus *Ari-*
„*ſtotelis* libros ac philoſophiam conati
„ſunt illuſtrare, opera *Paſchalis Galli*, Pi-
„ctonis. *De varia Ariſtotelis fortuna in*
„*Academia Pariſienſi* elegantem libellum
„ſcripſit *Io. Launoius*. *Paradoxicæ exer-*
„*citationes Gaſſendi aduerſus Ariſtoteleos*,
„licet non per omnia ſerio agant, legi ad
„iudicium informandum, ne plus vltra,
„aut citra eatur, merentur. Ad παιδείαν
„de *Ariſtotelis* operibus capeſſendam
„profuerit legere *Diſſertationem Dan.*
„*Heinſii in librum de Mundo*, qui vulgo
„tri-

Digitized by Google

Cap. XL. I. Philoſoph. Vet.

„tribuitur *Ariſtoteli. Comment. de Script. p. 27. ſq.*

PLATO.

Cui ſtatim adiungendus eſt PLATO; plerique enim Interpretes in vtrumque aliquid ſcripſerunt.

„Sæculo ante natum Chriſtum IV. oc„currit *Plato*, Philoſophorum princeps: „cuius quæ extant opera, prodierunt ex „Aldina editione Græca Venetiis 1513. Ea„dem Græce, cum Commentariis Græcis „*Procli* in *Timæum & Politica*, Baſileæ „1534. Græce & Latine ex interpretatio„ne *Serrani*, cum eiusdem & *Henr. Ste„phani* notis, Pariſ 1578. III. Tomis; &, „quæ emendatiſſima putatur editio Græ„co Latina, ex interpretatione *Marſilii „Ficini*, cum eiusdem Commentario Lug„duni 1590. Dicendi copia & grauitate „nemo illi ex Philoſophis omnibus com„parari poteſt. Sed huius laudis guſtum „non capiunt, qui verſiones tantum La„tinas conſectari coguntur. In moribus „& doctrina ciuili nihil non vidit & tra„ctando illuſtrauit. Etiam in naturæ ob„ſcuritate explicanda accuratus eſt: Dia„lectices, Rhetorices, aliarumque diſcipli„narum non expers. Quædam & falſo eius „operibus annumerantur. ------ Inter „Theologos magnum nactus eſt lauda„torem *Auguſtinum*. Iuris naturalis fon„tes, regulas, explicationes, nemo vberius „tradidit. Sed qui in rem præſentem de„du-

Digitized by Goog

„duceret & ad vſum transferret hanc ſa- Cap. XL.
„pientiæ partem ex omnibus *Platonis* o- t. Philoſoph.
„peribus, nondum repertus eſt. Nec eſt Vet.
„de nihilo querela de Platonicis Philoſo-
„phis & interpretibus illùm locum ita
„tractantibus, vt *Platonem* non patiantur
„iu luce ciuilium rerum ſpectari; ſed per
„tranſennam & obducta vmbra fere o-
„ſtendant. Placuit illi ſcribere Dialogos:
„quem morem etiam *Cicero* imitatus eſt in
„plerisque operibus philoſophicis & val-
„de probauit. *Comment. de Script. p. 16. ſqq.*

§. 2.

Interpretes eorum veteres in nulla Bibliotheca omnes, aut eorum omnia reperiuntur, quia plurimi adhuc typis vulgati non ſunt. In Bibliotheca tamen Reginæ Sueciæ omnes olim reperire licuit. Sunt autem illi veteres ſecundum ordinem alphabeticum diſpoſiti:

AENEAE, Platonici Chriſtiani, *Theophraſtus.*

ALEXANDER APHRODISIENSIS.

„*Alexandri Aphrodiſienſis* pleraque e-
„dita ſunt Florentiæ, Venetiis, Pariſiis &
„alibi Græce, & ſeorſum Latine. Vid.
„*Labbeus* de interpretibus Ariſtotelis.
*Comment. de Script. p. 66.*

AMMONIVS HERMEAS.

*Ariſtotelis* librorum VIII. Topicorum egregius eſt interpres Anonymus.



Digitized by Google

Cap. XL. 1. Philoſoph. Vet.

BLEMMIDAE extat *Compendium Logices Ariſtotelis* Græce & Latine Aug. Vindel. item *Compendium Phyſicæ Ariſtotelis* Græce & Latine Aug. Vindel.

CHALCIDIVS editus a *Meurſio*.

„*Chalcidii* Traductio & explanatio in „*Timæum Platonis* extat ex editione *Io.* „*Meurſii. Sæcula IV. p. 387.*

DAMASCIVS.

DEXIPPVS.

EVSTRATIVS.

GEMINVS.

GEORGIVS GEMISTVS PLETHO.

MICH. EPHESIVS.

NEMESIVS.

NVMENIVS.

OLYMPIODORVS.

GEORGIVS PACHYMERIVS. *Paraphraſtes Ethicorum Ariſtotelis*, quem aliqui *Andronicum* putant.

PHILOPONVS, ſ. *Io. Grammaticus*.

PROCLVS inter Commentatores *Platonis* præcipuus.

MICH. PSELLVS.

SIMPLICIVS.

SYRIANVS.

THEOD. METOCHITES.

THEODORVS PRODROMVS.

THEMISTIVS.

„*The-*

Digitized by Google

„*Themistii* opera in *Aristotelem* edita Cap. XL.
„sunt ab *Aldo*; Orationes a *Dionysio Pe-* I. Philosoph.
„*tauio*; sed earum *Augustales* cum Com- Vet.
„mentario a *Georg. Remo. Comment. de Script. p. 71.*

Recentiores Interpretes suo loco nominabuntur.

§. 3.

ADAMANTIVS, Sophista, editus Parisiis. ADAMANTIVS.

ALCINOVS ab *Heinsio* editus. ALCINOVS.

GREGORII ANEPONYMI *Syntagma Philosophiæ* elegans, Græco-Lat. Augustæ Vindel. editum. GREG. ANEPON.

„HERODES ATTICVS, cuius „eximia quædam *Gellius* nobis præ„sertim consignata reliquit. Nactus et„iam est nomen inter Oratores, cum aliis „ab *Aldo*, postea a *Grutero* editus. Fuit „homo grauissimus & doctissimus. *Sæcula IV. p. 172.*

MAXIMVS TYRIVS, Philoso- MAXIMVS
phus Platonicus eloquentissimus ab *Heinsio* TTRIVS.
editus.

„*Maximum Tyrium*, Platonicum, *Cos„mus Pactius*, Florentinus, primum La„tine reddidit; suis postea curis expoliuit „*Dan. Heinsius.* Floruit sub Commodo, „teste *Suida*, & sæculo secundo Romam „venit. Suauissima est eius eloquentia „& copiosissima, vt agnoscas esse Platoni„cum. Hinc illis legendus est, qui *Pla-*

Cap. XL. 1. Philoſoph. Vet.

„*tonem* intelligere volunt. Quæ enim „apud hunc *μυσικωτερα* traduntur, ipſe „planius explicauit. *Sæcula IV. p. 172.*

„*Maximus Tyrius*, Philoſophus Plato- „nicus, reliquit Diſſertationes morales, „quas Gr. & Lat. edidit *Dan. Heinſius* „Lugd. Bat. 1614. *Comment. de Script. p. 58.*

„Ad annum 1513. refertur in *Chronico* „*Chronicorum* mors *Coſmi Pactii* 9. April. „Florentiæ in Patria; qui *Maximum Ty-* „*rium*, Philoſophum Platonicum, Latine „interpretatus eſt, non admodum feliciter. „Vide *Henr. Stephani* Cenſuram in præ- „fatione editionis ſuæ an. 1557. factæ. *De rebus Sæc. XVI. p. 284. ſq.*

MERCVR. TRISMEG. MERCVRII TRISMEGISTI fragmenta Baſileæ edita ſunt.

PARMENIDES. PARMENIDIS Eleatæ Fragmenta Phyſiologica edita ab *Henr. Stephano.*

„PHAVORINI notitiam debemus „*A. Gellio*, qui ſæpe tota ex illo *ἀποσπασ-* „*ματια* citat; ſed & *Stobæus* huius gra- „uiſſimi Philoſophi meminit. Præſtan- „tiam eius indicant diſſertationes de ge- „nethliacis iudiciis & de nutritione infan- „tum. *Sæcula IV. p. 172.*

PLANVDES PLANVDIS Opuſcula Philoſophica.

PLOTINVS. PLOTINVS, Philoſophus Platonicus, *Enneades* elegantiſſimas ſcripſit, Baſileæ Græco-Latine editas.

„Philoſophorum primus hic (*Sæculo III.*)

Digitized by Google

„*III.*) occurrit *Plotinus*, cuius LIV. libri Cap. XL.
„in Enneades diuiſi ſuperſunt. Vitam I. Philoſoph.
„ſcripſit *Porphyrius*, quæ operi præfigi- Vet.
„tur. Doctiſſimus fuit inſtaurator Phi-
„loſophiæ Platonicæ. Aliquoties editus
„eſt. Præſtantiſſima editio eſt Baſileenſis
„cum verſione *Ficini*. Opus luculen-
„tum, ſtudioſis Platonicæ Philoſophiæ ca-
„rum. *Sæcula IV. p. 281. ſq.*

„*Plotinus*, Platonicus, Gr. & Lat. Baſileæ
„in fol. 1580. *Comment. de Script. p. 66.*

PORPHYRIVS, Philoſophus Py- PORPHYRIVS.
thagoreus, *Iſagogen in Ptolemæum* ſcripſit, editam Baſileæ; item de abſtinentia ab eſu animalium, quod opus in Anglia nuper editum eſt. Nota autem, *Pythagoram* non prohibuiſſe eſum animalium propter transmigrationem animæ, aut quod reuera ita ſentiret; ſed quod ſperaret, eo modo homines a luxuria facilius ſibi temperaturos eſſe.

„*Porphyrius Malchus*, Philoſophus, ſe-
„quitur, de quo abunde *L. Holſtenius* in
„Diſſ. *de vita & ſcriptis Porphyrii*, quæ
„ſubiicitur editioni Cantabrigienſi quo-
„rundam opuſculorum *Porphyrii*, anno
„1655. Hic præceptorem *Plotinum* ſu-
„perauit. Opera eius nunquam iunctim,
„ſed ſparſim ſunt edita; quorum erudi-
„tiſſimam recenſionem inſtituit *Lucas*
„*Holſtenius*. Scripſit aliquid ad *Ptolemæum*
„Mathematicum, cuius ipſe duo MSS.
„vidi, nondum autem publicatum eſt. De



Digitized by Google

Cap. XL. 1. Philoſoph. Vet.

„*Malcho* primus præclare meritus eſt *Rit-*
„*tershuſius*: poſtea *Holſtenius* quasdam la-
„cunas ſuppleuit. *Sæcula IV. p. 282.*

SALLVSTIVS, Philoſophus Græcus, *de Diis & mundo* eruditum opuſculum ſcripſit ab *Holſtenio* editum & Lugd. Batau. impreſſum.

SALLVSTIVS.

SEXTVS EMPIRICVS ſummæ eloquentiæ & infinitæ eruditionis Philoſophus, ſed ita difficilis, vt a nemine intelligi poſſit, niſi qui in Philoſophorum ſectis probe verſatus fuerit, atque *Diogenem Laertium*, *Eunapiumque Sardianum* de vitis Philoſophorum prius perlegerit. Scripſit autem aduerſus Mathematicos & de Philoſophis libros aliquot, diſputans ex Scepticorum ſententia, omnia incerta eſſe & in ſola opinione conſiſtere, idque argumentis & rationibus probans: non quidem vt ipſe hoc ſentiat, cum potius ſæpiſſime, ſe non ita ſentire, inculcet; ſed quod ex aliorum mente & ſententia diſputare ſibi propoſitum habeat, indeque etiam interdum contra dogmaticos ex ſententia Academicorum differat, & hoc ſolenne ſuum in tota Philoſophia ſua conſtanter ſeruet & retineat: Scopus eius optimus adeoque hic fuit, vt docti monerentur, non obuia ſtatim pro veris accipienda eſſe. Certe immerito hodie ab omnibus reprehenditur, cum tamen a pauciſſimis legatur. Edidit eum Stephanus Græce & Lat. fol.

SEXTVS EMPIRICVS

„Sub Antonino Pio claruit *Sextus Em-*
„*piri-*

Digitized by Google

„*piricus*. In operibus eius non est nu- Cap. XL.
„merandus liber *de Medicina Animalium*. I. Philosoph.
„Scripsit autem *Hypotheses Pyrrhonico-* Vet.
„*rum*, quæ ostendunt totum Scepticis-
„mum. Cum enim sententia *Pyrrhonis*
„multis videretur absurda, *Sextus* illud
„nobile opus edidit, in quo mentem il-
„lius Philosophi explicat. Extat & ali-
„ud eius opus decem libris constans *ad-*
„*uersus Mathematicos*. Qui titulus non
„intelligendus est, quasi Geometræ, Astro-
„nomi &c. notarentur; sed μαθηματικοὶ
„veteribus sunt illi, qui studiis quibuscun-
„que dant operam: hinc aduersus omni-
„um scientiarum sectatores disputat, con-
„tra Grammaticos, Rhetoricos, Dialecti-
„cos, Ethicos. Præclare de eo meriti
„sunt anno huius sæc. XXI. Geneuenses:
„nec enim adhuc melior editio prodiit.
„Parum secunda fama vulgo est apud
„scholas, quia doceat tantum dubitare,
„non autem dubitationes expedire; quin
„tollere eum omnia omnis eruditionis
„fundamenta confidenter asseritur. Sed
„reuera maxima hoc est iniuria: vnde
„nec semel indignatus fui, tam sero me ad
„eius lectionem accessisse propter eorum
„auctoritatem, qui iuuentuti eum non
„censent legendum; nullo id quidem iu-
„dicio. Certe tyronibus non est propo-
„nendus, sed qui perfecte linguam Græ-
„cam callent: priusque *Diogenes Laer-*

Cap. XL. I. Philoſoph. Vet.

„*tius* eſt euoluendus, nec minus *vitæ So-*
„*phiſtarum Philoſtrati, Eunapii*, &c. Hæc
„autem qui fecerit, tunc demum is pedum
„viam viderit; pauci alias eum pene-
„trant, paucique eius præſtantiam cogno-
„uerunt, vt ſemper inter reconditos au-
„ctores vulgoque ignotos habitus fuerit.
„Eloquentia eius eſt exquiſita, profluens
„& venuſta, ipſeque paſſim oſtendit, ſe
„eſſe peritum antiquitatis. Sed & cauſ-
„ſam iſtius ſcriptionis aperiemus. Vide-
„bat quoscunque Philoſophos nominari,
„qui oretenus tantum tales eſſent, nec
„prius animum artibus imbuiſſent, illos-
„que de quacunque re ſine præmiſſa con-
„ſideratione & examine pronunciare. Ad
„arguendum igitur hanc temeritatem in-
„duxit illam *ἀπορίαν σωκρατικὴν* & do-
„ctiſſimas vbique dubitationes propoſuit,
„vt nimirum Philoſophos moneret nihil
„pronunciandum eſſe, niſi dubia illa fue-
„rint remota prius. Ideo voluit potius
„acuere animos ad ſtudium ſolidioris
„Philoſophiæ, quam ab ea abducere.
„Vtinam vero illud quoque hodie in vſu
„eſſet, vt non tantum ab aliis tradita
„crederentur (quemadmodum multi e-
„leganter diſſerere poſſunt de rebus ali-
„quibus, quas ab aliis hauſerunt, rationes
„tamen, cur ita ſit ſentiendum, exponere
„nequeunt) ſed cauſſæ eorum compre-
„henderentur. Sic non tantum dicen-

dum

„dum eſt a ſtudioſo Theologiæ, hoc di- Cap. XL.
„ctum Biblicum ad confirmationem hu- 1. Philoſoph.
„ius vel illius articuli adhibitum eſt ab Vet.
„hoc vel illo Theologo, qui fuit ὀρθοδο-
„ξότατος, ſed neceſſe eſt etiam vt
„ipſe intelligat, cur adhibitum fuerit, &
„ quæ ſit eius conſequentia. Et hoc vo-
„luit magnus ille Theologus *Hulſeman-*
„*nus* in Breuiario ſuo; qui ſane magnam
„in illa re laudem meruit. Sed vt dixi-
„mus, opus *Sexti Empirici* auro eſt ma-
„gis aureum, ipſeque ſcriptor tanta anti-
„quitatis notitia pollet, vt multa nobis
„ignoranda ſint, absque hoc ſi eſſemus.
„Verum iſtiusmodi rerum ignaris eſt in-
„acceſſum. *Sæcula IV. p. 172. ſqq.*

„*Sextus Empiricus*, ſcriptor doctiſſi-
„mus, & Philoſophiæ veteri eiusque ſe-
„ctandis apprime neceſſarius. *Hen-*
„*ricus Stephanus* Latine vertit & Notas
„adiecit. Pariſ. & Antwerpiæ editus. No-
„bilior editio Geneuenſis Gr. Lat. fol. 1621.
*Comment. de Script. p. 58.*

## II. RECENTIORES.

### §. 4.

Philoſophorum iuniorum, qui de pluribus ſcientiis & diſciplinis tractarunt, notandi ſequentes:

ANTONII POSSEVINI *Apparatus ad Philoſophiam.*

*Turba Philoſophorum* II. Volum. Baſil.



Digitized by Google

Cap. XL. 2. Philoſoph. Recent.

HIERONYMI CARDANI Opera, & *Iulii Scaligeri* in *Subtilitates Cardani Exercitationes*. *Cardanus* admirandi ingenii & eruditionis vir erat, cuius opera in ſummo pretio habenda. Nec ſane idem ille *Iulius Scaliger* in *Exercitationibus* ſuis (pereximiis ſane alias) merito ſemper in eum inuehitur tam acriter, ſed ſæpe iniuriam illi facit; adeo, vt non inſcite nonnemo dixerit: *Scaligerum ibi tyrannidem in Cardanum exercuiſſe*. Vterque *Scaligerorum* Matheſeos imperitus fuit; cuius peritiſſimus erat *Cardanus*. *Thuanus* etiam iudicauerat in Commentario *de vita ſua*, *Cardani* eruditionem famam eius non æquaſſe: verum iam præoccupatus ſcilicet erat *Scaligeri* iudicio. Hoc quidem veriſſimum eſt, fuiſſe eum in conuerſatione ciuili rudem, ſuperſtitionibus obnoxium, impium, & Aſtrologiæ nimis deditum; de cetero vero eruditio eius plane fuit incomparabilis. Commentarium eius *de vita propria* edidit *Gabriel Naudæus*. Fama *Cardani* diu in obſcuro fuit, nunc autem iterum in Gallia maxime floret.

BESSARIONIS *Opera* Venetiis edita valde inſignia ſunt. Ex Græcis inſprimis auctoribus multa habet eruditiſſima.

IO. IOVIANI PONTANI ſumma eruditionis laude celeberrimi viri *Opera omnia*.

„An. 1505. obiit *Io. Iouianus Pontanus*,
„Vmber, anno ætatis 78. Vir citra contro-
„uerſiam doctiſſimus & inter Ciceronia-

„nos

„nos habitus. Vid. *Eraſmus* in *Cicero-* Cap. XL.
„*niano:* cui reſpondet pro *Pontano Flori-* 2. Philoſoph.
„*dus Sabinus Lect. Subſiciu. L. 3. c. 6.* Adde Recent.
„*Ger. Io. Voſſium de Hiſtoricis Lat. L. 3. c. 8.*
„Epitaphium ibi leges: Sum Ioannes Io-
„uianus Pontanus, quem amauerunt bo-
„næ Muſæ, ſuſpexerunt viri probi, hone-
„ſtauerunt Reges, Domini. Scis iam
„quis ſim, aut, qui potius fuerim. Ego
„vero te, hoſpes, noſcere in tenebris ne-
„queo: ſed teipſum vt noſcas, rogo. Vale.
*De rebus Sæc. XVI. p. 280.*

PICVS MIRANDVLA inter ſummos fuit Philoſophos. Eius *Strix* ſeu *de Veneficiis* liber a ICtis amatur, quem edidit *Weinrichius* in Sileſia, cum præfatione prolixa, cui inſerta eſt miſerabilis de ſpectro quodam hiſtoria ex actis decerpta.

§. 5.

MARSILII FICINI *Opera.* Is inſtaurator fuit Philoſophiæ Platonicæ, in qua etiam fuit probe verſatus, vt ex notis eius apparet. Ingenium eius inſigne eſt; eruditio vero non reſpondet; adeoque cum grano ſalis legendus eſt.

*Collegium Conimbricenſe*, & *Collegium Complutenſe* iam ſupra nominata ſunt.

AVGVSTINI NIPHI Theoretica omnia, & opuſcula moralia a *Gabr. Naudæo* edita in 4. Floruit hic *Niphus* ſuperiori ſæculo inter præcipuos Philoſophos in Italia. Opuſcula eius Theoretica eximia ſunt; moralia

Cap. XL. 2. Philoſoph. Recent.

moralia nullius fere momenti. Edita autem ſunt a *Naudæo* Pariſiis ſuaſu illuſtrium virorum, in *Puteani* muſeo, cum diu iam neglecta fuiſſent. Multis in rebus *Cardano* ſimilis eſt, ſed non ingenio. In libro *de Amore* ineptias multas habet & vitia puerilia iam ſenex prodit. Deſcribit autem fere amores ſuos, ſicut *Franc. Petrarcha* de Laura ſua. Stilus vero eius plus quam barbarus eſt.

„De aulicorum obſequio cum arte & „elegantia diſpenſari ſolito credimus exi„mia, quæ *Barclaius*, præter argumenta „*Argenidis*, in *Icone animorum* tradit. *Ca„ſtilionis Aulicus* in omnium manibus eſt. „Poſt hæc & talia monumenta neſcio an „ad ſubtilitatis aulicæ ſtudium aliquid „conferre poſſint *Auguſtini Niphi* libelli „*de Aulico viro & aulica muliere.* For„taſſe enim peritus lector animaduertet, „diligentia diſputationis, quam elegan„tia obſeruationis practicæ promtius eſſe „magni alias Philoſophi ingeniun *Diſſ. T. I. p. 493.*

PETRI RAMI, viri ingenii acerrimi, opera mathematica præcipue inſignia ſunt.

ANDREAE CAESALPINI omnia. Hic etiam maximis ingeniis annumerandus eſt; & theoretira eius opera in primis eximia.

CAE-

CAESARIS CREMONINI opera. Eſt inſignis admodum Philoſophus & primis iure accenſendus. Cap. XL. 2. Philoſoph. Recent.

ANTONII MONTECATINI opera non minus egregia ſunt.

§. 6.

IAC. SCHEGCKII omnia. Hic omnino præcipuus eſt omnium Germanorum Philoſophorum.

IAC. ZABARELLA inter theoreticos maximus eſt, *Schegckio* tamen inferior.

PETRI FONSECAE, Hiſpani, opera bona ſunt; ſed barbare admodum ſcripta.

PETRVS HVRTADVS de MENDOZA ſubtilis eſt Philoſophus, ſed ſuperioribus illis impar.

IO. BAPT. BERNARDI *Seminarium totius Philoſophiæ.*

IO. CRASSOTII *Inſtitutiones in vniuerſam Ariſtotelis Philoſophiam.*

ANT. RVVIO propter curioſiſſimas quæſtiones alibi, vt Wittebergæ, maxime in deliciis habitus fuit; ſed Helmſtadienſes, hic prudentiores ceteris, in ſua Academia eum non tolerarunt.

DIDACVS MASIVS *in vniuerſam Ariſtotelis Philoſophiam* multis etiam gratus eſt.

FELICIS ACCORAMBONI in omnia Ariſtotelis opera Commentarius inter recentiores haud omnino ſpernendus.

IV.

Digitized by Google

Cap. XL. 2. Philoſoph. Recent.

IVLII PACII *Doctrina Peripatetica*, vt omnia eius viri, elegantiſſima eſt.

RVDOLPHI SNELLII Opera. Hic etiam inter ſubtiliſſima ingenia eſt, quæ in Phyſicis & Methaphyſicis aliquid præſtiterunt.

MARCI de los HVERTOS Opera.

THOMAS CAMPANELLA in ſuis operibus philoſophicis ſingulares opiniones fouet: ingenium eius etiam vagum eſt.

„*Rationem ſtatus* oſtentant, & nomina „magnificam ſpeciem habentia: ipſa quo„que ſanctiſſima Dei maieſtas tanquam in„uitans ad talia, & ius dominandi in o„mnes, quos regnandi cupidis barbaros li„bet vocare, largiens, impia pietate præ„texitur. Qualibus laruis *Thomas* illo „*Campanella*, nouæ religionis, vt iactitat, „repertor, reuera autem ad Callicratis „inſtar (apud *Cornel. Nepotem*) homo „callidus & ad *fraudem acutus*, *ſine* „*vlla religione ac fide*, publicis iudiciis vo„luit imponere. Cum enim vidiſſet „*Machiauellum* ob vafra & improba „eiusmodi conſilia apud plerosque „vapulare, ipſe veluti mangonio quo„dam adornata, quæ *Machiauellus* „nuda protulerat, ita denuo in theatrum „induxit, vt & reprehenderet ſubinde *Ma„chiauellum*, & *Machiauelli* tamen placita „ſedulo ſub diuerſis nominibus teneret.

*Dion. 6 8.*

*Com-*

*Comment in primordia Annal. Taciti p. m. 101.*

Cap. XL. 2. Philoſoph. Recent.

FRANC. IACQVETI Opera Philoſophica.

BERNH. LAVINHETTAE Opera.

SEBAST. FOXII opera eximia ſunt.

CAR. FRANC. ABRAE de RACONIS Philoſophia.

§. 7.

RVDOLPHI GOCLENII omnia. Fuit hic Profeſſor Marpurgenſis inſignis Philoſophus, cuius ſingulare & incomparabile dicendi ac explicandi donum fuit.

IAC. MARTINI omnia. In eo etiam facilitas magna eſt; ſed minus ſolide in rebus verſatur, quam *Goclenius*. Fuit alias ſatis diligens ac eruditus.

SYMPHORIANVS CAMPEGIVS non magni æſtimandus.

ANT. ZIMARAE opera. Scripſit Commentarium in Politicam Ariſtotelis, ineptiſſimum & ſine maximo tædio non legendum.

FRANCISCVS BACO de VERVLAMIO in multis lapſus eſt.

KECKERMANNI opera præter methodum pauca in ſe habent ſolidioris doctrinæ.

„HIERON. GEMVSAEVS, „Mulhuſinus Alſatus, Medicus & Philo„ſophus præſtantiſſimus. *De rebus Sæc. XVI. p. 453.*

COR-

Digitized by Google

Cap. XL. a Philoſoph. Recent.

CORNELII AGRIPPAE Opera. Hic optimo ingenio peſſime vſus eſt. Multa in eius operibus habentur myſteria phyſica; ſed plerumque temerarius nimis & profanus eſt, ac cum curioſis artibus nimis curioſe agit. In opere *de Vanitate Scientiarum* ad ſatyram prope accedit. Literis alias eum probe imbutum fuiſſe, ex eius operibus conſtat. Interim tamen plurimos ſeduxit & argumenta eis ad oppugnanda ſtudia ſuppeditauit.

IO. BAPT. PORTA, Neapolitanus, eruditus vir, in *Magia* ſua *naturali* egregia multa habet, præſertim in mechanicis.

FRANC. PATRICII *Diſcuſſiones Peripateticæ* admiratione peregrinitatis diu magni habitæ, ſed reuera parum ſolidæ ſunt.

TIMPLERVS elegans ſatis Philoſophus eſt, vt & FRID. TILEMANNVS; nec minus CONRADVS HORNEIVS.

§. 8.

LOBKOWITZIVS dum veteres non legit, nouatorem in Philoſophia egit.

Item HOBBES, Anglus, & RENATVS des CARTES, quorum iam ſupra mentio facta.

HENRICI ALSTEDII *Encyclopædia* florilegium eſt per omnes Philoſophiæ partes certe non inelegans; ſed perfecta ibi omnia eſſe impoſſibile eſt.

CASP. PEVCERVS maximus omnino

Cap. XL. 2. Philoſoph. Recent.

no vir, cuius eruditio ex omnibus operibus facile apparet. Inſignia aliquot opera philoſophica ſcripſit.

OTTONIS HEVRNII *Antiquitates Barbaricæ Philoſophiæ*, opuſculum perelegans, quod ab illis legi deberet, qui multum temporis in legenda hiſtoria philoſophica veterum impendere nequeunt.

NIC. HILL *Philoſophia Epicurea, Democratica, Theophraſtica.*

IO. IESSENII *Zoroaſter.*

GREGORII THOLOSANI *Syntaxis orbis mirabilis* in generalibus tantum occupatur.

ALEXANDRI ACHILLINI *Opera.*

GEMMAE FRISII opera bona ſunt.

RAIMVNDI LVLLII Opera: eruditi alias viri; ſed qui ſuæ methodo & arti memoriæ plus tribuit, quam par eſt; & IVLII PACII *Ars Lulliana emendata;* item VALERII de VALERIIS Opus de arte Lulliana.

„*Raymundi Lullii* opera in alias linguas transfuſa. De Philoſophia eius vid. *Georg. Hornius* in Hiſtoria Philoſophica. *Comment. de Script. p. 101.*

GILBERTI COGNATI opera eximia ſunt.

FORTVNII LICETI omnia maximi habenda. Inter opera eius ſubtiliſſimum illud



Digitized by Google

Cap. XL. 2. Philoſoph. Recent.

illud eſt, *de ſpontaneo ortu viuentium* & *de intellectu agente*; ſpecioſa admodum & difficili materia. In opere *de Lucernis* & in alio *de Annulis veterum* multas habet ſpeculationes phyſicas. Scripſit etiam opuſculum *de pietate Ariſtotelis erga Deum vel homines*, in quo aſſerit, eum potuiſſe propter virtutes ſuas ſaluari: item *de Traiano Imperatore.*

## CAPVT XLI.

### DE SCRIPTORIBVS PHYSICIS.

§. 1

ARISTOTELES.

COmplura ſunt ARISTOTELIS opera ad PHYSICAM pertinentia: ſed in hac ſcientia ſæpius lapſus eſt; præſertim in meteorologicis. Et ſane hodie conſtat, Phyſicam ſpecialem parum feliciter tractari ſine accurata cognitione Matheſeos.

„In Phyſicis (*Ariſtotelis*) quin merito „emendauerint multa, qui cum naturali „philoſophia experimenta mathematica „coniunxerunt, negari nequit, *Comment de Script. p. 28.*

NIC. BLEMMIDAS.

Vt quis Phyſicam Ariſtotelicam in compendio habeat legere poteſt NICEPHORI BLEMMIDAE *Epitomen Phyſicam*, quam *Io. Wegelinus* Latine vertit. Vtraque lingua edita eſt Auguſtæ Vindelicorum.

§. 2.

THEOPHRASTVS

THEOPHRASTI, Philoſophi celeberrimi & Ariſtotelis diſcipuli *Opera* edidit *Dan. Hein-*

Digitized by Google

*Heinſius*. Eiusdem de *Plantis & cauſſis plantarum* opus editum eſt cum Commentario, Amſtel. Cap. XLI. Script. Phyſ.

§. 3.

OCELLVS LVCANVS, vetuſtiſſimus ſcriptor, partem phyſicam & partem moralem expoſuit, auctoritasque eius non eſt modica. Summam Phyſicæ breuiſſime deſignat: recuſus nuper Græco-Lat. Lugd. Bat. in 4. OCELLVS. LVCANVS.

§. 4.

At ampliores diſputationes phyſicæ apud PLATONEM & Platonicos; apud PLVTARCHVM, SEXTVM EMPIRICVM, CICERONEM *de Natura Deorum & de Diuinatione*; SENECAM in *Quæſtionibus* aliosque leguntur.

„Phyſica (*Cicero*) in libris *de Natura „Deorum & de Diuinutione* & in *Somnio „Scipionis* luculente attigit. *Comment. de Script. p. 42.*

§. 5.

PLINII *Hiſtoria Naturalis* ad Hiſtoriam quoque referenda propter numerum ingentem hiſtoriarum veterum, quæ in eo opere reperiuntur; licet proprie pragmaticam hiſtoriam non ſcripſerit. Fuit admirandi ingenii homo: verum opera eius, quod dolendum, omnium veterum maxime corrupta ad nos peruenerunt. Inter eius editiones *Dalechampii* optima eſt. PLINIVS.



Digitized by Google

Cap. XLI. Script. Phyſ.

„*Plinii Hiſtoria Naturalis* itidem grauitate ſtili eximia notabilis, quæque non niſi ab eruditis intelligi poteſt. *Diſſ. T. II. p. 541.*

„*Plinius maior*, Veronenſis, *Hiſtoriæ Naturalis* ſcriptor, Neronis ævo clarescere cœpit; ſed in primis ſub Veſpaſiano & Tito. Videnda aurea epiſtola *Plinii* iunioris L. III. ep. 5. de eius exitu & operibus. Vide *Voſſium* de Hiſtor. Lat. Lib. I. c. 30. Multum hic ſcriptor paſſus eſt iniuria temporum, quæ plurima nobis inuidit ex illa Hiſtoria. Deinde non potuit non vitioſiſſime deſcribi propter rerum varietatem infinitam & nominum ignotiſſimorum copiam: hinc hactenus ſemper inacceſſus fere fuit. *Dalechampius* in hunc diem ſolus videri poteſt bene de eo meruiſſe. Fecit is, quantum ingenium & tempora patiebantur: poſtea multi viri docti aggredi voluerunt *Plinium*, ſed magnitudine operis aliorumque ſubſidiorum inopia impediti deſtiterunt. *Salmaſius* ſe hoc facturum promiſit, vt non ſemel ex ipſo audiui & certe *Exercitationes* eius *in Solinum*, *Plinii* ſimiam, oſtendunt, diligentiſſimum ipſum fuiſſe eius lectorem. Hinc & non ſemel eum gratulantem audiui, multos forſan quædam in ſtilo ſuo tanquam illatina traducturos, quæ ex *Plinio*, ſcriptore aliis parum trito, ſumſerit.

Digitized by Google

„rit. Sed mortuus poſtea eſt *Salmaſius*. Cap. XLI.
„Maligniſſimum de incomparabili ſcri- Script. Phyſ.
„ptore ferri ſolet iudicium in Gymnaſiis,
„præſertim ab imperitis doctoribus, qui
„eum iuuentuti nunquam viſum inuiſum
„reddunt, quem nec ipſi legerunt, nec v-
„num caput in eo intellexerunt, quaſi *Pli-*
„*nius* ſit *pater omnium fabularum & men-*
„*daciorum*, propterea, quod multis herbis
„& plantis quandam vim adſcribit, quæ
„hodie in iis non deprehendatur: quaſi ve-
„ro nomina plantarum non varie fuerint
„immutata ac vnius eiusdemque ſpeciei
„plantæ in diuerſis regionibus id non præ-
„ſtent; quod & medici doctiſſimi hodie
„agnoſcunt. In *Plinii* Præfationibus,
„præterquam quod totum opus eſt in-
„comparabilis theſaurus & integra biblio-
„theca, perfectum oratorem agnoſcimus;
„philoſophum in toto opere, antiquitatis
„in primis peritum. Nemo certe reper-
„tus eſt, qui in oceanum illum tantopere
„ſe immerſerit. Quid mihi acciderit cum
„hoc auctore, non diſſimulabo, quod
„nec alias facere ſoleo, vt alii commone-
„antur. Cum in iuuentute audiſſem hunc
„ſcriptorem tantopere proſcindi, minus
„quoque eidem fauebam; ſed poſtquam
„accuratius eum legere cœpi, admiratio
„ipſius me ſemper ſubiit. *Sæcula IV. p. 80. ſq.*

„*Plinii Secundi Hiſtoria naturalis*
„olim a *Dalechampio*, nuper a *Gronouio*

Cap. XLI. Script. Phyſ.

„eruditis notis illuſtrata eſt. Omnis eru-
„ditionis penu in hoc ſcriptore. *Com-
ment. de Script. p. 55.*

„SOLINVS incerti ævi eſt. Pro-
„poſitum fuit *Solino* tractare variam eru-
„ditionem, quam Græci *Φιλολογίαν* vo-
„cant; ſed præcipue ſibi imitandum, vel
„deſcribendum ſumſit *Plinium. Solini*
„ſtilus quidem Pliniano eſt impolitior, &
„habet aliquid obſcuritatis ac affectatio-
„nis; laus autem eruditionis ei non eſt adi-
„menda. Præclare poſt *Ioach. Vadia-
„num* de eo meritus eſt *Cl. Salmaſius* in
„vaſto opere *exercitationum Plinianarum
„in Solinum*, quem ea de cauſſa, cum ex
„Gallia Leidam veniſſet, *Petrus Scriue-
„rius*, doctiſſimus Belga, cui parem Ba-
„tauia hodie non habet, hac gratulatione
„excepit: *Salue ſal & ſol Solini*, ad vtri-
„usque nomen alludens; hic enim adeo
„correctum & immutatum dedit *Soli-
„num*, vt alius ſcriptor eſſe videatur.
„Quod quidam docti probare nequeunt;
„fuit enim *Salmaſius* in reformandis & re-
„fingendis ſcriptoribus confidentior, &,
„vt verum dicam, audacior. Interim
„tamen eruditiſſimum ſcriptum eſt. *Sæ-
cula IV. p. 160.*

§. 6.

In primis totam Phyſicam etiam exhibet poeta LVCRETIVS, ſed ad hypotheſin Philoſophiæ Epicureæ, quam omnem lucu-

LVCRETIVS.

lento

lento opere explicauit *Petrus Gaſſendus*; vbi plurima, præſertim experimenta phyſica, attulit. Cap. XLI. Script. Phyſ.

„*Petri Gaſſendi* phyſicum opus admi„rabile, propter experimenta in primis; „& *Athanaſii Kircheri* opus phyſicum lau„de dignum. *Diſs. ad Lipſii Polit. p. 97.*

§. 7.

Huius eruditioni & induſtriæ conferri debent *Cogitata Phyſico-Mathematica* MERSENNI.

Etiam CLAVDII BERIGARDI *Circuli Piſani* in phyſicis valde probantur.

Compendium eligi poteſt SENNERTI aut BARTHOLINI.

§. 8.

Cum autem ampliſſime hæc pateat diſciplina ſingulæ partes ſuos habent peculiares ſcriptores, quorum etiam alia occaſione mentio fieri poteſt.

Multas præſertim huius ſtudii partes præclare illuſtrauit GALENVS.

„Progrediemur ad ſtudium Phyſices, „ſiue ad cognitionem naturæ: magnopere enim iuuerit ſcire

*- - magni primordia mundi,*
„*Et rerum cauſſas, & quid Natura - -*
„*Quid Deus, unde niues, quæ fulminis*
„*eſſet origo:*



Digitized by Google

Cap. XLI. Script. Phyſ.

„*Iuppiter, an venti diſcuſſa nube tona-*
„*rent.*
„*Quid quateret terras, qua ſidera le-*
„*gemearent,*
„*Et quodcunque latet.*

„Tractatur autem ſtudium phyſicum „partim mythologice, in fabulis Poeta„rum, cuius poſt ceteros accuratiſſimam „explicationem dedit GER. IO. VOS„SIVS in opere *Theologiæ Gentilis ſiue „Phyſiologiæ Chriſtianæ.* Sciendum au„tem eſt, *Voſſii* in hoc opere vniuerſæ Phy„ſicæ ſtudium mirifice iuuari. Nam quæ „NATALIS COMES in *Mythologiæ* „ſua tradidit, nec ſcopo, nec perfectione „cum Voſſianis curis comparari poſſunt. „Partim hiſtorice: ſicut e.g. ex veteribus „*Hiſtoriam Naturalem* admirandi operis „ſcripſit *Plinius.* E recentioribus au„tem alius Hiſtoriam Plantarum, (quam „e veteribus *Theophraſtus* quoque edidit) „alius hiſtoriam animalium, alius hiſto„riam gemmarum & lapidum deſcripſit. „Partim philoſophice, vt ſpecialiter ſic „loquamur; ſicut e. g. libri Phyſici *Ariſto„telis* extant, quos in compendium con„traxit *Nicephorus Blemmidas.* E recen„tioribus commendatur Phyſica TIM„PLERI, HAVENREVTERI, *Bar„tholini* maior, MAGIRI, (qui *Ariſto„telis* textus reſoluit & interpretatur) *Sen„nerti* & aliorum. Nobis illud potiſſi-

mum

„mum hic monendum eſt, ſtudium phy
„ſicum aliter tractari debere ab eo, qu
„ad Medicinam, aut Theologiam potiſſi-
„mum adhibere eam cognitionem cupit,
„aliter a ſtudioſo Politices. Nam ad pri-
„orum illorum ſtudia præſertim faciunt
„variæ illæ & difficiles diſputationes de
„principiis corporum naturalium & af-
„fectionibus, de materia, de forma, de
„formarum & præſertim animæ rationa-
„lis origine, de motu, de loco, de tem-
„pore, de elementis, de mixtione, quæque
„ſunt eius generis alia. At qui vitæ ci-
„uili ſua ſtudia accommodat, magis par-
„tem ſtudii phyſici hiſtoricam amplecti-
„tur, & præcepta totius ſcientiæ, quan-
„tum ſatis, cognoſcit. Non omiſerim
„monere, plurimam profundiſſimam-
„que naturæ ſubtilitatem, adeoque
„phyſices cognitionem e ſacris literis
„hauriri poſſe. Intendit digitum ad
„eam rem VALESIVS in *Philoſo-*
„*phia ſacra*, & nonnulli Scripturarum
„interpretes. Partem Phyſices meteo-
„rologicam plurima habere incerta,
„parumque explorata, certiſſimum eſt.
„Poſſunt exempli loco eſſe, quæ non-
„nulli tradidere de fulminibus, itemque
„de cometis, de quorum origine nemo
„tam ineptus eſt hodie, qui cum veteribus
„& plerisque recentiorum ſentiat. Pars,
„quæ de homine eiusque corpore tractat,

Cap. XLI. Script. Phyſ.

„non tantum diligentius tradita habe-
„tur apud Medicos & Anatomicos: (po-
„teſt compendii vicem præſtare BAR-
„THOLINI *Anatomia*) ſed me-
„retur etiam nominatim commendari
„elegantiſſimus LACTANTII li-
„bellus *de Opificio Dei.* Sicut & de ce-
„tero, præſertim in deſcriptione mundi
„& plurimarum creaturarum eximiam
„præſtiterunt operam S. Patres Græ-
„ci Latinique, qui primum caput Ge-
„neſeos & hiſtoriam creationis ſuis
„commentariis explicant. Oppleuerunt
„hoc ſtudium multi curioſis tractatio-
„nibus, CORNELIVS AGRIPPA,
„ROBERTVS de FLVCTIBVS,
„& THEOPHRASTVS PARA-
„CELSVS; cuius opera ſub ſpecie
„naturalium diſputationum abundant
„magicis & impiis traditionibus. Sicut
„& ceteri, quos modo diximus, ma-
„gna cautione ac induſtria ſeligendi
„bonum a malo tractari debent. Suf-
„fecerit enim inſpicere talia, non per-
„diſcere. *Diſſ. T. III. p. 494. ſq.*

CAPVT.

Digitized by Google

Cap. XLII. Script. Metaphyſ.

# CAPVT XLII.

## DE SCRIPTORIBVS METAPHYSICIS.

### §. 1.

ARISTOTELES.

NOn aliud opus ARISTOTELIS minus compoſitum, ordinatumque æſtimatur, quam METAPHYSICORVM. Eſſe autem Metaphyſicam neceſſariam, notius eſt, quam vt probari debeat. Fecit tamen abuſus, & ſpinoſa tractandi ratio, quæ Scholaſticis placuit, vt apud multos in inuidiam & odium venerit. Sed abuſus diſciplinarum non debet verti in iniuriam ipſarum.

### §. 2.

Quantus in Theologia eius ſit vſus notum & clarum eſt. In Iurisprudentia docuit ſuo exemplo *Bachouius*; qui cum pridem fuiſſet magnus ICtus, poſtea tamen cum Metaphyſicam adiecciſſet ſuæ eruditioni, longe melius potuit explicare quæ ardua aut profunda erant. *Hugo Grotius* cum adiecciſſet animum ad explicandum Ius Naturæ & Gentium, per ſingulas partes vidit, ſe non poſſe ſatis ſubtiliter in hoc argumento verſari, niſi Metaphyſicæ ope adiuuaretur. Igitur, quam antea non magni fecerat, condiſcendam ſibi exiſtimauit, elegitque ducem DOMINICVM SOTVM ad reliqua Scholaſticorum opera, quibus Metaphyſica valde exculta fuit.

„Me-

Digitized by Google

Cap. XLII. Script. Metaphyſ.

„Metaphyſicam homini politico ſuffe-
„cerit eatenus attigiſſe, vt terminos arti-
„um & diſciplinarum, itemque diſtin-
„guendi atque explicandi ſubſidia, quoties
„adhibentur, non ignoret. Sicut eius rei
„ſpecimen grauiſſimum dedit *Hugo Gro-*
„*tius* in opere *de Iure belli & pacis*. Pro-
„fueritque cumprimis talia per viam
„compendiariam ex ore idonei magiſtri
„percipere. *Diſſ. T. III. p. 496.*

§. 3.

Si hodie de compendio quærimus, dolendum eſt, non poſſe nominari, quo aliquis merito acquieſcat. CORNELII MARTINI *Metaphyſica* erudita eſt haud dubie, ſed ſubobſcura.

SCHARFFII *Metaphyſicam exemplarem* opinio vulgi potius, quam ratio celebrem fecit.

STAHLII & SLEVOGTII in hoc genere ſcripta eximie laudari merentur.

## CAPVT XLIII.

### DE SCRIPTORIBVS ETHICIS.

§. 1.

ARiſtotcli tota PHILOSOPHIA PRACTICA vocatur nomine τῆς πολιτικῆς ſiue Ciuilis doctrinæ. Vulgo diuidunt in ETHICAM, POLITICAM, & OECONOMICAM.

„In S. literis, quæ ad omnem Philoſo-
„phi-

Digitized by Google

„phiam practicam per modum cohorta- Cap. XLIII.
„tionis aut characteris tradi possunt, abun- Script. Ethi-
„de continentur. In profanis literis an- ci.
„tiquissima Poetarum sors est. *Pytha-*
„*goræ, Socratis, Aristotelis* labores in hoc
„genere. Stoici volunt in parte parænе-
„tica præcellere; neque denegatur ipsis
„magnificentia sententiarum & vis co-
„hortandi. De cetero, peccant cauilla-
„tione vocabulorum, arrogantia & affe-
„ctatione perfectionis maioris, quam ma-
„teria capit; erroribus quibusdam. Lapsus
„inter iuniores *Lipsius* in hoc genere. *Li-*
*ber memor. Ethicus p. 494.*

§. 2.

Et in his ETHICIS quidem habemus perfectum opus ARISTOTELIS, libris X. comprehensum, quod *Nicomachica* vocatur; in quæ extant doctissimi Commentarii Græci *Aspasii, Eustratii, Mich. Ephesii*, qui in editione Veneta iunctim exhibentur; *Ephesius* quidem in quintum Ethicorum, *Eustratius* in plures, *Aspasius* in aliquos libros. Sed & *Andronicus Rhodius* doctissimam Paraphrasin Græcam in totum opus scripsit, quem *Dan. Heinsius* edidit & Latine conuertit. Ex iunioribus præclare de hoc opere sunt meriti *Petrus Victorius* & *Ioach. Camerarius* editis Commentariis. ARISTOTELES.

„In practicis *Ethica* quidem *Nicoma-*
„*chica* concinni, perfectique operis lau-
„dem merentur; non si demonstrationum

„accu-

Digitized by Google

Cap. XLIII. Script. Ethici.

„accuratiores rationes quis desideret, sed „ad popularem loquendi sentiendique „consuetudinem omnia referendo, cui „congruere existimauit debere hoc do„ctrinæ genus, *Comment. de Script. p. 28.*

„Reuera in opere Ethico, quod vix pa„tiuntur vulgo sibi persuaderi, omnia ad „rempublicam *Aristoteles* retulit: adeo„que eum ordinem seruauit virtutum, „quem respublica postulat. *Liber memor. Ethicus p. 517.*

„In hunc locum (de virtute) tota virtu„tis explicatio conuenit, qualem *Aristote„les* in Ethicis Nicomachicis præcipue tra„didit. Falluntur enim, vt alias dictum „est, qui putant, *Aristoteli* propositum fu„isse, hominem priuatum, non ciuem ibi „informare. *Instit. Polit. p. 220.*

„Felicitatem autem illam, qui recte ad „mentem *Aristotelis* cupiat cognoscere, ei „ante omnia ad Ethica eiusdem redeun„dum est: vbi non priuatum hominem, „vt multi putant, sed ad ciuitatem instru„xit; felicitatemque non aliam, quam, „quæ vniuersitati ciuium non minus con„ueniret, quam singulis, tractauit. Hinc „est, quod toties in Politicis repetit, ciui„tatem & singulos, eodem modo felicita„te, & eadem vti potirique. Videantur „notabilia loca III. polit. 4. IV. polit. 11. „VII. polit. 2. & 3. & 13. Hinc est etiam, „quod felicitas ciuitatis non minus hone-

„state

Digitized by Google

„ſtate quam vſu & commoditate ſiue ſuf- Cap. XLIII.
„ficientia rerum neceſſariarum definitur Script. Ethi-
„a Philoſopho æſtimaturque. *Ibid. p. 82.* ci.

„In Syſtematicis ſcriptoribus primus „nominandus *Ariſtoteles*, qui libros X. „*Nicomachicorum* ſcripſit, opus perfectiſ- „ſimum. Scripſit etiam *magna moralia*; „ſed hæc partes tantum tractant. Inter „interpretes *Ethicorum Andronicus Rho- „dius* excellit. Ceteri interpretes, *Eu- „ſtratius*, *Michael Epheſius*, & *Aſpaſius* in „Aldina editione ſunt coniuncti Et hi „ſunt interpretes antiqui. Ex recentiori- „bus præclare meriti de Ethicis *Ariſtotelis* „*Ioach. Camerarius*; poſt illum *Petrus* „*Victorius. Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 84.*

„*Grotius Ariſtotelis* in hoc genere prin- „cipatum examinat (in opere de I.B.& P.) „Grauius ille quidem, quam *Antonius* „*Quærengus* in *lectionibus Ethicis*, qui lu- „dere, non iudicare videtur, quoties *Ari- „ſtoteli* contradicit. Non tamen ſunt „nulla, quæ pro *Ariſtotele* dici poſſunt in „explicanda virtutis natura; ſiue potius, „quæ pro ſe ipſe *Ariſtoteles* dixit, ſi in „promtu ſint iudicaturo, quæcunque in o- „pere Ethico de ratione inſtituti ſui pas- „ſim ſubmonuit. Neque tamen inuidia „hinc eſt facienda *Grotio*, quæſtionem „antiquitus motam ſuo quodam iudicio „proſequenti. Verum iſta alterius loci „ſunt. Videtur *Grotius* ad huius operis

„vſum

Cap. XLIII. Script. Ethici.

„vſum in primis legiſſe librum V. *Ethico-*
„*rum Nicomachicorum*, eiusque interpre-
„tem doctiſſimum *Michaelem Epheſium:*
„cuius etiam locos quosdam Latine con-
„uertit. Et ſane ille liber multa & re-
„condita, & huic argumento propria con-
„tinet, a nemine prorſus & accurate ex-
„plicata. Quamquam & ex ceteris libris
„eorumque interpretibus, *Euſtratio, Aſpa-*
„*ſio*, tum *Andronico* (ſiue aliud nomen eſt
„eius, quem *Daniel Heinſius* edidit, & re-
„peri in MSC. quodam *Catecuuii*, corru-
„ptum quidem, ſed vnde dubitatum de
„auctore conſtat, vocabulum) plane exi-
„mia ad illuſtrandam hanc materiam peti
„poſſunt. *Præfatio ad Commentat. in Gro-*
*tium de I. B. & P. p. 11. ſq.*

Extant & alia duo opera *Ariſtotelis, Ende-*
*mia & Magna moralia.*

§. 3.

THEOPHRASTVS.

Extat & aureus libellus THEOPHRASTI illius, qui *Ariſtoteli* ſucceſſit, quem nonagenarius ſcripſit ſub titulo, *Characteres Ethici.* Sed quid dixi extare? fragmenta pereximii & vtiliſſimi operis pauca extant, quæ Latine vertit, & luculento commentario illuſtrauit *Iſaacus Caſaubonus.*

„*Theophraſtus* ſuos characteres ita or-
„dinauit, vt præmiſſa breui deſcriptione
„vitii, de quo agitur, ſubiungantur ſelecta
„atque ex communi vſu ſenſuque petita
„actionum & ſtudiorum ſpecimina, qui-
„bus

„bus tanquam breuibus & euidentibus no- Cap. XLIII.
„tis deſignetur vitii ac vitioſi hominis in- Script. Ethi-
„doles. Qua in re ſectatus eſt *Theophra-* ci.
„*ſtus* magnam tractationis ſimplicitatem
„& facilitatem, ſed cum tanto iudicio &
„delectus prudentia, vt mirari facilius ſit,
„quam imitari. *Diſſ. T. I. p. 408.*

„In ſucceſſione Philoſophorum, vt
„Græci loquuntur, *Ariſtotelem* excipit
„*Theophraſtus*; cuius de ſcriptis elegan-
„tem libellum emiſit *Io. Meurſius*. Quæ
„autem extant, ſæpius per partes ſeorſum
„edita ſunt; præſertim fragmentum *Cha-*
„*racterum Ethicorum Caſauboni* potiſſi-
„mum opera illuſtratum: coniunctim
„Græce tantum, cum præfatione *Ioach.*
„*Camerarii* Baſileæ 1534. Græce & Latine,
„interpretibus *Daniele Furlano* & *Adr:*
„*Turnebo*, Hanouiæ 1643. Et ex recen-
„ſione *Dan. Heinſii* 1613. Magnus ſcriptor,
„& in venuſta eloquentiæ forma minime
„oſtentator. *Comment. de Scr. p. 29. ſq.*

§. 4.

Τόπον ἠθικὸν diligenter excoluerunt Stoi- EPICTE-
ci, e. g. EPICTETVS in *Enchiridio* ſeu TVS.
ſumma Philoſophiæ Stoicæ, & ARRIA- ARRIA-
NVS in iſtud Enchiridion a *Politiano* Lati- NVS.
ne verſus, itemque SIMPLICIVS. *Ar-* SIMPLI-
*riani Diſſertationes in Epictetum* eruditiſſi- CIVS.
mæ in Anglia editæ nuper ſunt. Eiusdem
fragmenta *de Venatione* edidit Pariſiis *Holſte-*

Cap. XLIII. Script. Ethici.

*nius: ſimplicius in Epictetum*, cum Commentario *Claudii Salmaſii* prodiit.

„*Epicteti Enchiridion*, Stoiciſini ſumma, ſæpius edita eſt; cum verſione *Politiani* Argentorati 1520. & cum *diſſertationibus Arriani in Epictetum*, eodem interprete, edente *Luca Holſtenio*, Cantabrigiæ 1655, 8. *Comment. de Script. p. 54.*

„*Epicteti Enchiridio* explicando *Simplicius*, quantum ad principia humanarum actionum, quæ vocant, & facultates animæ attinet; *Arrianus* in ipſis actionibus & honeſti iuſtique rationibus egregiam operam nauarunt. *Præfat. ad Comment. in Grotium de I. B. & P. p. 13.*

„Ex Stoica ſecta habemus *Enchiridion Epicteti*, in quem extat Commentator *ſimplicius*, quem edidit *Salmaſius*. Alter interpres & quidem vtilior, qui legatur, eſt *Arrianus*. Hunc reddidit Latine *Angelus Politianus* verſione elegantiſſima. *Diſp. ad Lipſii Politica. p. 85.*

„*Arrianus*, Nicomedienſis, ſub Hadriano, alter *Xenophon* dictus. Vid. *Ger. Io. Voſſius* de Hiſt. Gr. L. 2. c. 2. *Periplos Arriani* ſplendidiſſime edidit vir doctiſſimus *Guil. Stuckius*. Extat etiam diligentiſſimum opus *Diſſertationum Arriani*, quod *Angelus Politianus* itidem puriſſime & elegantiſſime vertit. Fragmentum eiusdem aureum *de Venatione* nuper edidit *Lucas Holſtenius*, & elegantiſſima

Digitized by Google

„tissima versione illustrauit. In illo ope- Cap. XLIII.
„re tractatio de educatione & cura canum Script. Ethi-
„præsertim laudatur; & vbi *Xenophon* de- ci.
„sinit, ibi *Arrianus* incipit. *Secula IV. p. 164.*

„De *Simplicii* operibus videatur *Lab-*
„*beus* in *Catalogo Interpretum Platonis &*
„*Aristotelis*. Quæ in *Epictetum* scripsit, *Sal-*
„*masius* amplo Commentario prosecutus
„est in 4. Lugd. Batau. *Comment. de Script.*
*p. 82. sq.*

§. 5.

Huius generis sunt etiam ANTONINI, ANTONI-
Imperatoris, fragmenta libri *de seipso & ad se-* NVS Imp.
*ipsum*, quæ nuper in Anglia iterum *Mericus Casaubonus* Græco-Latine edidit. Multa autem in iis se præstitisse gloriatur *Antoninus*, quæ nemo vnquam præstitit, aut præstare potuit; ex tumore scilicet quodam & spiritu sectæ Stoicæ loquens. Alias nudam tantum Gnomologiam referunt, sine vllo contextu.

„*M. Antonini*, Imp. libri *de seipso & ad*
„*seipsum* Gr. & Lat. Basileæ 1505. *Merici*
„*Casauboni* in Anglia 12. *Gatackeri* cum
„notis in 4. Londini. *Comment. de Script.*
*p. 58.*

„*M. Antoninus* Imp. Philosophus, scri-
„psit opus *de se & ad se*; cuius quidem o-
„peris duplex reperitur titulus in Codice
„MS. 1) τὰ καθ' ἑαυτὸν, 2) ἐκ τῶν καθ'
„ἑαυτὸν; vnde aliqui dicunt, esse tantum
„excerpta. Scriptum ipsum non est hi-

Cap. XLIII. Script. Ethici.

„ſtoricum, ſed philoſophicum, vt fallan-
„tur ii, qui putant, continere res geſtas *An-*
„*tonini*. Loquitur in eo de ſe & ad ſe, to-
„tumque opus eſt diſſertatio fere aliqua
„moralis. Quia vero quædam concur-
„runt ad hiſtoriam *Antonini* pertinentia,
„pro hiſtorico habetur. Editiones *Xy-*
„*landri* & *Geſneri* vicit induſtria *Meri-*
„*Caſauboni*. Iudicium de hoc quoque
„duplex eſt, vulgi, & eruditorum, & inter
„eruditos ipſos paucorum. Vulgo ni-
„mis magnifice de hoc opere ſentiunt;
„præſertim propter Philoſophiam Stoi-
„cam: eruditi autem non tam magnifice
„de eo iudicant. Sunt enim reuera ſco-
„pæ diſſolutæ calx ſine arena, nihilque
„contexti ineſt, & videntur mera excer-
„pta & fortaſſe ſub eius nomine edita.
„Ego certe nunquam crediderim, eſſe
„ipſius *Antonini*. Reperiuntur quidem
„aliqua etiam præclara, ſed ſine contextu
„omnia dicuntur. In ſinu ridentur illi,
„qui tam magnifice hoc ſcriptum extol-
„lunt, cum ne in mediocri ſcriptore iſtius-
„modi negligentia toleretur. *Sæcula IV, p. 167. ſq.*

„Inde proximas *Antonini* Imp. frag-
„mentis tribuunt partes: cuius libri non
„eſt tamen apud exquiſitæ eruditionis vi-
„ros eadem, quæ vulgo, obtinet, æſtimatio.
*Præf. ad Comment. in Grotium p. 13.*

„*M. Antonini* Imp. libri XII. *de ſeipſo*



Digitized by Google

„& *ad ſeipſum.* De hoc libro variant „doctorum iudicia. Inter nævos Stoicæ „Philoſophiæ eſt nimia illa iactantia: mi- „nutiloquia etiam inter ea referenda, quæ „deſiderantur in Stoica Philoſophia: & „verbo fallunt, vt loquitur *Cicero. Diſſ. ad Lipſii Politica p. 85.* Cap. XLIII. Script. Ethici.

§. 6.

BASILII Imp. *Paræneticа* edidit *Rittershuſius.* BASILIVS.

AGAPETI *Schedam Regiam, Rittershuſius* edidit. AGAPETVS.

CEBETIS *Tabulam*, monumentum philoſophicum egregium, edidit *Salmaſius* in 4. CEBES.

Anonymus *de Virtute* Græce & Latine editus Auguſtæ Vindelicorum ab *Hæſchelio.*

Eſt & ſumma Ethices quaſi tradita in *Aureis Pythagoræorum Carminibus*, quæ HIEROCLES nobiliſſimo Commentario Græco illuſtrauit. HIEROCLES.

§. 7.

Ex Latinis CICERO perfectum opus ethicum reliquit; quod ita ordinandum eſt, vt libri *de finibus* & fragmenta *Academicarum Quæſtionum* agant de fine hominis ſeu de ſummo bono; libri *Officiorum* explicent virtutes; libri *Tuſculanarum Quæſtionum* de affectibus agant, eorumque moderatione. CICERO.

„Latinorum Philoſophorum decus, o- „mne penes *Ciceronem* ſtat, cuius duo o- „pera *de Legibus*, & præſertim *de Officiis*,



Digitized by Google

Cap. XLIII. Script. Ethici.

„mirum quantum conferre poſſunt „huic materiæ. Quamquam nobile illud „*de Officiis* opus illi tantum intelligunt, qui „Græcorum Philoſophorum ſententias „ex variis ſectis in antiquitate diſperſas „ingenio & labore conductas, perſpectas„que habent; ſicut eius rei ſpecimen for„taſſe alio tempore dabimus. *Grotius* „multa debet his libris, etiam vbi non o„ſtendit. *Præfat. ad Commentat. in Grotium p. 13.*

„Quodſi quis ſub nobilibus exemplis „ad ciuiles vſus propius accommodatam „cupit hanc doctrinam cognoſcere, *Cicc„ronis Officia* incomparabili præſtantia „celebrari merentur. *Inſtit. Politicæ p. 221.*

„In Ethicis poteſt ad *Ariſtotelis* ratio„nem reduci, quando in libris *de finibus* „(nam *Academicarum Quæſtionum* pauca „fragmenta reſtant) felicitatem ciuilem „inquirit, in *Tuſculanis Quæſtionibus* ho„minis facultates affectusque conſiderat; „in *Officiis* virtutis & honeſtatis præcepta „ad vſum communis vitæ in republica „transfert. *Comment. de Script. p. 42.*

„Apud Latinos familiam ducunt Di„ſputationes *Ciceronis* Ethicæ *de finibus* „*bonorum & malorum: Academicæ & Tu„ſculanæ Quæſtiones*: in quibus tamen „ſunt quædam ſtudioſius diſquiſita, quam „ad vſum vitæ opus eſt. *Officia* eius quo „ſunt habenda loco, ſtrictim attigi in præ-

„fatione

Digitized by Google

„fatione ad *Officia Ambroſii*. Opus aure- Cap. XLIII.
„um eſt, ipſosque fontes practicæ vitæ, ſa- Script. Ethi-
„pientiæque recludit; ſed iudicio opus ci.
„eſt, & diligentia, vt penetres. *Diſſ. T. III. p. 344.*

„Ante omnia occurrit *Ius* illud, quod
„cum veteribus *Publicum* vocamus, a ra-
„tione recta ſuppeditatum, ſapientum vo-
„ce affirmatum, gentium rationi & ſapi-
„entiæ attendentium vſu percultum. In
„quo genere eximia ſunt, quæ *Cicero* in
„*Officiorum* libris pertractauit, quos qui
„ethicis libellis annumerare ſatis habent,
„magno in errore verſantur. *Diſſ. T. III. p. 382.*

„Nunc mixta ſecta ſequitur, ad quam
„pertinet *Cicero*, qui ethicum nobis reli-
„quit opus in libris *de finibus*, cui ſucce-
„dunt *Tuſculanæ Quæſtiones* & *Academi-*
„*cæ*; ſequuntur has *Officia*, nunquam
„tis laudandum opus. *Diſſ. ad Lipſii Poli-tica p. 85. ſq.*

„Ex Dialogis Ciceronianis libri *de fini-*
„*bus*, *Tuſculanarum* & *Academicarum*
„*Quæſtionum* videntur mihi difficultatem
„non paruam habere propter Philoſo-
„phorum diſputationes & controuerſias
„ibi tractatas: ſed redduntur dulciores
„facilioresque exemplis, hiſtoriis, locis
„communibus, perſpicue planeque inter-
„poſitis. Qualia pro captu ætatis ſunt vel
„excerpenda, vel ad ſuauitatem cetero-

Cap. XLIII. Script. Ethici.

„rum conciliandam demonſtranda di-
„ſcentibus. Iuuat autem labores diſcen-
„tium ipſa dialogorum forma & excipi-
„endi mutuo reddendique ſermonis ratio,
„quæ ſemper hominum ingeniis amica &
„ceteris amœnior credita eſt. *Lælius* &
„*Cato* præſertim legendi, imo ediſcendi
„ſunt. *Diſſ. T. III. p. 535.*

„Nimius vtique apparatus Rhetorum &
„amplificata locorum ſtructura, ſi vel ex
„*Ciceronis* orationibus quibusdam trans-
„ſumatur, gratiam politicæ tractationis
„non vbique iuuabit: magisque conſul-
„tum aliquando erit, cetera ſcripta Cice-
„roniana, diſputationes *de officiis*, *de legi-*
„*bus*, *de natura*, in exemplum aut auxili-
„um aduocare: ſi præſertim deligantur
„ſententiæ in genere morum agiliores &
„diſerta explicandi ratio & contexendi fa-
„cilitas. *Diſſ. T. I. p. 119.*

„AMBROSIVS in *Officiis* imitatus
„eſt *Officia Ciceronis*, & nonnulla ex Chri-
„ſtiana Philoſophia adiunxit. *Diſſ. ad*
*Lipſii Politica p. 119.*

„Conſilium nobis hæc officiorum ru-
„dimenta non ex Philoſophorum ſcho-
„la tantum; ſed ex ſanctiſſima ſcripturæ
„ſacræ diſciplina ſubinde inſtruere & fir-
„mare: quale exemplum, quantum qui-
„dem inſtituti ratio tulit, *Ambroſius* nobis
„præliuit in præclaro *de Officiis* opere,
„quod imitatione *Ciceronis* ſcripſit. *Diſſ.*
*T. III. p. 489. ſq.*

§. 3.

Digitized by Google

Cap. XLIII. Script. Ethici.

## §. 8.

SENECA.

SENECA in genere paræneticomoralia diligenter perſequitur & quaſi perpetuum cenſorem morum agit. Quid enim *Epiſtolæ* aliud ſunt, quam diſſertationes morales de variis locis ethicis. Materiam de liberalitate toto opere librorum *de Beneficiis* explicauit, ita vt poſſit documento eſſe, quantum ſit Philoſophiæ in eiusmodi materiis moralibus, quarum cognitionem multi ſibi ex generalibus præceptis pollicentur. Notandum eſt autem, quod in eiusmodi ſcriptis *Ciceronis* & *Senecæ* Ethica & Politica miſceantur; ſiue Ethica ad politicos vſus referantur.

„In editione *Senecæ Lipſius* omnium cu„ram ſupergreſſus eſt. Repetiit eius edi„tionem doctiſſimus *Fr. Gronouius*, ſub„iunctis eruditis notis.. De ſtilo *Senecæ* „veriſſime iudicauit *Gellius;* quem dum „refutare conſtituit *Lipſius*, vltra, quam „fas eſt, exceſſit, neque eruditionem *Gellii* „perſpexit. Recte etiam de eo iudica„uit *Quintilianus*, modeſtiſſime *Tacitus*; „in quo id occurrit, quod ſupra de ſtilo „*Velleii* & *Valerii Maximi* diximus, eos „ſtilum ad formam compoſuiſſe aulicam. *Sæcula IV. p. 87.*

„Satira *Senecæ* de *Apocolocynthoſi*, loco „eius, quod debebat ſcribere Apotheoſin, „quod aliis fiebat, ob ſummam nimirum „Claudii Caligulæ ſcelera: in quam eru-



Digitized by Google

Cap. XLIII. Script. Ethici.

„ditam Dissertationem scripsit *Dan. Heinsius. Ibid. p. 10.*

„Alter tibi talium studiorum magister *Seneca* esto, qui generosam animi tui indolem valde excitabit & attollet, vt eximia & decora sentire & agere concupiscas. Scis, quam ille auctor summis regnorum moderatoribus & administris, etiam nostro æuo, commendatus fuerit: quorum exempla ratione vacare nequeunt. *Diss. T. III. p. 344.*

„*Annæus Seneca* singularis cuiusdam stili & propriæ grauitatis nomen meruit. Pleraque tersæ Latinitatis, penetrantia acumine, placentia inuentione; sed manet tamen adhuc, manebitque illa cautio circa stilum *Senecæ*, quam suppeditat *Quintilianus*, quicquid contra dicat *Lipsius* in *Prolegomenis in Senecam* & *Carolus Paschalius* in libro *de optimo dicendi genere. Diss. T. III. p. 541.*

„Amœnitates adiunget (scriptioni politicæ) si societur in hos vsus *Seneca*. De quo *Tacitus* noster in loco dissertationi huic præscripto (XIII. Annal c. 3.) ciuiliter & benigne iudicat. „Ait enim „orationem, quam Claudius habuit, a *Seneca* compositam, multum cultus prætulisse; tribuitque *Senecæ* ingenium amœnum & temporis illius auribus accommodatum. Comtius scribendi genus maxime hominibus illius temporis in *Seneca* pla-

„placuiſſe, ex *Suetonio* etiam diſces. Huic „ſtudio autem hominum temporumque, „quin ſit nimium obſecutus, nemo nega- „uerit. Itaque *Fabius* rectiſſime eum me- „liorem futurum fuiſſe in dicendo iudicat, „*ſi aliqua contempſiſſet, ſi parum concu-* „*piſſet, ſi non omnia ſua amaſſet, ſi rerum* „*pondera minutiſſimis ſententiis non fre-* „*giſſet.* Hæc a *Lipſio* refutari nihil opus „erat. Quis enim non animaduertere „poteſt *dulcia* illa *vitia*, qui *Senecam* at- „tente intenteque legit? Quare & imi- „tatores *Senecæ* periculoſe in deligendo „exemplo, & multo magis, poſtquam de- „lectum eſt, exprimendo verſatos, ſicut „olim *Fabius* potuit queri, ita nos hodie- „que comperimus. Sed quia intercedunt „tantum melioribus iſta in genus quod- „dam cacozeliæ deflexa, de cetero autem „multis eximie dictis, acute inuentis, „grauiter expreſſis, vbique abundat vir „tantus, Politici orationem hac noſtra æ- „tate, quin multum poſſit ornare, (ſi „imitatores *eligant* inde modo, quod *Fa-* „*bius* etiam voluit, non tumultuarie col- „ligant exempla & inſtrumenta ſui ope- „ris) in confeſſo eſſe debet. Potius „contradictione opus habuerunt, quæ „nonnulli apud *Gellium* putarunt de ora- „tione *Senecæ*, tanquam *vulgari atque* „*protrita*, & de eruditione, tanquam *ver-* „*nacula & plebeia. Diſſ. T. I. p. 119.*

Cap. XLIII. Script. Ethici.

*Calig. 54.*

*Inſtit. Orat. X, 1.*

*in iudicioſu- per Seneca.*

„*Sene-*

Digitized by Google

Cap. XLIII. Script Ethici.

„*Seneca* inter Latinos Stoicos præcipu-
„us. *Diſs. ad Lipſii Polit. p. 85.*

§. 9.

PETRARCHA.

Renaſcentibus literis FRANCISCVS PETRARCHA *Diſſertationibus moralibus* voluit excellere.

„Hoc ſæculum XV. *Franciſci Petrar-*
„*chæ* ingenio multum debet; qui bonus
„fuit moraliſta, & facundia non quidem
„exquiſita, ſed tamen vbere & profluen-
„te. Videatur *Tomaſini* Petrarcha redi-
„uiuus. *Comment. de Script. p. 107.*

GVEVARRA.

Neque alio ſpectant ANTONII GVEVARRAE *Epiſtolæ* Hiſpanice ſcriptæ & in multas linguas transfuſæ, quas vulgo *aureas* vocant.

„E iunioribus *Io. Sarisberienſis*, *Franc.*
„*Petrarchæ*, *Antonii Gueuarræ*, *Auguſti-*
„*ni Niphi*, itemque *Eraſmi* moralia &
„politica opuſcula vtiliter & iucunde le-
„ges: quippe præcepta per ſe ieiuna &
„tenuia ſunt, lineas ducunt, non corpus
„exhibent. *Diſs. T. III. p. 344.*

§. 10.

GOLIVS. HORNEIVS.

Syſtemata ethica ſcripſere, GOLIVS quidem quaſi Epitomen Ethicorum *Ariſtotelis*; HORNEIVS autem liberiori explicatione etiam aliquem guſtum Scholaſticorum admiſcuit. Sed, ſi dicendum, quod res eſt, non abundamus ſyſtematis breuioribus,

Digitized by Google

ribus, quæ vsquequaque commendari queant. Cap. XLIII. Script. Ethici.

„In ethicis omnium ceterorum ſtudi-„um vicit *Horneius*. *Diſs. T. III. p. 343.*

„In ethicis multas ob cauſſas neminem „*Horneio* prætulerim. *Ib. p. 498.*

„Inter ſyſtemata minora *Horneius* non „debet ſperni; *Ionſtoni* Centones imita-„tione *Lipſii* etiam extant. *Thomaſii* „accuratæ *Tabellæ Ethicæ*, vt & *Stirii* „præcipue commendantur. *Diſs. ad Li-„pſii Polit. p. 84. ſq.*

„Centonem adornanti ſatis eſſe poteſt, „ſi commoda & præclara loca, expri-„mendis quæ voluit, adhibeat. Cum „præſertim non cauſſa & arte docendi res „geritur, ſed alia potius ſpectantur. Ni-„ſi quod eo conſilio vtilem ſane profecti-„bus diſcentium Ethicam nuper adorna-„uit Vir doctus. An vero ille aſſecutus „ſit Lipſianum inſtitutum, quod imitari „voluiſſe videtur, nihil attinet nunc diſ-„quirere. *Diſs. T. III. p. 375.*

„Imitatus eſt *Lipſium Ionſtonus* in ope-„re Ethico; ſed oſtendit ſe non ſatis in-„tellexiſſe propoſitum *Lipſii*. *Diſs. ad Lipſii Polit. p. 74.*

§. II.

PICCOLOMINAEI *Gradus Philoſophiæ Moralis* ad vſum diſputandi fere accommodantur. PICCOLOMINEVS.

Cap. XLIII. Script. Ethici.

PASCHALIVS.

De exquisitioribus scriptis ethicis laudari hic debent CAROLI PASCHALII *Characteres Virtutum & vitiorum.*

„Tertium membrum (post primum de „systematum, & alterum de diuersarum se„ctarum inter Philosophos scriptoribus) de „diuersis scribendi formis; vbi occurrunt „primo Dialogi a *Platone* frequentati. „Alius modus pertinet ad characteres. „Character Latine est notatio, cuius ge„neris habemus opus *Theophrasti*, *Cha„racteres ethicos*, ad cuius imitationem „contendit *Carolus Paschalius*, qui scri„psit Characteres virtutum & vitiorum, „opus eximium. Alius scribendi modus „pertinet ad exegesin materiarum singu„larum, vt *Senecæ* libri de *beneficiis*, & *Plu„tarchus* proprius huius generis scriben„di auctor. Apud *Stobæum* habemus „etiam multa. Inter recentiores huc „pertinet *Petrarcha*: ex Hispanis *Gue„uarra* triuit hanc viam. Alius scriben„di modus pertinet etiam ad symboli„cum genus. Ex recentioribus *Franc. „Buco de Verulamio* huc referendus. Per„tinent huc *Pierius* & *Caussinus*, scri„ptores *Hieroglyphicorum*. Huc etiam „pertinent *Emblemata Alciati* & *Ioach. „Camerarii*. *Sauedræ* etiam *Emblemata* „sunt bona & quæ commendentur di„gna. *Altorffina Emblemata* etiam com„mendantur. Est alius scribendi modus,

qui

„qui ad *γνωμολογίαν* pertinet. *P. Syrus* „*Mimus* in eo commendatur. Alius scri- „bendi modus sunt quæstiones; item ali- „us, fortuitæ dissertationes, de quibus „non magnifice admodum sentiendum. „Alius modus etiam per *fabulas AEsopi-* „*cas*, inter quos commendandus *Phæ-* „*drus*, qui in omnium debet esse manibus *Diss. ad Lipsii Polit. p. 86. sq.* Cap. XLIII. Script. Ethici.

„De *P. Syro*, mimographo, cuius ver- „sus acumine & pondere sententiarum „plenam auctoritatem obtinent, *Iosephus* „*Scaliger* & nuper *Tanaquillus Faber* „bene meriti sunt. *Comment. de Scr. p. 48.*

AESOPVS, GABRIAS, & alii fabu- larum scriptores cum *Phurnuti* Commen- tariis editi Venetiis ab *Aldo Manutio.* Vbi nota, *AEsopum* nil scripsisse; licet sub eius nomine hæ fabulæ circumferantur. Vitam alioqui *AEsopi* iucundissime descripsit qui- dam; vt vulgo creditur *Maximus Planudes*; estque opusculum lectu dignissimum. AESOPVS, GABRIAS.

„Quartum membrum de *Scholasticis* di- „cet. Sæculo XII. & XIII. cœperunt scho- „lastici exsurgere, quorum primus *Pe-* „*trus Lombardus*. Distinguuntur Schola- „stici in veteres & recentiores. In vete- „ribus considerantur hæc: 1) quod in Bibli- „is contenti erant versione Latina, 2) quod „destituebantur cognitione antiquitatis, „3) quod ad minutias Quæstionum dila-

„be-

Digitized by Google

Cap. XLIII. Script. Ethici.

„bebantur,4) quod confundebant Theo-
„logiam & Philoſophiam. Recentiores
„euitarunt hæc quidem. Iſagogicus eſt
„ſcriptor *Dominicus a Soto*, qui habet ſe-
„des materiarum: Iſagogica etiam ope-
„ra eſt *Sylueſtri Prieratis*. Exegetico-
„rum princeps eſt *Ludouicus Molina*, qui
„edidit volumina VI. de Iuſtitia & iure:
„poſt hunc *Io. de Lugo*, Cardinalis. Acu-
„mine ingenii præfertur his *Leſſius*. Lau-
„dem ſingularitatis petit *Medina*. Col-
„lectores ſunt *Io. de Dicaſtillo* &c. *Diſs. ad ad Lipſii Politica p. 88.*

„Poſt conuulſum plane imperium Ro-
„manum, horum ſtudiorum decus & vi-
„gor, qui hactenus ſubinde minuebatur,
„deceſſit. Hinc ſilentium & pauſa omnis
„accuratioris literaturæ, vſque ad tempo-
„ra ſcholaſticorum doctorum qui ex Phi-
„loſophia practica diſputationes quasdam
„de iuſtitia & iure ſectati, itemque de ſu-
„premo hominis fine, etiam circa virtu-
„tum officia ſatis ſpinoſe interdum &
„perplexe, cetera negligebant. *Diſſer-tat. polit. p. 313.*

„*Petri Lombardi* Epiſc. Pariſ. Sen-
„tentiarum Magiſtri, opus ſæpiſſime e-
„ditum in Gallia Germania & alibi. *Com. de Scr. p. 94.*

„*Thomas de Aquino*, Scholaſticorum
„poſt *Lombardum* princeps, ingenio &
„eruditione maximus; cui ſi cultior elo-

Cap. XLIII. Script. Ethici.

„eloquentia acceſſiſſet, non haberet pa-
„rem. Opera eius XVII Tomis edita Ro-
„mæ. Partes ſingillatim editæ variis in
„locis; præſertim *Summa*. *Thomas Can-*
„*tipratenſis* editus Duaci 1597. *Bona-*
„*venturæ* opera Romæ VIII Tomis; *Gui-*
„*lielmus Durantes*, Speculator, editus
„Lugduni 1592. *AEgidii Romani*, præter
„edita, multa extant MS. *Io. Duns*, Sco-
„ti, opera ingenio & acumine pollent.
*Ibid. p. 100. ſeq.*

„*Antonius Andreæ* ſcripſit *in IV. libros*
„*ſententiarum*, edit. Venet. 1578. *Du-*
„*randus de S. Portiano* itidem in *Libros*
„*Sententiarum*; vt & *Herueus Natalis*,
„vna cum aliis operibus: & *Franciſcus*
„*Mayronis*, cuius hoc & alia opera edita
„Venet. 1520. & 1556. Et *Guil. Occam.*
„Quæ pro Ludouico Bauaro ſcripſit, ha-
„bentur in *Monarchia S. R. I. Golda-*
„*ſti.* Et *Monaldus*, cuius *Aurea* im-
„preſſa Lugd. 1516. *Pelagius Aluarus* et-
„iam in *libros Sententiarum* ſcripſit; vt &
„alia. *Petri Paludani* opera quædam.
„*Aſteſani* ſ. *Aſtenſis Summa caſuum conſci-*
„*entiæ*, Norib. 1528. *Adamus Goddamus in*
„*libros IV. Sentent.* Paris. 1512. *Tho-*
„*mas de Argentina*, Gen. 1586. *Gregorius*
„*Ariminenſis*, Venet. 1503. *Ibid. p. 103. ſq.*

„*Quintum* membrum ad locos Com-
„munes ethicos pertinet. Quo perti-
„nent *Polyanthea Langii*, *Zwingerus* &

Cap. XLIII. Script. Ethici.

„*Beyerlingius.* Alii titulos Locorum „Communium collegeruut. *Keckermanni Tituli* & *Alstedius* in *Encyclopædia*, & *Florilegium Gruteri* huc referendum. *Sexta* pars pertinebit ad Poetas. „Proprium autem hoc est Comicorum & „Satyricorum. Inter Satyricos excellit *Horatius*; hunc *Iuuenalis* excipit. *Persius* obscuriſſimus est. In Recentioribus est, *Barclaii Satyricon*. „*Ianus Nicius Erythræus* scripsit *Eudemiam*, vbi mores Cardinalium Romanorum descripsit. Est etiam libellus, *Gyges Gallus*, hic recusus, quæ Satyra irridet mores Gallicos. *Septimum* membrum mentionem faciet de ethica Christiana. Quo pertinent *Ambrosii* Officia; item *Io. Sarisberiensis* in *Policratico* suo. Ex recentioribus D. *Ernstius* „Ethicam Christianam edidit. *Diss. ad Lipsii Politica l. c.*

## CAPVT XLIV.

### DE SCRIPTORIBVS POLITICIS.

§. 1.

PLATO. EX antiquitate superſunt PLATONIS duo opera POLITICA, *Libri X. de Republica* & *Libri XII. de Legibus*, præter dialogos alios politica argumenta tractantes. Li-

Digitized by Google

Libri *de republica* multum vapulant ob quæ- Cap. XLIV.
dam dogmata, quæ Platoni tribuuntur, de Script. Polit.
communione bonorum, vxorum, liberorum: quein tamen alii excusant, 1) quod in libris *de republica* non serio, sed per modum dubitationis Politicam tradiderit, quod ipse vocat *μυθολογεῖν τὴν πολιτείαν*, seu rempublicam non vt vere existit, aut existere potest, sed per modum fictæ fabulæ describere. Ita ipsi dicitur *πολὶς μυθολογεμένη*, ciuitas quasi fabularis, seu fabulari habitu induta. Quare & in altero opere *de Legibus*, i. e. in seria & vera Politica nihil traditur de illis dogmatibus, sed potius contrarium; seueriſſime enim omnes libidines & adulteria vetantur. 2) Quod communionem illam *Plato* intellexerit non de confusione libidinis; sed de communione charitatis.

„Veniendum est propius ad monu„menta Politicæ disciplinæ, non tam ope„re actuque demonstrata, quam literis „perscripta. Hic neminem mirari ve„lim, si antiquissimos Poetas in censum „primorum auctorum politicorum retu„lero. Non intelligo nunc Dauidem ali„quem (nam de S. monumentis ante di„ctum est) sed profanos poetas: quorum „fabulæ de diis deabusque, quid sunt ali„ud, quam historiæ regnorum & exem„pla politica rerum bene vel secus in ciui„li societate gestarum? Sic in Osiride to-

Cap. XLIV. Script. Polit.

„tam πολιτείας siue reip. formandæ re-
„gendæque descriptionem, tractatio-
„nem, πραγματείαν inesse, vel *Synesii* fa-
„bula AEgyptia, siue libri *de Prouidentia*
„demonstrant. Quo accedit character
„scribendi pragmaticus & politicus, siue
„ad institutionem ciuilis disciplinæ com-
„paratus. E. g. *Homero*, ad quem præci-
„pue hic respicimus, quid πολιτικώτερον?
„Vide *Horatii* iudicium de Homerica po-
„esi Epist. II, 2. Mos in Epico & Tragi-
„co in primis carmine mansit. (*Ouidii*
„Metamorph.) Antiquiores enim & hi
„modi fuerunt tradendi Politicen: per
„carmina, per parabolas, sententias, pro-
„uerbia, symbola, typos; sicut tum ex S. tum
„ex profanis libris constat. Tempore *So-*
„*cratis* noudum fuere qui exquisitius &
„ad formam exculti studii politica medi-
„tarentur, plerisque physica & mathe-
„matica tractantibus, atque de ratione
„officiorum vitæ parum cogitantibus.
„*Socrates* ergo primus περὶ τῶν ἠθῶν disse-
„ruit, hominesque ad studia ciuilia tra-
„ctanda assidue excitauit; sicut *Laertius*
„in vita Socratis testatur. Et quamquam
„scripta non reliquerit, imaginem tamen
„philosophiæ eius habemus in *Platonis*
„operibus politicis: inter quæ eminent
„*Libri XII. de legibus* & *Libri X. de repu-*
„*blica.* Sunt illa opera suauia quidem &
„reconditæ eruditionis sapientiæque, sed
„in

Digitized by Google

Cap. XLIV. Script. Polit.

„in quibus politica, genere disputandi „non admodum politico, adeoque practi- „ca more contemplationis & specalatiuæ „tractationis θεωρητικώτερον, quam vsus „vitæ postulat, tractantur. *Platonem* er- „go nemini in Politicis ducem commen- „dare possumus, nisi qui, imbutus iam pru- „dentiæ mysteriis, sciat tam censorem, „quam lectorem agere. *Dissertat. Politicæ p. 309. sq.*

„Antiquorum primus, qui prudentiam „ciuilem excoluit, fuit *Socrates*, teste *Ci- „cerone*. Sed ante hunc esset nominan- „dus *Ocellus Lucanus*, qui ipso *Socrate* es- „set antiquior; sed est liber πολιτικῆς eius „supposititius. *Socratis* Philosophiam „*Plato* conscripsit; quod *Platonis* opus „est duplex, libri X. *de Republica* & libri „XII. *de legibus*. *Plato* statuit commu- „nionem vxorum, sed non confusione li- „bidinis, sed communione charitatis. Li- „bri *Platonis de legibus* digniſſimi sunt, „qui legantur. *Diss. ad Lipsii. Polit. p. 70.*

„Sciunt, qui memorias temporum com- „parandæ causſa peritiæ tractant, ciuilem „artem, seu quocunque nomine aptiori lu- „bet vocare eam, quæ ordinandæ tuendæ- „que præcepta Reipubl. tradit, doctrinam, „antiquissimis temporibus non tam libris, „quam responsis prudentum constitisse, „partemque potissimum νομοθετικὴν ex-



Digitized by Google

Cap. XLIV. Script. Polit.

„cultam, ceteras vſu magis, quam certa „notitiæ ratione fuiſſe comprehenſas. Pri„mum literarum, poſt leges conſignatas „in hoc genere monumentum deſcriptio„nes quarundam rerumpubl. fuere. Hinc „obſeruationes formari cœptæ, locusque „philoſophiæ paulatim præbitus; donec „ad fatalis excellentiæ viros *Platonem* & „*Ariſtotelem* eſt peruentum: quorum ille „operoſa ſuauique Philoſophia quæ„dam ciuitatis fundamenta, præci„pue autem virtutis bonique publici ra„tiones pleniſſime expoſuit, ſummam „ea re laudem meritus; niſi quod e dua„bus, quas formauit, altera ciuitas (ἐν „ἰδέας λόγῳ poſita, & μυθολογουμένη, vt „ipſe loquitur) plurimis reprehendendi „anſam dedit: hic autem more ſuo, corri„gendo, ſupplendo, inueniendo, applican„do; ad perfectionem vsque hoc ſtudi„um euexit. Hi duo auctores merito „ſummi habentur, tum ſtudio, tum pro„bitate: niſi quod *Ariſtotelis* doctrina non„nihil Græculæ improbitatis ex ingenio „aulæ, ſub qua vixit, creditur traxiſſe. „Quamquam in opere ad nos transmiſſo „ſtrenuus ſit aſſertor virtutis publicæque „diſciplinæ, & omnino talis, qui noui„tios veteratores, omnia, quæ ille de ty„rannide habet, ad imperiorum & ſtatus, „vt loquuntur, rationes pertrahentes, in „ruborem dare poſſit. Alias omnino Græ-

„ci

„ci inter primos corrupere ſanctitatem „adminiſtrandæ reipubl. præſertim Phi„lippus Macedo; cuius vafrities longe la„teque in exemplum iuit. *Diſs. T. I. p. 734.*

„Hic ergo finis (ſocietatis ciuilis) obti„neri non poſſe intelligitur; niſi & perſo„næ & res ad ciuitatem conſtituendam at„que adminiſtrandam ſe recte habeant. „Quo factum eſt, vt hanc (notandum de „methodo ſermonem eſſe, non de mate„ria totius tractationis) methodum *Plato* „ſibi propoſuerit obſeruandam, quæ non „poteſt non laudari. Primo enim, qui„bus & qualibus perſonis opus ſit; dein„de, quibus copiis rerum; denique, quo „in rerum hominumque communione „ordine; qua diſpoſitione ac lege ad ne„ceſſitates & vtilitates vitæ ſocialis ex„plendas, id eſt, ad bene beateque viuen„dum. Oſtendit nimirum, in præcipuo „& maxime neceſſario vſu poni debere „victus ſeu alimentorum comparatio„nem, ſine quibus, ne viui quidem poteſt: „deinde locum & habitationem requirit: „tertio loco veſtitum & alia neceſſaria eius „generis conſtituit. Ad has parandas „res artificiis & opificiis, ſeu artificibus „& opificibus opus eſt, tum foris (quo „mercatores pertinent) tum domi: vt agat „vnusquisque ad quæ natura aptior eſt, ac „propenſior; neque vnus ad multa, ſed „potius ad certum genus operum appli-

Cap. XLIV. Script. Polit.

„cet animum, omniaque ad Reip. toti-
„usque ciuitatis vſum conferat: cui rei fo-
„rum & nummus inſeruiunt, beneque
„ordinata in vendendo emendoque com-
„merciorum ratio. Neque enim quid-
„quam feliciter inſtitui gerique poteſt ſi-
„ne bona diſpoſitione ac ordine: quem
„iuſtitia præſcriptis legibus deſcribit, ſeu
„maieſtas legislatrix conſtituit. Hæc fe-
„re *Plato* Lib. II. *de rep.* conſentanea iis,
„quæ alibi tradunt, tum ipſe, tum alii ve-
„terum. *Inſtitut. Politicæ. p. 82. ſeq.*

„*Plato* ideas bonorum diſputatione a
„vulgi captu remotiore proſecutus obtre-
„ctatoribus occaſionem cauillandi patefe-
„fecit. De communione bonorum,
„vxorum, liberorum, *Ariſtoteles* præſer-
„tim ſententiam ipſi tribuit peruerſam:
„cui magis, quam oportebat, credidiſſe
„ſancti Patres videntur. Qui ſtudioſius
„legerunt, negant iſta, & hoc ſenſiſſe
„*Platonem* autumant; tum beatam fore
„ciuitatem, ſi ciuium quisque non ſe tan-
„tum & ſua ſpectet curetque, ſed & alio-
„rum ciuium res æque ac ſuas ſaluas cu-
„piat. Quæ menſura charitatis optima,
„& diuinis quoque oraculis demonſtrata
„eſt. Communes e. g. voluit eſſe vxores,
„non confuſione libidinis, ſed commu-
„nione caritatis. Quis enim ſanctius con-
„ſtitui haberique matrimonia docet,
„quam ipſe *Plato* libro IV. de legibus?

„In

„In hoc enim opere (*de Legibus*) ſerio, Cap. XLIV.
„& vt euenire poteſt ſoletque, rempubli- Script. Polit.
„cam ordinat; in libris autem *de repu-*
„*blica* quærendo & dubitando, non præ-
„cipiendo, etiam ea tangit, quæ nec poſ-
„ſunt, nec debent euenire, aut admitti. *Comment. de Script. p. 17. ſq.*

„In *Platone*, quod non perfunctorie di-
„cendum eſt, plura etiam ad diſputatio-
„nem de iure naturæ pertinentia reperias,
„in primis in libris *de legibus*. Neque
„enim alius quisquam ſtudioſius omnia vi-
„tæ ciuilis præſidia & inſtrumenta, tum
„legum ciuilium rationes ad naturæ nor-
„mam exegit. Igitur nemo in hunc di-
„em ſatis hoc auctore ad hoc argumentum
„vſus eſt: ne *Grotius* quidem. *Præfat. ad Comment. in Grotium de I. B. & P. p. 12.*

„*Plato* licet θεωρητικώτερον ſæpe in ma-
„teria practica verſatur, magnam tamen
„incommunibus placitis & quoties cum
„*Ariſtotele* congruit, auctoritatem obtinet. *Diſs. T. III. p. 374.*

„*Platonis* lectionem vix audeo tibi
„commendare; requirit enim, ni fallor,
„hominem, qui ſcholarum Philoſophi-
„carum diſciplinis ſtudioſius innutritus
„ſit, quam neceſſe eſt ei, qui vitæ & rei-
„publicæ diſcit. *Ibid. p. 343. ſq.*

„De *Platone* eo breuiores hic eſſe nos
„oportet, quo minus plerorumque ſtu-
„diis præceptio eius accommodata eſt



Digitized by Google

Cap. XLIV. Script. Polit.

„Nam illud diffuſum diſputandi genus „magnos profectus requirit. *Ibid. p. 498.*

§. 2.

ARISTOTELES.

Alterum ex antiquitate præcipuum opus politicum eſt ARISTOTELIS; de quo ſuperſunt VIII. libri, ſeu potius VIII. librorum fragmenta, de quibus videatur *Herm. Conringii Introductio.* Valde impari ingenio adiecit ſuperiori ſæculo *duos libros Politicorum* Græce ſcriptos *Cyriacus Strozza.* Sunt illi alias non inelegantes, ſed ſi cum Ariſtotelicis, quos continuare in animo habuit, comparentur, parum æſtimandi & infelicis conatus manifeſti. Occaſio ſcribendi inde nata eſt, quod alicubi legerat, *Ariſtotelem* X. olim *Politicorum libros* ſcripſiſſe.

In Politica *Ariſtotelis Paraphraſin* eruditam edidit *Dan. Heinſius*; multum ille quidem adiutus *Ant. Scaini*, Itali, curis. Inter ceteros præcellunt *Commentarii Mich. Piccarti:* nam ingentia volmina *Zwingeri* vix eſt, vt magnopere commendari debeant. *Geneſii* quoque *Sepulvedæ* notæ celebriores forte quam accuratiores ſunt.

„*Platonem* ſequitur *Ariſtoteles*, qui re„liquit opus politicum, de quo multæ cou„trouerſiæ. Primum, an ſit opus *Ari„ſtotelis*; altera diſputatio eſt de ordine; „vbi conſule Introductionem *Conringii.* „Et certum eſt, opus illud multis hiatibus

„bus conſtare. Opus autem eſt difficil- Cap. XLIV.
„limum, de quo præclare meritus *Scai-* Script. Polit.
„*nus*, Italus, ſcripta paraphraſi, ex
„qua *Dan. Heinſius* ſuam etiam quaſi ſcri-
„pſit, quæ eſt laudatiſſima. Proximam
„laudem meretur *Io. Geneſius Sepulueda*,
„Hiſpanus. Scripſit etiam ingentem Com-
„mentarium *Zwingerus*, ſcholæ, quam
„vitæ aptiorem: *Thomas* item *Aquinas*
„commentarium ſat luculentum. *Diſs. ad Lipſii Polit. p. 70. ſq.*

„In *Politicis Ariſtotelis* eandem totius
„conſtructi operis diſciplinam quæſiue-
„runt multi: parum vtiliter. Quæſiue-
„runt enim, quod auctor hic quæri no-
„luerat. Fragmenta ſunt ſcilicet, non
„contexti operis ſpecimina. Quo perti-
„nent *Conringii Iſagogica.* Illud quoque
„per cecidit incommode, quod pro per-
„fectis definitionibus arripuerunt Ariſto-
„telei, & anxie explicarunt, quas pro ta-
„libus nec tradidit *Ariſtoteles*, nec, ſi
„tradidiſſet, defendi deberet. E. g. in
„quacunque republica non referuntur
„omnia ad ſalutem & felicitatem pareinti-
„um, illa eſt vitioſa aut tyrannica. Hoc
„Ariſtotelicum carmen iactant, quod ad
„perturbandam gentium quietem perti-
„net. Talia inſunt plura: quamquam
„ex hoc ſolo tota praua Politica condi po-
„teſt. *Comment. de Script. p. 28. ſq.*

„E veteribus *Ariſtotelis Politica & Ethica*

Cap. XLIV. Script. Polit.

„*thica* ſuperſunt, opera aurea, quibus „in hoc genere nihil extat elaboratius. „*Politicorum* interpres commodiſſimus „eſt *Piccartus*, cum quo *Dan. Heinſii Pa-*„*raphraſis* vtiliter coniungetur. *Diſs. T. III. p. 498.*

„Perfecti ergo operis politici gloria re-„licta eſt *Ariſtoteli:* cuius admirabili in-„genio Deus ſtudia tertiæ monarchiæ, „quam vocant, ſiue ſummi Græcorum im-„perii ornauit inſtruxitque. Hic plenum „perfectumque opus molitus, ciuilis do-„ctrinæ partem generalem, in Ethicis „præſertim Nicomachicis, profluenti fa-„cilique eloquentia pertractauit. Poli-„tica autem proprie ſic dicta (*τῆς πολιτι-*„*κῆς* generaliter ſumtæ partem ſpecialem „alteram) incredibili grauitate, breuitate, „arte, conſcripſit: adiecit etiam Oecono-„mica, e partibus ciuilis doctrinæ ſpe-„cialibus alteram. *Diſſertat. Polit. p. 310. ſq.*

§. 3.

PLVTARCHVS.

PLVTARCHI præcepta politica pauca ſunt, neque exhauriunt diſciplinam; quamquam plura eius opuſcula huc pertineant.

„E Græcis *Plutarchus* facili quadam „copia & varietate multa de moribus & „republica accurate explicat. Quo no-„mine Gallis æſtimatum noſti, qui in ver-

„vernaculam translatum studiosius solent „legere. *Diss. T. III. p. 343.*

„*Aristotelis* propositum cum totius „scholæ Peripateticæ auctoritate excepit „THEOPHRASTVS, qui diuina „quadam suauitate multa elegantissima „opera politica, etiam systematica scri„psit: sicut catalogus *Laertio* annotatus „demonstrat. Adde *Io. Meursii Theo„phrastum.* Post *Theophrastum* DE„METRII PHALEREI duo libri *de* „*politica, περὶ πολιτικῆς*: itemque AN„TISTHENIS opus *περὶ νόμου ἢ περὶ* „*πολιτείας* de lege siue de republica, „celebrantur. *Laertius* in vtriusque vi„ta. *Stoica schola* inde a magistris, „Zenone & Cleanthe, philosophiam „practicam sub titulo & locis officio„rum vitæ, *τοῦ καθήκοντος*, satis qui„dem subtiliter & elate tractauit: sed „interdum minus accommodate ad remp. „in argumentis politicis versatur; aut di„sputationibus de summo hominum fine „immoratur; aut quæstiones de virtuti„bus concise persequitur. Multa tamen „hinc salubria petas. Et sicut compre„hensio argumenti politici, methodus, „dispositio, connexio, proprie *Aristo„teli* debetur: ita grauitas sententiarum, „pondus, & species collectionis non pa„rum Stoicorum granditate loquendi, *μεγαλιγορίᾳ* iuuatur. *Academici* quo-

quo

Cap. XLIV. Script. Polit.

„que in' philoſophia practica ἠθικώτεροι „quam πολιτικώτεροι, locis ethicis magis „dediti, quam tractationibus politicis, „quas preſſe ſic vocamus, comperiuntur. „Vid. *Ciceron.* Acad. quæſt. *Pythagorica „Schola*, mathematicis potius & phyſicis „occupabatur, ſicut diſcere licet ex *Gellii* „Noct. Attic. I, 5. *Ouid.* Metamorph. XV, „2. Ciuilia tamen ſub imaginibus, ſymbo„lis, figuris, ænigmatibus, tradiderunt. „Migrauit autem apud Græcos profeſſio „Politices in ſcholas ſophiſtarum (ita, vo„cabulo in bonam partem accepto, elo„quentiæ doctores vocabantur) & Rhe„torum. Hinc θρόνος πολιτικὸς cathe„dra politica Athenis celebris erat. Vi„dendus omnino *Creſollius* in *Theatro „Rhetorum I, 3.* Certe ex quo eloquentia „cœpit florere, ſtudia Politices, ſicut apud „Græcos, ita poſt apud Latinos, cum elo„quentia indiuulſo ſtudii nexu copula„bantur. *Diſſert. Politicæ p. 311. ſq.*

§. 4.

CICERO. CICERONIS *de Republica* opus amiſimus; lubet tamen hic nominare quaſi compendia quædam, vt vocant politica. Nam Oratio SYNESII *de Regno*, & MAECENATIS prolixa *Oratio ad Auguſtum* apud *Dionem Caſſium* L. 52. tum ISOCRATIS libellus *ad Nicoclem* quaſi ſummam exhibent Politicæ Monarchicæ. Idem dixeris de duabus SALLVSTII *Orationibus de republica*

*blica ordinanda:* tum de PLINII *Panegyrico* & de CICERONIS *Epistolis ad Quintum Fratrem.* Cap. XLIV. Script. Polit.

„Inde cum imperii maiestate ad Ro„manos translata est studiorum gloria; „qui Græcis eam laudem veluti eripue„runt. In politicis *Cicero* duo potissi„mum opera scripsit: vnum ad imitatio„nem *Platonis*, Libros scilicet *de Republi„ca*; alterum ad imitationem Stoicorum, „libros sc. *de Officiis*. Hunc enim librum „vere politicum esse, in quo ethica do„gmata ad exempla negotiaque politica „accommodantur, alibi ostendimus. *Diss. Polit. p. 312.*

„*Ciceronis* opus *de Republica*, & cum „eo præstantissima Politice periit: quam „si haberemus, non esset interpres *Platonis* „potior in hoc genere. *Comment. de Script. p. 42.*

§. 5.

Consilia de studio Politico complura extant. In iis nominanda hic COLERI *epistola de studio politico*, & quæ HERM. CONRINGIVS in Propoliticis exhibet.

„Extant, præter *Caselii*, *Sturmii*, *Coleri*, „*Clapmarii*, *Scioppii*, eruditas de omni „studiorum, præsertim ciuilium, ratione „consultationes, etiam aliorum virorum „insignium dissertationes, pro conditione „eorum, quibus suadetur, variis ætatibus, „studiis, propositis, accommodatæ: quas

„non

Cap. XLIV. Script. Polit.

„non ita pridem in vnum volumen con-
„gregarunt Amſtelodamenſes editores.
*Diſſ. T. III. p. 341.*

Conſtat autem duas eſſe vias, vnam præceptorum, alteram exemplorum. Præcepta potiora ex *Ariſtotele* collegit CELLARIVS in *Epitomen*, & diffuſius HENNINGVS ARNISAEVS in *Syſtemate Politico* & *Relectione Politica*.

„De ipſa Politica doctrina eo breuior
„ero, quod ſatis adhuc memoraſti, duas
„eius comparandæ rationes ſemper a no-
„bis eſſe propoſitas, Præcepta & Exempla.
„Qui Præcepta ſcripſerunt, ex iis optimos
„putabis, vt quisque *Ariſtotelem* ſequetur
„& interpretabitur. Tales in Politicis
„cenſentur *Arniſæus*, *Keckermannus*, *Timplerus*. *Diſſert. T. III. p. 243.*

„Diſtinguemus autem eos, quatenus
„alii per compendia & libros ſuccinctio-
„res doctrinam ciuilem complexi ſunt:
„alii amplioribus commentariis eandem
„expoſuerunt. Ex priori genere *Arniſæi*
„*Compendium*, itemque *Keckermanni*, &
„*Timpleri* videntur. *Ibid. p. 498.*

„Ex recentioribus alii minores ſunt, vt
„*Balthaſar Cellarius*, qui multum ex *Ari-*
„*ſtotele* ad rempublicam Germanicam ac-
„commodauit; opuſculum memorabile.
„Laudanda etiam *Arniſæi Politica*, qui,
„*Ariſtotelem* ſequitur. *Schœnborneri* et-
„iam ſuam laudem meretur; ſed perfe-
„cti

Digitized by Google

„cti ſyſtematis laudes habere nequit. Cap. XLIV.
„*Aithuſius* etiam multis placuit propter Script. Polit.
„plurima immixta ex iure ciuili; ſed mi-
„randum, quod illud opus adeo laudetur,
„cum multa contineat, quæ non laudan-
„da. *Diſſ. ad Lipſii Politica p. 71.*

Breuiſſimus libellus ſeu *Synopſis Politicorum* DILHERRI etiam commendari debet.

§. 6.

Maiora opera ſcripſere viri duo, qui in hoc genere non habent pares. BODINVS, qui tamen iudicium lectoris & peritiam erroribus notandis exercitam deſiderat; & THOLOSANVS, cuius gloriam obſcurare voluit, ſed fruſtra, ADAMVS CONTZENIVS, Ieſuita.

„Maiorum Syſtematum ſcriptores
„ſunt: *Bodinus*, cuius admirabile iudici-
„um. Huius operis tanta fuit celebritas,
„vt in Anglia publice fuerit præceptum.
„Et ſane primus oſtendit, quantus ſit vſus
„hiſtoriæ in Politicis. Coniunxit vtiliter
„cum Politicis Iurisprudentiam; quod
„omnino requiritur, ſi quis velit eſſe per-
„fectus Politicus. Etiam propterea lau-
„dandus, quod iudicio practico mirifice
„pollet. Næui autem huius operis etiam
„quidam ſunt, & primus quidem, quod
„Philoſophiæ Ariſtotelicæ non fuit ſatis
„peritus: qui defectus ortus eſt ex igno-
„rantia Græcæ linguæ, cuius aliqualem



Digitized by Google

Cap. XLIV. Script. Polit.

„quidem, non tamen perfectam habuit „notitiam. Alter næuus *Bodini* est in „singularibus quibusdam sententiis, vt e. „g. ille confinxit nouum genus propor„tionis, cum alias tantum duplicem o„mnes statuant, Geometricam & Arith„meticam: sed addit ille tertiam Harmo„nicam. Tertius est in audacia iudican„di de rebus externis. Summatim qui „laudes *Bodini* nosse vult, ei *Scæuola Sam„marthanus* adeundus in Elogiis illustri„um virorum. In maioribus iterum lau„dandus ARNISAEVS, qui tamen „antiquos scriptores non satis intellexit & „illos interdum contra sensum ipsorum „laudat. Sequitur *Gregorius Tholosa„nus*, semper cum laude memorandus, „cuius opus politicum etiam celeberri„mum est & quidam quasi thesaurus & „collectio locorum communium. Hunc „excepit *Adamus Contzenius*, Iesuita, qui, „vt obscuraret opus *Tholosani*, scripsit „etiam opus politicum; verum male iu„dicant, qui *Contzenium Tholosano* præfe„runt. Sequitur VELSTENIVS, qui „pariter laudandus. *Diss. ad Lipsii Poli„tica p. 71. sq.*

„In posteriori genere, scilicet eorum, „qui diffuse commentati sunt de politicis, „sunt *Bodinus*, *Tholosanus*, *Arnisæi Rele„ctiones Politicæ*, *Contzenius*. Inter quos „*Tholosanus* instar thesauri & locorum com-

„communium commodiſſime deligetur. Cap. XLIV.
„*Arniſæi Relectiones Politicæ* ad vſum di- Script. Polit.
„ſputandi cumprimis aptæ ſunt. *Bodi-*
„*nus* autem vix vtiliter, niſi ab iis, legetur,
„qui non intelligere tantum, ſed iudicare
„res politicas norunt. Si quis ſuperiori-
„bus velit ANDREAM FRICIVM
„addere, rem non pœnitendæ operæ fece-
„rit. *Diſſ. T. III. p. 498. ſq.*

„Cum inſtaurari cœpiſſent ſtudia, ple-
„rique magnorum virorum commenta-
„riis in *Ariſtotelem* & *Platonem* ſcribendis
„occupabantur; aut diſſertationes com-
„ponebant de ſingularibus argumentis
„politicis, donec poſt *Bodini, Andr. Fricii,*
„*Gregorii Tholoſani* &c. Syſtemata in-
„gens cupido & certamen politica ſcri-
„bendi ſyſtematice ſæculum inuaſit, &
„vsque ad nauſeam ac ineptias in hunc
„diem increuit; dum qualicunque metho-
„di ſiue ordinis nouitate (quæ tamen ſæ-
„pius ſcribentis ingenio, quam diſcentium
„vſui congruit) absque doctrinâ aut ſoli-
„dioris propoſiti ſapientia non pauci val-
„de ſibi animaduertuntur placere. *Diſſ. Politicæ p. 313. ſq.*

„Profuerit etiam habere aliquem vbe-
„riorem politicorum ſcriptorum quaſi
„theſaurum, vnde tanquam ex locis com-
„munibus copioſioris apparatus materies,
„quoties lubet, depromi poſſet. In quo
„genere præfero *Contzenium* & *Bodinum.*



Digitized by Google

Cap. XLIV. Script. Polit.

„Ac de illo quidem nil attinet dicere; *Bo-*
„*dinus* non lectorem modo, sed & iudi-
„cem requirit. *Ibid. p. 345.*

„*Bodinus*, summi ingenii vir, multos
„monuit, quomodo Politicam & Iuris-
„prudentiam debeant coniungere, id est,
„quomodo vtrique ex historiis, quarum
„studiosissimus fuit, debeant lumen mu-
„tuari, & promtum in vsus vitæ robur ac-
„commodare: reprehensus ille quidem
„non immerito & hic a *Grotio*, & alibi a
„*Piccarto*, quod politicam cum iure in-
„terdum confuderit. Quod sicut a do-
„ctore ciuilis prudentiæ abesse debet;
„ita de cetero optandum fuerit, vt ii, qui
„reipublicæ & negotiis studia sua destina-
„runt, de coniungendo cum Politica, præ-
„sertim Iurisprudentiæ vniuersalis vsu,
„& pro ciuitatis institutis & administra-
„tionis publicæ moribus, etiam iure ciuili,
„serio cogitandum sibi existimarent. Ne-
„cessitudo horum studiorum commenda-
„tur, non defenditur confusio: qua fit,
„vt multi errore publice perniciosо cre-
„dant, sola iuris ciuilis peritia omnem
„reipublicæ tractandæ rationem circum-
„scribi ac sustineri. Sed *Bodini* lectio
„virum postulat doctrina & iudicio suba-
„ctum, a qua propterea tyrones horum
„studiorum merito sibi temperarent. Di-
„sputationes enim eius aduersus *Aristote-*
„*lem*, perpetuum & infelix ἔμβλημα præ-
„clari

*Ad c. 15. l. 4. Polit. Arist.*

„clari operis, Græcæ linguæ peritia & ex- Cap. XLIV.
„quisitiore philosophia diiudicari & ar- Script. Polit.
„gui desiderant. Solennia etiam errat
„in exterorum rebus ad historiam & rem-
„publicam pertinentibus: sicut vel Ger-
„manicæ rei exempla abunde ostendunt.
„Indulget & suis quibusdam commentis;
„quod in *proportione harmonica* varie re-
„bus accommodanda præter modum &
„rationem fieri ab eo videmus. Neque
„tamen censorem eius *Albergattum*, Ita-
„lum, vbique feras: imo eruditionem
„eius sæpe, iudicium & modestiam non-
„nunquam in verbosis illis disputationi-
„bus desideres. Sed hæc alio loco op-
„portunius disquiruntur. *Præfatio ad Comment. in Grotium de I. B. & P. p. 24. sq.*

„Queritur vir citra controuersiam do- l. c.
„ctissimus, *Michael Piccartus*, quod *Bodi-*
„*nus* Politicam & Architectonicam scien-
„tiam de gradu & dignitate sua deiecerit,
„dum ad ius Romanum Gallicumque so-
„lum hanc doctrinam restrinxit. Cuius
„generis errores *Bodino*, homini ingenio-
„sissimo, sed confusioris eruditionis, fere
„solennes sunt: neque immerito docto-
„rum virorum disputationibus conuel-
„luntur. *Diss. T. I. p. 19.*

§. 7.

Ad viam exemplorum optimus dux & magister LIPSIVS, de cuius *Politicis* alibi.

„Discentibus commode inseruire pot-



Digitized by Google

Cap. XLIV. Script. Polit.

„eſt præſertim *Lipſii Politica*, quæ præce-
„pta ſic tradit, vt iter muniat ad exempla:
„de cuius operis præſtantia & vſu integra
„ diſſertatione egimus. *Diſſ. T. III. p. 498.*

„Eſt hoc opus *Lipſii* etiam ſyſtemati-
„cum: ſed noua vtitur methodo, quæ ad
„vitam potius, quam ad ſcholam philoſo-
„phorum pertinet. *Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 75.*

„Inter recentiores præcellunt *Lipſii*
„*exempla & monita*; itemque *Sabellici*
„*exempla. Diſſ. T. III. p. 499.*

*Lipſii* Præcepta politica & exempla ipſa
„ad alteram & quidem veræ prudentiæ
„parandæ palæſtram, Hiſtoriam, viam
„præeunt. *Ibid. p. 343.*

§. 8.

Quæſtionarii ſeu Quæſtionum politicarum ſcriptores Itali, Galli, Germani, plures ſunt, non ſperandi quidem omnes; ſed qui in partem ſubſidiariam huius ſtudii ſi veniant, ſatis eſt.

„Inſtitutum Diſſertationum Politica-
„rum ab Italis ad alias gentes tranſiit, In-
„ter quos præcipui PAVLVS PARV-
„TA & MACHIAVELLVS, cuius
„*Diſcurſus ad Liuium* commendantur.
„Inter eos etiam IVLIVS BELLVS.
„AMMIRATVS item, Italus, *Diſſer-*
„*tationes Politicas ad Tacitum* ſcripſit,
„qui ſua laude non eſt fraudandus. Ad-
„dendus his BOCCALINVS, vir
„maximi ingenii, ſed eruditione profun-
„diori

Digitized by Google

„diori deſtitutus; vnde ſæpe iudicia non laudanda profert. Inter Gallicos diſſertatores eſt FRANC. MELLIETVS. Ex Germanis ſunt diſcurſus PICCARTI, VIRDVNGI & MATTH. BERNEGGERI *Quæſtiones ad Tacitum*, & GRVTERI *Diſcurſus*. Sed hi ſcriptores tantum ad ornatum, non ad fundamenta politica pertinent, vt illa inde eruantur. Qui Quæſtiones politicas ſcripſere, ſunt diuerſi generis. Edidit MELCHIOR IVNIVS *Quæſtiones Politicas*; item IO. GERHARDVS, magnus ille Theologus; item BERNEGGERVS. *Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 73. ſqq.* Cap. XLIV. Script. Polit.

## FARRAGO MONITORVM BOECLERI DE SCRIPTORIBVS POLITICIS.

„OMnis hiſtoria præcipue ad inſtitutionem ciuilis prudentiæ referenda eſt. „In primis deſcriptiones ſingularum rerumpublicarum magno diſciplinæ momento huc pertinent. Non vna huius generis ratio. In præcipuis iſtæ: 1. per nudam deſcriptionem, 2. deſcriptio politice explicata & illuſtrata, 3. cenſura rerumpubl. & κρίσις, 4. ſecundum & tertium genus miſcetur. Atque hæc vel peculiari opere ſcribuntur, vel hiſtoricis operibus

Cap. XLIV. Script. Polit.

„bus inſeruntur. In veteribus habemus „ARISTOTELIS Libros *II. Politi-*„*ces*, opus vere criticum, vbi celebriores „reſpubl. ad rationem ciuilis philoſophiæ „examinat. Opus enim maius deſcriptio-„nes rerumpubl. complexum 158. (apud „*Diog. Laertium* in vita *Ariſtotelis*) inte-„riit. XENOPHON duobus ſuauiſſi-„mis opuſculis deſcripſit Rempublicum „Lacedæmoniorum, & Athenienſium. „HERACLIDIS PONTICI de „Rebuspubl. pauca ſuperſunt fragmenta. „Hiſtoriæ autem pragmaticæ plurimas in-„ſeruerunt Græci & Latini deſcriptiones „Rerump. vel nude (e. g. ap. Tac. II. An. „60.) vel explicatius. In iunioribus qui-„dam veteres Resp. explicarunt, quidam „nouas. Veterum Rerump. Scriptores „e. g. habemus VBBONEM EMMI-„VM, qui Græcas Resp. deſcripſit. Addi „debent MEVRSII *Attica*, & *Laco-*„*nica*; NICOL. CRAGII *Resp. Spar-*„*tana*. Molitus eſt quædam huius gene-„ris ſucceſſu impari KECKERMAN-„NVS, & ARNISAEVS. Hebræo-„rum Remp. deſcripſerunt BERTRA-„MVS, SIGONIVS, CVNAEVS. „*Perſarum Regium principatum* ad exem-„plum exquiſitæ ſcriptionis, BRISSO-„NIVS. Romanam, WOLFG. LA-„ZIVS &c. Nouas Resp. deſcripſere, „BOTERVS, CASPAR ENS, „PHI-

Digitized by Google

„PHILIPPVS HONORIVS, Cap. XLV.
„GOTTFRIDVS in *Archontologia*, Script. Polit.
„*Cosmica*, quibꝰ quotidie aliqua accedunt.
„Exquisitiora sunt CONTARENI
„*Resp. Veneta*, SMITHI *Anglia* &c. Hi-
„storiis inseruerunt nobiles descriptiones
„Rerump. variarum, tum alii, tum præci-
„pue THVANVS. Etiam fictis argu-
„mentis hic locus fuerit, THOMAE
„MORI *Vtopia*, BACONI *Atlantis* &c.
„— — — laudabilis est
„hoc loco GABRIEL. NAVDAEI
„*Bibliographia Politica* a doctissimo *Con-*
„*ringio* nuper denuo edita, vna cum Gro-
„tiana Epistola, & *Coleri de studio Poli-*
„*tico*. Addatur eiusdem CONRINGII
„præfatio ad *pædiam Politicam Scioppii*.
„Sed Bibliothecam Politicam ordinatu-
„rus rationem habebit (I) Librorum I-
„sagogicorum, de qualibus iam dictum;
„(II) Librorum dogmaticorum, qui vel
„præcepta scribunt, idque tum Epito-
„mice, tum plenius Systematice; vel sin-
„gulas materias exegetice ac diexodice
„tractant; (III) Librorum Historicorum,
„quorum varia distinctio alibi copiose tra-
„ditur; (IV) Librorum, qui acta conti-
„nent publica, varii generis lociqne; (V)
„Librorum certi temporis, personæ, ge-
„neris, gesta politica epicrisi commentan-
„tium; (VI) Librorum Dissertationes
„politicas varii generis continentium;



Digitized by Google

Cap. XLIV. Script. Polit.

„(VII) Librorum controuerſias de iure „aliquo publico continentium, præſer- „tim domeſticas; aut ius aliquod publi- „cum demonſtrantium explicantium- „que; (VIII) Librorum, qui priuata „iura & inſtituta, quatenus ad Remp. „ſpectant, varie commentantur; (IX) „Librorum, conſilia iudicibus ſug- „gerentium. (X) Librorum, conſilia „in publicis negotiis faciendis omittendis- „ue ſuppeditantium; (XI) Librorum, „ſecreta politica continentium; (XII) Li- „brorum, eloquentiam ciuilem iuuan- „titium; (XIII) Librorum Miſcel- „laneorum. *Inſtitutiones Politicæ p. 297. ſqq.*

„Tota de rebuspublicis philoſophia „non poteſt exacte, niſi per obſeruatio- „nem exemplorum in ſingulis tractari. „Hoc conſilio *Ariſtoteles* ipſe, tum in ſe- „cundo ſuperſtitis Politicæ libro, tum in „ſingulari opere deſcriptiones Rerump. „inſtituit. *Heraclides* quoque *Ponticus*, & „*Nicolaus Damaſcenus* quorum fragmenta „quædam habemus, hanc viam inſtite- „runt. Noſtra ætate Elzevirii, laudabili con- „ſilio. Rerump. complurium delineatio- „nes edidere. Sed auctores earum valde „diſcrepant, induſtria, iudicio, propoſito. „Multum adhuc debebitur ei, qui ad ſco- „pum ciuilis prudentiæ, idonea ratione in- „ſtru-

Digitized by Google

„ſtructuque, Rerump. Hiſtoriam conte-
„xendam ſibi ſumſerit. Valde enim
„fallacem habere cognitionem comperi
„pleraque, quæ in hoc genere paſſim e-
„duntur: nam & omittuntur ſæpe, quæ
„omitti non debuerunt, nec ſatis diiudi-
„cantur, quæ diſcretione aut deſignatio-
„ne exactiori opus habent. *Diſſ. T. I. p. 1129. Conf. ſupra c. 27. §. 8.*

„Cum ciuilis ſapientia literis coli cœ-
„pit, peritiſſimus quisque Philoſopho-
„rum, hiſtorias de rebuspubl. conſcripſit.
„*Ariſtotelis, Theophraſti, Xenophontis, He-*
„*raclidis Pontici, Nicolai Damaſceni*, alio-
„rumque curas in deſcribendis Politiis
„paſſim laudari videas. Adeundus eſt
„etiam *Diogenes Laertius* & *Photius*, vt ex-
„hibeant titulos eiusmodi operum. Ex iu-
„nioribus etiam huic inſtituto bonam con-
„tulerunt operam *Io. Boterg* in *Politica Im-*
„*periorum, regnorum, rerump. Philippus*
„*Honorius* in *Theſauro, Caſpar Ens* in *Rela-*
„*tionibg*, & quos ſingularum rerumpl. ſcri-
„ptores edidere Elzeuirii. *Diſſ. Polit. p. 455.*

„Videatur omnino, exempli cauſſa, &
„vt praxis huius philoſophiæ (de reme-
„diis rerumpl. corruptioni opponendis)
„SALLVSTII Oratio *de republica or-*
„*dinanda*, ſiue, ex corrupto ſtatu poſt
„bella ciuilia in meliorem referenda &
„reſtituenda. Item IVLII PFLVG
„Oratio (1560. ſcripta) *de ordinanda rep.*

„Ger-

Cap. XLIV. Script. Polit.

„*Germaniæ.* Vbi præſertim examinari „merentur quæ de iure Cæſareo diſſerit, „an morbo reip. an tempori aptum reme„dium & aliis præferendum ſit. Iuuaret „etiam examinare OSTERMANNI „*Palladium Pacis exulantis*; in quo multa „prudentiæ eius, de qua hic agimus, deli„quia. Item HIPPOLYT. a LA„PIDE. Propter comparationes cre„bras a re medica petitas videatur CA„NONHIER *in Aphoriſm. Politicis, Inſtitut. Polit. p. 249.*

„Porro inter ea, quibus imperfectio „præceptorum ſuppletur, ſunt etiam pe„culiares commentationes de ſingulis ar„gumentis politicis. Sicut e. g. de con„ſiliario ſcripſerunt HIPPOLYTVS „a COLLIBVS, FRID. FVRIVS, „Cæriolanus; de legatis ALBERICVS „GENTILIS, CAROLVS PA„SCHALIVS, &, qui inſtar omnium „tibi laudandus eſt, FRIDERICVS „MARSELAER; de cenſu HER„MANNVS LATHERVS, & ante „eum GEORGIVS OBRECHTVS „noſter; de ratione ſtatus BONA„VENTVRA, SCIPIO CLARA„MONTIVS, SEPTALIVS; de „aliis alii. *Diſſ. T. I. p. 345.*

„Fatum aulicorum eſt mutabile ad„modum. Sic Seiani eſt exemplum ex „veteribus, qui floruit initio & diu; ſed

„ad

Digitized by Google

„ad extremum tamen letho datus eſt. Ba- Cap. XLIV.
„ro ENENCKELIVS hac de re et- Script. Polit.
„iam libellum, paruum quidem, ſed non
„ſpernendum, ſcripſit. Inter Gallos PE-
„TRVS MATTHIEV *Seianum*
„ſcripſit, librum egregium. PETRI
„tamen PVTEANI ſcriptum omnium
„facile induſtriam ſuperat. Inter recen-
„tiora exempla eſt *Oliuarius diſgratiatus. Diſs. ad Lipſii Politica p. 139.*

„*Petri Matthieu* ſcriptum Gallicum,
„opus ſatis celebratum; ſicut omnia eius
„opera prudentia & eruditione excellunt;
„quamuis ſcribendi artibus ingenium non
„æquet; & Baronis *Enenckelii* Latinum,
„titulo *Seianus*, occaſione caſus Cardina-
„lis Cleſelii. *Sæcula IV. p. 55.*

„Inter ſcriptores huius argumenti (de
„aulicis) incipiendum ab Hiſtoricis, quo-
„rum tres, *Curtius*, *Tacitus*, & *Ammianus*
„*Marcellinus* omnibus ſane ex veteribus
„quidem præferendi. Stilus *Ammiani*
„eſt horridus. Inter Poetas nemo eſt,
„qui *Senecæ* Tragico præferri poteſt; eſt
„enim ille ſcriptor vere aulicus. Ex Hi-
„ſpanis ANTONII GVEVARRAE
„liber *de vita aulica*, & peculiaria *monita*
„*de aula*; item *Epiſtolæ* eius huc pertinent.
„Inter Gallos eſt SILHONIS *Mini-*
„*ſter ſtatus*; IOACHIMI item PA-
„STORII *Aulicus inculpatus* commen-
„dandus. Deſcriptiones aularum ſecre-

„tæ

Cap. XLIV. Script. Polit.

„tæ hic etiam addi debent, quas habemus „plerumque ex delcriptionibus Legato- „rum. De his notandum tamen, quod „odia profint, propter crebram mutatio- „nem aularum. De Hiſtoria aulæ Ro- „manæ veteris & Conſtantinopolitanæ „(quæ notitia per eſt neceſſaria etiam Iu- „ris ſtudioſis; nam libri tres poſteriores „Codicis multum habent de notitia aulæ „Romanæ) ex recentioribus præcellit „IVL. CAESAR BVLENGERVS „in opere *de Imperio & Imperatore Roma- „no.* Proximi PANCIROLLI Com- „mentarii *de Notitia Imperii*, qui valde „probantur. IACOBVS GVTHE- „RIVS *de Officiis domus Auguſtæ* etiam „non debet præteriri. Sunt etiam duo „viri, qui multum hic omnino conferunt; „primus eſt GRETSERVS in *Com- „mentario ad Codinum:* ſuperauit tamen „VALESIVS eius induſtriam in *Anno- „tationibus ad Ammianum Marcellinum* „eruditiſſimis. *Diſſert. ad Lipſii Polit. p. 139. ſqq.*

„Habemus egregios libros *Alberici Gen- „tilis*, Legationum III. *Caroli Paſchalii*, „*Kircheri* Legatum, *Frid. de Marſelaer* „Legatum, qui poſtremus præſertim mul- „ta ad recentioris temporis vſum accom- „modauit. Præter hæc etiam memoran- „dæ hic ſunt relationes Legatorum, vnde „de ipſorum artibus & virtutibus conſtat:

„qua-

Digitized by Google

„quales habentur *Philippi Cannaii* Lega-
„tiones Gallice conſcriptæ, *Perronii* Le-
„gatus eadem lingua, *Arn. Oſſati* Epiſto-
„læ, eadem lingua. *Memoriale Politicum p. 52.*

„Eximia ſunt in hoc genere (de Tri-
„butis & vectigalibus) magni ICti GE-
„ORGII OBRECHTI *Secreta Po-*
„*litica.* Huius viri vitula arauit HER-
„MANNVS LATHERVS in opere
„*de Cenſu;* res enim ipſas ex *Obrechto* de-
„ſumſit, de ſuo vix aliquid addidit, quam
„cumulum teſtimoniorum & auctorita-
„tum. Ingentis etiam molis opus *de æ-*
„*rario* FAVSTVS, ICtus, edidit. Quo-
„modo autem in imperio noſtro Germa-
„nico res tributaria tractanda ſit, oſten-
„dit CASP. KLOCKIVS in diſſ.
„*de contributionibus*, quæ ſubinde in to-
„tum opus excreuit. *Memoriale Politi-*
*cum p. 46.*

„Inter ſcriptores præcipuus eſt GE-
„ORGIVS OBRECHTVS in *Secre-*
„*tis politicis.* Scripſit autem absque cita-
„tionibus hæc *Secreta politica*, quia ſcri-
„ptus hic liber erat Principibus, quibus fe-
„re ingratæ ſunt citationes multæ. Poſt
„illum *Hermannus Latherus de Cenſu*, qui
„legerat *Secreta Obrechti*, & totam ſtru-
„cturam operis inde deſumſit, additis tan-
„tum citationibus; cetera enim *Obrechto*
„pleraque debet. RESOLDVS in
„Diſſer-

Digitized by Google

Cap. XLIV. Script. Polit.

„Dissertatione *de ærario* etiam multum „operæ posuit in hac materia. *Caspar „Klockius de Collectis & Contributionibus,* „qui fere omne tulit punctum & ceteros „fere omnes superauit. *Diss. ad Lipsii Politica p. 156. seq.*

„De ærario satis multa scripserunt *O-„brechtus* (qui scripserat vastum opus de „ærario multis auctorum citationibus ple-„num; sed quia id in Principum gratiam „edidit, omisit illas, ac nude rem propo-„suit. Postea *Latherus* nil præter ea, „quæ *Obrechtus* scripserat, protulit, nisi „quod plura exempla ac auctorum loca „adiecit) *Herm. Latherus* & ingentia nu-„per edita volumina. Vide in primis e-„ruditam tractationem *Bodini* de Rep. L. „VI. c. 2. De ærario *Lipsius* IV. Polit. „c. 2. De tributis *Besoldus* Politic. Mai. „L. 2. c. 4. *Gregorii* autem *Tholosani* „totus liber III. huc pertinet. *Dissert. Politicæ p. 360.*

„ANTONIVS PALAZZO li-„brum scripsit *della ragion di Stato;* & „BOTERI opus præfert hunc titulum, „sed plane alio sensu. Sed tres sunt exi-„mii, qui hac de re scripserunt; quorum „BONAVENTVRA est vnus. SCI-„PIO CHIARAMONTI, seu CLA-„RAMONTIVS, secutus. Tertius „est LVDOVICVS SEPTALIVS „*de ratione Status;* quod eius opus nihil

„fere

„fere eſt aliud, niſi egregius commenta- Cap. XLIV.
„rius in capita 10. & 11. *Ariſtotelis Lib. V.* Script. Polit.
„*Polit.* Abuſus primus huius vocis fit
„per imperitiam, deinde vero alius etiam
„eſt abuſus ex profundiore conſilio. Sic
„HIPPOLYTVS a LAPIDE ſcri-
„pſit opus *de ratione Status Imperii Ro-*
„*mano-Germanici.* Scriptus autem eſt
„ille liber inter bella, adeoque multa in-
„ſunt haud dubie iniqua & abſurda: ſed
„ſcripta ſunt ab hoſte, & ideo nihil ſince-
„rum inde ſperari poteſt; diſplicet enim
„nunc etiam ipſis, in quorum fauorem li-
„ber ille ſcriptus eſt. *Diſſ. ad Lipſii Poli-*
*tica p. 162. ſq.*

„Superiore ſæculo prodiit in Gallia li-
„ber, cui titulus: *Lucius Iunius Brutus,*
„*ſiue Vindiciæ contra tyrannos.* Multum
„eruditionis ineſt, ſed plus fraudis ſophi-
„ſticæ. Summa enim temeritate ex qui-
„busuis fere regibus tyrannos facit, & ty-
„rannidem hypotheſibus nunquam con-
„cedendis deſcribit. *Memoriale Politi-*
*cum p. 18.*

„In iis liber ille, cui *Brutus* eruditum
„magis, quam auſpicatum nomen eſt.
„Claſſicum ille canit aduerſus Reges, &
„priuata auctoritate ex regibus tyrannos
„facit, cauillatione non philoſophiæ mo-
„do ſanioris, ſed Scripturæ Sacræ. Iuuat
„prætextum doctrinæ & ſpuriæ ſpecies
„grauitatis. Multum nocuit præ ceteris



Digitized by Google

Cap. XLIV. Script. Polit.

„ille liber ; cuius auctorem *Grotius* in „*Apologetico aduerſus Riuetum* facit „MORNAEVM. At Lauſannæ oſten- „dit vir doctus amico ſchedas manu HV- „BERTI LANGVETI, quaſi a ge- „nerante ſcriptas. Vtinam in his non „tam pertinaciter nominari voluiſſet „HOTOMANNVS, mali vtique „exempli auctor, in *Franco-Gallia* ſua: „vbi εἰς τὸ δεκλεύειν τῇ ὑποθέσει etiam hi- „ſtoriam non ſemel corrumpit. CLAV- „DII SEYSELLII Gallia eodem per- „tinet. Horum virorum auctoritas et- „iam viris cetera innoxiis & moderatis, il- „licio amicitiæ primo impoſuit, ac ho- „rum opera deinceps aliis. Nam de fu- „rore & licentia, vltricibus flammis digna, „quæ inter factiones & diſſidia graſſari „inſtituit, nolo dicere. *Commentatio in Grotium de I. B. & P. p. 275.*

„Quæritur etiam, an *L. Iunius Brutus* „ſit famoſus libellus; & omnino affir- „mandum eſt, eſſe illum famoſum libel- „lum. De auctore eius libri variæ docto- „rum ſententiæ. Quidam putant, eſſe „*Languetum.* Liber ſatis eruditus, ſed ſe- „ditioſiſſimus. *Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 126.*

„Auctorem libri, qui inſcribitur *L. Iu- „nius Brutus, ſeu Vindiciæ contra Tyran- „nos* quidam ſtatuunt *Mornæum*, Theo- „logum reformatum, alii *Hubertum Lan- „guetum*, alii *Theodorum Bezam.* Sed

„cuius-

Google

„cujuscunque sit ille liber, est pernicioſus Cap. XLIV.
„sane. Huic scripto potest comparari Script. Polit.
„etiam *Claudii Seyſſellii deſcriptio Galliæ*,
„qui id agit, vt regi Galliæ adimat ius regi-
„um. Hinc addi tertio loco debet *Hoto-*
„*manni Franco-Gallia*, qui tres libri omne
„ius regium oppugnant. *Ibid. p. 182. ſq.*
*Conf. ſupra c. 20. §. 1.*

„Auctor *Vindiciarum contra Tyran-*
„*nos*, qui se appellauit *Steph. Iunium Bru-*
„*tum* (est autem *Hub. Languetus*; quam-
„uis *Hugo Grotius* in *Apologetico aduerſus*
„*Riuetum* alium existimet) exemplis Bi-
„blicis multum dissimilibus tanquam si-
„milibus vtitur. Ex aliis quoque histo-
„riis casus ponit, casui illi & negotio regni
„Gallici, ad quod totus ille liber spectat,
„multum dissimiles. *Dissertat. Polit.*
*p. 322.*

„Prima & maxima quæstio est de iure
„regio, seu de iure summæ potestatis (siue
„penes vnum illa sit, siue penes plures)
„quod describitur 1. Sam. VIII, 11-19. Quæ-
„ritur enim an illa potestas summa & ple-
„nissima in personas & bona ciuium de
„facto tantum & consuetudine imperan-
„tium, an de iure accipienda sit? Magnus
„*Gerhardus de Magiſtr. polit. §. 125.* argu-
„menta affert in vtramque partem. Conf.
„*Wilh. Schickard. de iure regio Hebræo-*
„*rum; Grotius de I. B. I, 4, 3.* vbi præser-
„tim *Iunium Brutum* cum sociis tangit.

Cap. XLIV. Script. Polit.

„Ille enim *quæſt. 3. Vindiciarum contra „tyrannos p. 317.* de abuſu & licentia re„gum, non de iure regio ſermonem eſſe, „occaſionemque inde ſumtam Hebræis „coercendi regiam poteſtatem, explicat. „Sicut autem illud vere monet *Brutus*, au„licos abuti illo Samuelis loco: ita nec „ipſe, nec alii excuſari poſſunt, qui, conſe„quentia huius loci neglecta, latam ſub„ditis licentiam oſtentant, ſi reges ipſo„rum iuxta vaticinium huius loci ſe ge„rant, id eſt, vt ipſi explicant, tyrannice. „Viderunt & noſtra tempora diſputatio„nes de hoc loco partim impias, partim „incautiores & immoderatas. Sicut e„nim iniquus eſt in ius regium *Miltonus*, „ita nemo auſit omnia defendere, aut re„cipere, quæ *Salmaſius* in *Defenſione regia* „ad locum Samuelis commentatur: cu„ius præcipua diſputatio eo tendit, vt de „iure licentiæ ſeu impunitatis exaudien„dum Samuelem oſtendat. Ius autem im„punitatis improprie ius dicitur, ſicut no„tum eſt: inde ergo inferre, legitimum „eſſe, cui impunitas adiuncta eſt, ciuiliter „loquentium conſuetudini vix congruit. „Sunt autem rationes eorum, qui non de „facto tantum, ſed de iure etiam ſermo„nem eſſe ſtatuant, fortiores apud *Ger„hardum. Inſtitut. Politicæ p. 98. ſq.*

„Deprauant etiam non parum hanc „de maieſtate doctrinam, qui, prætextu

finis

„finis, quem ciuitas optima ſibi proponit, „meras perfectiones in ore habent, com- „munisque omnium boni cauſſa ex æquo „omnes ciuitates vnice conſtitui ratioci- „nantes, a populo & propter populum „omnia imperia ita ſtatuunt, vt maieſtas, „ſeu ſumma ciuilis poteſtas, ſemper penes „populum maneat, ab eo ſemper & in „quocunque regiminis genere depen- „deat, neque magis quam vita communi- „cari aut in alium tranſire poſſit. In hanc „ſententiam aliquos animus arrogans, in- „domitus, Stoico rigore libertatem ſibi „fingens & pingens abduxit: alios op- „preſſionis metus aut tyrannidis eo eui- „brauit, vt poteſtatem ciuilem bene con- „ſtitutam negarent, niſi populo ſubiice- „retur, nonnulli, periculoſæ ſane ſapien- „tiæ auctores, eo veluti terriculamento „Reges, ne in tyrannidem elaberentur, re- „tentare moliti ſunt. . Præcellunt in his „nominibus *Hotomanni Franco-Gallia*; & „*de iure regni Gallici*; BVCHANANI „*Diaſcepſis de iure regni*; & *Brutus* ille; „ſiue *Mornæus* latet ſub iſto nomine (vt „*Grotius* in *Apologetico aduerſus Rivetum* „autumat) ſiue potius *H. Languetus*; ti- „tulo ſane ſpecioſo, quaſi *Vindiciæ contra* „*tyrannos* pararentur. Sed qui hos viros „ſtimuli in hanc philoſophiam egerint, „non eſt obſcurum. Itaque plus nocuit „ALTHVSII Politica, quæ iſta com-



Digitized by Google

Cap. XLIV. Script. Polit.

„menta & portenta opinionum auctori-
„tate artis donauit, vt mirandum prorſus
„& dolendum ſit, illud opus iuuentuti
„commendari in vlla Academia Auguſta-
„nam Confeſſionem profitente, cui hoc
„proprium eſt & eſſe debet, quod hanc
„philoſophiam incorruptam alias ſeruat.
„De cetero oppoſuerunt ſe tam fœdo
„dogmati ALBERICVS GENTI-
„LIS, *de vi in Principem ſemper iniuſta:*
„ARNISAEVS *de Auctoritate Princi-*
„*pum in populum inuiolabili*; cuius libri
„cap. 1. præcipuos patronos pernicioſæ
„doctrinæ amplius recenſet. *Grotius de*
„*I. B. I, 3, 8. & ſqq.* item *I, 4, 5. & 6. H.*
„*Conringius de ſubiecto ſummæ poteſtatis*;
„cum quibus iungenda eſt *Guil. Barclaii*
„doctrina aduerſus monarchomachos.
*Inſtitut. Politicæ p. 103. ſq.* (*vbi adduntur etiam argumenta contra Monarchomachos.*)

„Qui regium ius legitimum impu-
„gnant, ſubditis autem ius non legitimum
„vindicant, non ſunt vnius generis. 1. E-
„nim quidam adulantur & ſeruiunt ea in
„re Pontificis Romani prodigioſæ domi-
„nationi, cuius iſta ſunt huc pertinentia
„dictamina: Pontifex poteſt ſubditos ad-
„uerſus reges legitimos armare, poteſt
„eos vinculo & iuramento fidelitatis ſol-
„uere: ſubditis licet, primo principem
„hæreticum (ita vocant, quicunque di-

uer-

Digitized by Google

„uersum in religione sentit) pro tyranno „habere; deinde ei non obedire; imo (horrescо referens) si videat priuatus quisque, Principem nocere religioni Catholicæ, licere ei, vt consilium capiat occidendi principis, re tamen cum viris prudentibus communicata. Talia propugnarunt *Bellarminus*, Cardinalis *Perronius* & Iesuitæ passim. Videnda sunt præsertim, quæ nuperis annis disputata sunt ab Academicis Parisiensibus Sorbonicis contra Iesuitas. Contra hos, præter Theologorum scripta, præsertim strinxit calamum IACOBVS, Magnæ Britanniæ Rex, cuius aliquot opera in banc rem extant; & *Guil. Barclaius* aduersus Monarchomachos. Adde disput. memorabilem hac de re apud *Grammondum* anno huius sæculi X. & XXV. 2. Quidam odio regni potius quam tyrannidis, ingenio scilicet contumaci & factioso præditi, talibus scriptis tranquillitatem regnorum conuellunt. Nescio an huc *Buchananum* referam ob editum *Dialogum de iure regni Scot.* certe malignitatem animi alias quoque prodidit. Si tamen velit quis humanius iudicare & ad sequentem classem eum referre, nolo refragari. 3. Sunt enim inuenti, qui partim pulcritudine philosophiæ, quam imbiberunt, de optima regni specie, partim ad terrendos hac veluti

Cap. XLIV. Script. Polit.

„Gorgone tyrannos, partim ad ſeruanda „priuilegia cauſſæ ſuæ nimis ſeruierunt. „In quibus omnibus propoſitis ſpecioſus „libertatis titulus & illecebra ſubeſt. Huc „retulerit aliquis *Hotomanni Franco-Gal-*„*liam*, & ſi qui ſunt non multum diſſimi-„les. 4. Nonnullos calor diſputandi ad-„uerſus fautores & adulatores tyranno-„rum longius euexit: quod de auctore „*Anti-Machiauelli*, GENTILETTO „ſc. non abſurde credideris. 5. Quibus-„dam religionem incipientem & adole-„ſcentem inter homines diuerſa ſentien-„tes talibus ſchematibus munire conſili-„um & ius fuit. Hugonotis in Gallia id „ſæpe tribuitur. Merito tamen viris gra-„uibus religio fuerit, religionem cum „præiudicio iuris regii, quod & ipſum pars „eſt religionis (ſiue de quo recte ſentire „pars eſt religionis) tueri. Veritas enim „adiumenta non niſi ex veritate petit. „6. Multi ſecuritate quadam ſcribendi, „ſiue potius deſcribendi, auctoritatem „ſcriptorum, in quos inciderunt, pro „ratione amplexi, aliorum errores „ſuos fecere. Quid de *Iunio Bruto* „dicemus, auctore Vindiciarum ad-„uerſus tyrannos? in quo (ſiue is eſt „*Languetus*, de quo non dubito, ſiue is, „quem *Grotius* autumat in *diſcuſſione A-*„*pologetici Riuetiani*) videntur concurre-„re ea, quæ 3. 4. 5. loco ſunt poſita: ſi hu-

„ma-

Digitized by Google

Cap. XLIV. Script. Polit.

„manifſime iudicandum ſit. Scriptum ta-
„men ipſum non ſine ratione ſæpius ſedi-
„tioſis annumeratur ; neque dubitandum
„eſt, in animo id præcipue habuiſſe *Arni-*
„*ſæum*, cum tractatum ſuum dicit *oppoſi-*
„*tum ſeditioſis quorundam ſcriptis, qui om-*
„*nem principum maieſtatem ſubiiciunt*
„*cenſuræ Ephororum & populi.* Pone-
„mus hypotheſes eius præcipuas, quibus
„alienis aut falſis Gigantomachiam ſuam
„ſuperſtruit. Primo quidem ſpecioſe
„incedit, diſputando de iis, in quibus Rex
„præcipit Deo vetita, aut vetat Deo iuſſa ;
„in quibus non obediendum eſſe nemo
„negat. 1. Πρῶτον ψεῦδος & hypotheſis
„primaria eius eſt, Populum eſſe Rege
„ſuperiorem, quia omnes reges a popu-
„lo conſtituantur. Hoc ad nauſeam vsque
„inculcat, refutatum *Grotio I. B. I, 3, 8.*
„2. Obligationem Regis & populi eſſe v-
„bique æqualiter mutuam. *Grot. I, 3, 9.*
„3. Magiſtratus & officiarios eſſe regni
„conſortes, participes, regum ephoros,
„populum repræſentare, adeoque illo re-
„ſpectu regibus ſuperiores. 4. Reges o-
„mnes facit miniſtros populi, executores,
„& adminiſtratores. 5. Subditos ad obe-
„dientiam, non ad ſeruitutem teneri. 6.
„Fœdus cum Deo, quo populus obligatur,
„male aduerſus Reges trahit. 7. Exem-
„plis male vtitur, vel quatenus a particu-
„lari ad vniuerſale concludit ; vel quate-

Cap. XLIV. Script. Polit.

„nus non recte explicat, ſicut in regno Iu-
„daico pleraque confundit; vel quatenus
„ſimilitudinem a diſſimillimis regnis tan-
„quam ad ſimillima petit. 8. Similitu-
„dines vltra vim probandi ſimilitudinibus
„indultam extendit. *Diſſert. Politicæ p. 407. ſqq.*

„Scriptores rerum Ariſtocraticarum
„nominati ſunt diſſertatione *de notitia*
„*Reipublicæ.* Ex recentioribus eximius
„cenſetur etiam libellus BONFADII
„*de optima Reipublicæ formæ. Memoriale Politicum* p. 21.

„Ceterum hæc atque talia, quibus co-
„gnitio Reipubl. popularis & prudentia
„Democratica cenſetur, rectiſſime repe-
„tentur ex Ariſtotelicæ Politicæ libris IV.
„& VI. præcipue, & ex Atticis Oratori-
„bus, inter quos DEMOSTHENES
„ſingulariter commendandus eſt rerum
„popularium ſtudioſis. Ex Hiſtoricis ne-
„minem THVCYDIDI in hoc argu-
„mento prætuleris. Hinc HALICAR-
„NASSEVS, & PLVTARCHI vitæ
„quædam nominari debent. POLYBIVS
„in vtroque genere, Ariſtocraticæ & De-
„mocraticæ inſtitutionis, præcellit; ſicut
„in Latinis LIVIVS. Vix enim, præ-
„ſertim in hiſtoria Romana, ſeparari poſ-
„ſunt, quæ ad popularem, & quæ ad opti-
„matium πολίτειαν pertinent; id quod
„etiam de prædictis quibusdam intelli-
„gen-

Digitized by Google

„genduin eſt. Cum Democraticæ veræ
„ vel ex mutatione temporum, vel ex tem-
„peramento ſui ſtatus τὰ ἀριστοκρατικὰ
„nunquam non adminiſerint, Tribunitias
„conciones & certamina partis popularis
„cum optimatibus peculiariter atque de-
„nuo ſignare fas eſt. Qualia in SAL-
„LVSTIO quoque eximie memoran-
„tur. CORNELII NEPOTIS non
„prætereundæ ſunt vitæ, copioſa diſcipli-
„na populari in illa breuitate ſua illuſtres.
„Iam CICERO vnus quid omiſit re-
„rum ad popularem aut optimatium pru-
„dentiam pertinentium? Adiungi debet
„Hiſtoria ciuitatum, quæ populari aut
„mixto imperio vtuntur, vt priſca nouis
„illuſtrentur. *Diſſ. T. I. p. 66.*

„Quæ hactenus de perdiſcendis opti-
„matium ingeniis attigimus, præter *Ari-*
„*ſtotelis & Platonis Politica*, vberius peti
„poſſunt ex Græcis Latinisque Scriptori-
„bus, qui liberarum ciuitatum res decla-
„rant, vel vbi democratia, vel vbi ariſto-
„cratia, vel vbi ex vtraque mixta reip. for-
„ma obtinuit. Non enim reperitur De-
„mocratia apud veteres, quin Ariſtocrati-
„ca quædam temperamenta ibi vel vſur-
„pata, vel conſultata ſint; ne de mutatio-
„nibus & mutationum tentamentis dica-
„mus, quibus Attica Respublica eſt agita-
„ta. Huius enim res eximie huc perti-
„nent. Itaque ex Hiſtoricis *Thucydides*,

„ex

Cap. XLIV. Script. Polit.

„ex Oratoribus *Demoſthenes* & *Iſocrates* „diligenter verſandi. Romanæ Reipl. ne„gotia ab exactis regibus ad monarchiam „Cæſarum *Halicarnaſſeo*, *Plutarcho*, *Dioni*, „aliisque deſcripta habemus. Sed *Liuius* „ſingulariter hic eſt commendandus: ex „quo ſolo peti poteſt, quicquid ad Ariſto„craticam prudentiam pertinet. In *Sal„luſtio* quoque non parum huius diſcipli„næ ſupereſt. *Ciceronis* ſcripta, *oratio„nes* præſertim & *epiſtolæ*, theſauros in„gentes philoſophiæ eius, de qua agimus, „recondunt. *Diſſ. T. I. p. 75. ſq.*

„Illuſtratur hic locus hiſtoria iudi„ciorum per varias respublicas. Ita „FRANC. TOLETVS ſcripſit *Hiſto„riam fori Romani*; quo etiam pertinet „BRISSONII Lib. V. *formularum ſo„lennium. De iudicio Athenienſium* ſcri„pſit CAROLVS SIGONIVS opu„ſculum; de *Areopago* IO. MEVRSI„VS; Imperii Germanici iudicia, Came„rale, Rothwilenſe, aulicum, Auſtregas, „deſcripſerunt auctores Iuris publici in „ſuis voluminibus. *De Iudice* extat ele„gans libellus, quamquam mutilus, PHI„LONIS IVDAEI, & ex recentiori„bus ERYCII PVTEANI. *De offi„cio Iudicis* reliquit etiam duos libros „CLAVDIVS CANTIVNCVLA, „ICtus. Videantur *Stobæi Eclogæ* ſerm. „155. 156. Multum quoque ad hanc cogni„tionem

Digitized by Google

„tionem faciunt Oratorum oratio-
„nes forenſes, DEMOSTHE-
„NIS, AESCHINIS, LY-
„SIAE, CICERONIS. Contro-
„uerſiæ M. SENECAE, Declama-
„tiones QVINTILIANI, LIBA-
„NII, & ſimilia. *Memoriale Politicum p. 39. ſq.*

„De conſuetudine & ratione tota Co-
„mitiorum Romanorum ſummatim e-
„gere LIPSIVS, PREVOTIVS,
„IOACH. PERIONIVS, ROSI-
„NVS, & alii. Quæ ſunt interioris di-
„ſquiſitionis, duo magni viri NIC. CRA-
„GIVS & CAROLVS SIGONIVS
„tractauere contrariis ſcriptis, quæ in Si-
„gonianis operibus habentur. Quantum
„ad ſingulos Magiſtratus Romanos atti-
„net, ea res modum ab vllo ſatis eſt tra-
„ctata. Sub Imperatoribus multa varie-
„tas & mutatio circa Magiſtratus occur-
„rit. Quo in argumento eximia ſunt
„opera IAC. GVTHERII *de Officiis*
„*ciis domus Auguſtæ*; PANCIROLLI
„in *Notitia imperii*, HENRICI VA-
„LESII in *Notis ad Amm. Marcelli-*
„*num*; GRETSERVS in *Notis ad Co-*
„*dinum*. In LIPSII *Politicis* præſer-
„tim huc pertinet L. 3. c. 10. 11. Varia gene-
„ra Magiſtratuum & munerum diligen-
„ter etiam annotauit IVLIVS POL-
„LVX in *Onomaſtico*. *Ibid. p. 42. ſeq.*

„Ce-

Cap. XLIV. Script. Polit.

„Ceterum de fœderibus protectoriis „luculentiſſimo & ſingulari opere tracta- „uit MARTINVS MAGERVS, cui „titulus *de fœderibus protectoriis & de Ad- „uocatia armata. Ibid. p. 51.*

„Scriptores de iure Maieſtatis circa ſa- „cra iuxta religiones diuerſas. Inter Pon- „tificios BELLARMINVS notus, qui „omnia adimit ſæcularibus Principibus „& tribuit Pontifici ſoli. In Gallia tamen „retinet Rex iura Maieſtatis circa ſacra; vn- „de varia quæſita ſunt temperamenta, & „noſtro ſæculo PETRVS de MAR- „CA *de Concordia Sacerdotii & Imperii* „tractauit hanc materiam. Liber ille, „*Libertates Eccleſiæ Gallicanæ*, cuius au- „ctor PETRVS PVTEANVS, „defendit ius Maieſtatis, quod hac in re „ſibi retinent Reges Galliæ contra Ponti- „ficem. GOLDASTI *Monarchia S. „R. Imperii.* In primis etiam ſcriptor in- „comparabilis M. ANT. de DOMI- „NIS *de Republica Eccleſiaſtica*, qui fu- „it Archi-Epiſcopus, & vixit ad extre- „mum in Anglia. De hoc narrat etiam „*Grammondus* in an. 17. huius ſæculi. „NIC. VEDELIVS etiam XIII. Quæ- „ſtionibus tractauit hoc argumentum ac- „curate & cordate. GVILIELMVS „APOLLONIVS in *Iure Maieſtatis „circa ſacra* iuſſu totius collegii contra il- „lum ſcripſit; ſed plane impar eſt aduer-

„ſa-

Digitized by Goog

„sarius *Vedelii. Diss. ad Lipsii Polit. p. 144. seq.* Cap. XLIV.
„Ardua hæc materies & disputationi- Script. Polit.
„bus obnoxia, sicut fatetur *Lampadius*
„*de Constitut. Imp. Rom. Part. I. §. 16.* vbi
„partite & docte in obiectum potestatis
„ciuilis circa sacra inquiirit; rationem au-
„tem & modum statuendi non attingit.
„*Grotii* extat commentarius posthumus
„de Imperio summarum potestatum circa
„sacra; in quo vt omnes omnia probent,
„fieri nequit: in dirigenda tamen huius
„loci philosophia, quin vtum habeat non-
„nullum, vix est vt negari possit. Tra-
„ctauit etiam e reformatis hanc quæstio-
„nem *Nic. Vedelius* libro, cui titulum fe-
„cit, *de Episcopatu Constantini M.* in quo
„proposito plerosque suorum aduersos
„habuit; oppugnatusque est a *Guilielmo*
„*Apollonio*, qui iussu publico scripsit li-
„brum, cui index: *Ius Maiestatis circa sa-*
„*cra.* Pontificios non attinet nominare,
„qui omnia hæc maiestati adimunt. Igi-
„tur nostri laudem ὀρθοδοξίας in hoc ar-
„gumento merito sibi obtinendam du-
„cunt. *Institut. Polit. p. 143.*

„Aduersus Pontificias hypotheses
„disputauit libello singulari *de Episco-*
„*patu Constantini M. Nicolaus Vede-*
„*lius*, Geneuæ primum, deinde Fra-
„neckeræ Professor Caluinianus. Sed
„expertus est, etiam *Caluinum Bezam*
„cum discipulis in hac materia παπί-
„ζειν.

Digitized by Google

Cap. XLIV. Script. Polit.

„ξεν. Prodierunt enim tum, *Guil. Apol-*
„*lonii* tractatus *de Iure Maiestatis circa sa-*
„*cra*, oppositus *Vedelio*, & *Triglandii* li-
„bellus *de potestate ciuili & ecclesiastica*,
„vbi itidem *Vedelium* impugnat. Occa-
„sione grauiorum casuum & quæstionum
„ne in ipsa quidem ecclesia orthodoxa
„defuerunt aliquando contentiones in
„hoc argumento. Legantur, præter su-
„pra memorata, *Meisneri* tract. *de regi-*
„*mine Ecclesiastico*, *Reinking. Dan. Otto*
„*I. P. c. 24.* vbi multos citat. Idem fa-
„cit *Besoldus Polit. I, 3. de ecclesiastico*
„*maiestatis iure*; *Lampadius c. 5. & n. 12.*
„*Graswinckel. de iure Maiest. c. 5. Golda-*
„*stus* quoque multa ad huius argumenti
„historiam conferre potest: vt & *M. Ant.*
„*de Dominis*, si quis doctus & peritus le-
„ctor accedat. *Dissert. Polit. p. 381. sq.*

„Summa huc redit, vt in hoc iure ma-
„iestatis administrando & *Καισαροπαπία*
„& *Παποκαισαρία* vitetur. Quorum illud
„vitium omnia ciuili potestati; hoc omnia
„ecclesiasticæ potestati arrogat. Viden-
„di post *Gerhardum*, *Meisneri* tractatus
„*de regimine ecclesiastico*: *Arnisæus de I.*
„*M. 2, 6.* citati a *Besoldo 1. Polit. 3.* Con-
„tra Pontificios in hoc argumento multa
„etiam disputauit *M. Antonius de Domi-*
„*nis*, caute tamen legendus. *Institut*
*Politicæ p. 146.*

*Arnisæus* quæstiones de iure maiestatis in

bona

Digitized by Google

„bona ecclesiastica & ecclesiasticorum di- Cap. XLIV.
„ligenter tractauit libro *de subiectione &* Script. Polit.
„*exemtione Clericorum. Dissert. Polit. p. 380.*

„*Libertates Ecclesiæ Gallicanæ* illustri „opere proditæ sunt aduersus Pontifici„os. Scripsit etiam libellum ARNI„SAEVS de subiectione & exemtione; „& multa huius generis scripta extant in „*Goldasti Monarchia S. R. Imp.* Caluini„ani quoque non recto pede hic incedunt, „& plura, quam fas est, adimunt potesta„ti ciuili. Vnde cum hoc ipso sæculo *Nic.* „*Vedelius* scripsisset libellum *de Episco„patu Constantini M.* in quo fere ad no„strorum sententias accedit, insurrexit „aduersus eum *Guilielmus Apollonius* edi„to libro, cui titulum fecit, *Ius Maiesta„tis circa Sacra.* Augustanæ Confessioni „addicti semper hanc laudem obtinue„runt, vt tribueretur summæ potestati ius „etiam circa sacra, quod Deus in Scriptu„ra ipsi attribuit: quo nimirum medio „itinere incederetur inter *καισαροπαπίαν* „(quæ ciuili potestati etiam ea attribuit, „quæ ecclesiasticæ functioni propria sunt) „& *παποκαισαρίαν* solis ecclesiasticis „omnia tribuentem, quæ ad ciuilem po„testatem spectabant. Accurate de his „omnibus Magnus Theologus GER„HARDVS in loco de Magistratu Po„litico & de Ministerio Ecclesiastico. *Memoriale Politicum p. 53 sq.*

Cap. XLIV. Script. Polit

„De iure ſummarum poteſtatum circa „ſacra a *Grotio* ipſo habemus libellum „poſthumum, eruditum ſane, ſed qui „alicubi deſideret vltimam manum. Et „quis in hoc argumento ſine offenſione „enauiget? Illi, qui auguſtanæ Confeſſi„onis nomine impoſita aliunde conſcien„tiis onera ſoli Deo exonerarunt, gloria„ri hic ſuo merito poſſunt; quod ius cir„ca ſacra ſummis poteſtatibus ſaluum ſa„crumque conſeruare cupiant: niſi quod „imperandi parendique, vt ſunt res hu„manæ abuſus aliunde poteſt accedere. „Ex illis, qui venerabili Veteris Eccle„ſiæ præſcriptione Pontificum placita fe„re tuentur, exquiſitæ vir doctrinæ PE„TRVS de MARCA, Archiepiſco„pus nuper Toloſanus, inde Pariſienſis, „in præclaro opere *de Concordia Sacerdo„tii & Imperii*, ea ſcripſit, quæ eruditum „lectorem de multis opportune poſſunt „ſubmonere. Qui Reformationis nomen „vnice concupiſcunt, habuerunt virum ex„imium, *Nicolaum Vedelium*, qui in opuſcu„lo *de Epiſcopatu Conſtantini M.* maiorem„veritatis, quam partium, rationem ha„buit: cui ſe non paribus armis oppoſuit „*Guilielmus Apollonius*, edito *Iure Maie„ſtatis circa ſacra. Commentat. in Gro„tium de I. B. & P. p. 211. ſeq.*

„HOBBESIVS in *Elementis de Ciue*

„*Ciue* profanius iudicat de origine fum- Cap. XLV.
„mi Imperii. *Diſs. ad Lipſii. Polit.* Script. Oeco-
*p. 101.* nom.

## CAPVT XXXIX.

### DE SCRIPTORIBVS OECONOMICIS.

§. 1.

ARISTOTELIS OECONOMICA ARISTOTELES.
pleramque partem amiſſa ſunt. In ea, quæ ſuperſunt, præcipuus labor eſt *Ioachimi Camerarii.*

§. 2.

Idem & XENOPHONTIS *Oeconomica* illuſtrauit. XENOPHON.

„*Xenophon*, quam præclare deſcribit „nobiliſſimas Græcorum Reſpublicas! In „Oeconomicis porro, quis illo diligentior „& ſuauior? *Diſs. T. III. p. 343.*

§. 3.

Oeconomici argumenti ſunt etiam HESIODI ἔργα καὶ ἡμέραι. HESIODVS.

THEOGNIS quoque Poeta multa huc ſpectantia habet. THEOGNIS.

(*De his vide ſupra in Poetis.*)

§. 4.

Neque pauca reperiuntur in ſacris literis, præſertim in *Prouerbiis* & *Syracide.*



Digitized by Google

Cap. XLV. Script. Oeconom.

VARRO. COLVMELLA, PALLADIVS.

§. 5.

Huc referendi ſunt etiam Scriptores Rei ruſticæ VARRO, COLVMELLA, PALLADIVS, & ceteri plerique iunctim editi.

„*Columellæ* exordia ſunt plane ſingula„ria, vbi ſæpius locum aliquem commu„nem eleganter tractat. *Diſs. ad Lipſii Polit. p. 115.*

„*Palladius* cum aliis ſcriptoribus de re „ruſtica ſæpius editus eſt; tum Venetiis „1538. & Pariſ. 1543. *Comment. de Script. p. 58.*

§. 6.

CASSIANIS BASSVS.

Sequioris ævi ſunt Geoponica CASSIANI BASSI Conſtantino Cæſari dicata, Gr. Lat.

*Scriptores rei Accipetrariæ* edidit *Rigaltius* Pariſiis.

§. 7.

In excolenda hac diſciplina parum ſe diligentes exhibuerunt viri eruditi poſt literas inſtauratas. Italorum in hoc genere præcipua ſors eſt.

CAPVT.

Digitized by Google

Cap. XLVI. de Theolog.

# CAPVT XLVI.
## DE
# THEOLOGIA.

§. 1.

HVc pertinent I. Descriptiones & elogia Theologi.
II. Officia & opera Theologi.
III. Distinctio Theologiæ.

§. 2.

E. g. DOGMATICAE & SYSTEMATICAE. Sunt autem Systemata vel minora, e. g. apud nostros NIC. HVNNII *Epitome Credendorum*, *Catechesis* DIETERICI, *Breuiarium* HVLSEMANNI; apud Pontificios *Manuale* COSTERI, & BECANI; apud Caluinianos BVCANVS: vel maiora, sicut apud nostros *Loci Theologici* MARTINI CHEMNITII, & IO. GERHARDI; apud Pontificios DIONYSII PETAVII grande opus Theologiæ dogmaticæ; apud Caluinianos GOMARI, WALAEI, CHAMIERI &c.

„Vtinam illud quoque hodie in vsu „esset, vt non tantum ab aliis tradita cre„derentur (quemadmodum multi elegan„ter differere possunt de rebus aliquibus, „quas ab aliis hauserunt; rationes tamen, „cur ita sit sentiendum, exponere neque„unt) sed causſæ etiam comprehenderen„tur. Sic non tantum dicendum est a „studioso Theologiæ, hoc dictum Bibli-

Cap. XLVI. de Theolog.

„cum ad confirmationem huius vel illius „articuli adhibitum est ab hoc vel illo „Theologo, qui fuit ὀρθοδοξότατος; sed „necesse est etiam, vt ipse intelligat, cur „adhibitum fuerit, & quæ sit eius con„sequentia. Et hoc voluit magnus „Theologus *Hulsemannus* in *Breuiario* „suo; qui sane magnam illa re laudem „meruit. *Sæcula IV. p. 174. sq.*

§. 3.

EXEGETICAE, quæ in explicanda Scriptura versatur. Quo spectant e. g. apud nostros *Biblia Vinariensia* cum Glossis; OSIANDRI *Biblia* &c. apud Pontificios EMANVELIS SAA Notæ in vniuersam Scripturam; apud Caluinianos TOSSANI *Biblia* &c.

§. 4.

POLEMICAE, quæ de Controuersiis tractat. Immensa est multitudo librorum in hoc genere; alii enim tractant e. p. Controuersias, quæ nobis cum Pontificiis intercedunt; sicut MARTINVS CHEMNITIVS in *Examine Concilii Tridentini.*

§. 5.

IV. HISTORIA THEOLOGORVM per ætates & sæcula. Rudimentum huius historiæ, quantum ad veteres Theologos, egit ex Pontificiis BELLARMINVS *de Scriptoribus Ecclesiasticis*; ex nostris GERHARDVS in *Patrologia*: quantum ad re-

cen-

Digitized by Google

centiores Theologos, MELCH. ADAMVS in *Vitis Theologorum.* Cap. XLVI. de Theolog.

§. 6.

Hiſtoria Theologiæ ſecundum fata & vices, quas experta eſt.

§. 7.

De ſtudio Theologico recte inſtituendo: vbi præſertim IO. GERHARDI *Methodus Studii Theologici* laudanda eſt.

„Ponemus breuiter, & tanquam in fa-
„miliari colloquio, quale velimus ſtudi-
„um Theologiæ in vnoquoque homine
„politico, id eſt, officiorum ſtudioſo, eſ-
„ſe. Fundamentum conſilii & laboris
„S. Literas ponimus. Indecorum enim
„fuerit homini præſtantiſſimarum re-
„rum ſtudioſo, & legendi dicendique
„cupido, ſi non intelligat pleraque in
„libro omnium pretioſiſſimo, & ve-
„re incomparabili. Quoniam autem
„ad interiorem Scripturarum notitiam
„reqniritur cognitio Hebraicæ & Græcæ
„Linguæ, igitur ea deſtitutus optimos
„quosque Interpretes in ſubſidium adhi-
„bebit: e. gr. inter eos, qui verterunt S.
„Literas, Germanica LVTHERI, Lati-
„na TREMELLII & IVNII ver-
„ſio maxime celebratur. Ex iis, qui no-
„tas adiecerunt, non fruſtra commen-
„dantur CASTALIONIS labores.
„Quamquam optandum ſane eſſet, ali-
„quid in hoc genere accurati extare: quod

Cap. XLVI. de Theolog.

„consilium in animo fuit, nec infeliciter „ipso opere tentatum est nuperis *Biblio-* „*rum Vinariensium* editoribus. Sed quo- „niam ad perfectionem suam hæc talia „nondum peruenerunt, igitur in singulos „libros biblicos certi & optimi Commen- „tatores iis, qui studio, ingenio, & tempo- „re instructiores sunt, comendari que- „unt. Atque in tractandis quidem eius- „modi interpretibus atque commentariis „præsertim ea diligenter obseruari debent, „quæ profunditatem textus & sententia- „rum maxime explanant, & lectorem ad „veras diuinorum oraculorum opes, cum „pari sanctitate & grauitate coniunctas „deducunt.(a) Quod monendum fuit pro- „pter eos, qui S. Literas curiosius quam „reuerentius ac vtilius tractant, externis- „quæ quibusdam quæstionibus attenden- „tes, ipsam rerum suauitatem non degu- „stant.„

„Hæc de *Theologia Exegetica* breuiter in- „dicanda duximus; nunc de *Methodicæ* „siue *Dogmatica* aliquid adiiciendum est; si „monuerimus exegeticæ illius vim ac spi- „ritum optime animo insinuari, si quo-

„run-

„(a) ATHANASII, ORIGENIS, *Exe-* „*geses super Psalm. &c. Notabile exemplum* „*eruditæ exegeseos potest esse Harmonia Euange-* „*lica a* CHEMNITIO *inchoata, a* LT- „SERO & GERHARDO *continuata.*„

„rundam veterum Ecclesiæ Doctorum Exegeses interdum inspiciantur.„ Cap. XLVI. de Theolog.

„In *Dogmaticis* ergo quisque eligat sibi bonum aliquem, & bonorum iudicio commendatum scriptorem, qui articulos, quos vocant, Christianæ religionis, vel compendiaria ratione, vel ampliori tractatione exposuit. Quamquam plerorumque captui conuenientius est ab epitoma ordiri, eique deinde totum aliquem thesaurum, vt sic loquar, superstruere. Sicut e. g. loco compendii potest esse MENZERI *Exegesis Augustanæ Confessionis*; loco Thesauri, opus GERHARDI, quo *Locos Theologicos* pertractat, aut *Loci Communes* MELANCHTHONIS. Cumprimis autem Politico tenendum est (nam de huius studio profectuque loquimur) certos quosdam articulos Christianæ religionis præ ceteris ad actiones politicas earumque tractationem concurrere, sicut e. g. locus de Prouidentia Dei iudicii Politici pleramque partem informare debet: (b) itemque, quæ agitantur de Magistratu Politico & ministerio ecclesiastico: denique de Iure Ecclesiæ & reipubl. quæstiones diligentissime cognosci debent, quia assiduus in vita ciuili vsus, & ex

 „igno-

„(b) Vossius *caput habet in Theologia Gentili de Fato Christiano.*„

Cap. XLVI. de Theolog.

„ignorantia periculum in agendo confu-
„lendoque vltro commendat hanc dili-
„gentiam. In vnoquoque autem Theolo-
„giæ noſtræ loco cumprimis vtiliſſimum
„eſt ſcire totam quodammodo loci hiſto-
„riam, id eſt, quid Eccleſia iude a Chriſti
„& Apoſtolorum temporibus de hoc arti-
„culo crediderit, aut credendum ſtatue-
„rit; quæ conſecutæ ſint opinionem di-
„uerſitates aut diſceptationes. Edidit
„tale ſpecimen G. I. VOSSIVS in *Hi-*
„*ſtoria Pelagiana*, CALIXTI plera-
„que.„

„ *Theologia Practica*, vt nunc diſtin-
„ſtinctionis gratia ſic pergamus, itidem
„habet notabiles Introductiones. Qua-
„les ſunt e. g. IO. ARNDII *Verus Chri-*
„*ſtianiſmus*, *Praxis Pietatis*, SON-
„THOMBS *Gulden Kleinoth* &c. So-
„lent nonnulli hæc practica argumenta
„diſtinguere in *κατορθώματα*, ſiue ea,
„quæ ad ſummam Chriſtianam perfectio-
„nem pertinent; & officia communia
„Chriſtianæ regulæ. De cetero huc per-
„tinent omnes quæſtiones & doctrinæ,
„quæ mores & vitam Chriſtianam concer-
„nunt, vel quatenus explicantur Theo-
„logice certæ virtutes & vitia, vel quate-
„nus conſcientiæ dubia diſcutiuntur,(c)vel
„qua-

„(c) CHYTRAEI *Decalogus*, BALDVI-
„NI *Caſus Conſcientiæ*, D. SCHMIDII
„*Conciones Arg.*„

Digitized by Google

„quatenus rerum agendarum consilia iux- Cap. XLVI.
„ta normam Theologicam examinan- de Theolog.
„tur. (d) in quo vniuerso genere regnant
„Patres, i. e. prisci Ecclesiæ doctores tam
„Græci, quam Latini. Cum lectionem
„Patrum, commendamus (neque certe sa-
„tis commendari potest) semper volumus
„intelligi, caute & cum iudicio illam le-
„ctionem esse tractandam. Vnde extant
„virorum doctorum consilia de lectione
„Patrum Indices de notitia Patrum, Cen-
„suræ de scriptis Patrum. Nominabi-
„mus obiter *Consilium* CHEMNITII
„& GERHARDI, BELLARMINI
„*Patrologiam*, RIVETI *Criticum sa-*
„*crum*, ROBERTI COCI *Censu-*
„*ram*, & similia. De scholasticis docto-
„ribus, quos & ipsos Patribus accensent
„multi (Pontificii) nihil hic dicimus. Li-
„cet enim in eorum scriptis multæ theore-
„ticæ quæstiones, & præsertim Theologia
„moralis copiosissime pertractentur, ta-
„men non cuiuis commendari debent: re-
„quirunt enim lectorem, qui adferat mul-
„tam eruditionem, & peritiam separandi
„inutilia ab vtilibus. *Diss. T. III. p. 492. sqq.*

MAN-

„(d) *Qualia collegit* DEDEKENNVS &c.

Cap. XLVI. Mantiſſa Script. Sacr.

# MANTISSA OBSERVATIONVM BOECLERIANARVM DE SCRIPTORIBVS SACRIS ET ECCLESIASTICIS;

de quibus aut nondum, aut ex parte tantum eſt dictum.

§. 1. „FEre hoc fatum fuit, vt his magnis Pa„tribus aliena ſupponerentur. Hinc „nata occaſio viris doctis, vt paulo ſtudio„ſius recenſerent ſcripta Patrum, & cenſu„ram in illa exercerent. Quod fecerunt „*Bellarminus*, *Rob. Cocus*, *Gerhardus*, *Scul„tetus*. Eſt autem ſtilus indubitabilis „character alicuius operis: quare *Eraſ„mus* in edendis & dignoſcendis operibus „Patrum feliciſſime verſatus eſt. V. g. „*Hieronymus* eſt acer, vehemens, inſtar „torrentis; hinc facile deprehendere pos„ſumus, quæ ſcripta ipſi fuerint ſuppoſita. *Sæcula IV. p. 371.*

§. 2 „MOSES, Vir fuit magnus, Patriar„chis, Eccleſiæque principibus ætate ſup„par, rebus geſtis prouidentia Dei circa e„ius vitam, magnisque caſibus nullo mo„do impar, in quibusdam etiam ſuperior. „Videmus enim Dei in magnis illis Patri„archis & Prophetis conſuetudinem, qui „vnicuique aliquid peculiare gratificatus „eſt. Nihil commercio eius cum Deo inti-

„intimius aut frequentius, nihil laboribus „& curis grauius; Principis & Prophetæ „laudes & exemplar ſine exemplo imple„uit: Chriſti ſeruatoris imago, nuntius, „myſta. Vitam ſuam ipſe in Pentateucho „reliquit: cui, quatenus concordant aut „non repugnant, *Ioſephi* & *Philonis* ſcripta „(qui tres *de Moſis vita* libros ſcripſit) ad„di debent; ſicut hactenus iudicauimus. „Nam Patrum elogia & interpretationes „ad commentationes referri poſſunt. Ad „gentiles etiam peruenisſe eius memori„am, oſtendunt apud *Euſebium* ſupra in„dicati ſcriptores. Quomodo Hiſtoria „eius congruat Oſiridi, ſiue Libero Ara„bico, prolixe expoſitum eſt videre *Voſſio* „*Theol. Gent. l. 30. Hiſtoria Vniuerſalis a„tate III. p. 339. ſq.*

„Circa hæc fere tempora (*ante Chr.* „*1714.*) ſicut *Petauius* diſputat 9. Doctr. „temp. 20. IOBVS, Deo permittente „exercetur, Sathana fortunas, liberos, „corpus, variis calamitatibus affligente; „ſicut grauiſſimo commentario prodidit „ſiue ipſe, ſiue *Moſes*, aut quicunque a„lius, magnus vtique & diuinus ſcriptor: „quem abſurde Iudæi nonnulli parabo„lam ſcripſiſſe, non hiſtoriam, autumant, „ſicut vel ex *Ezech.* 14, 14. & *Iacobi Epiſt.* „5, 11, intelligi poteſt. Cur *Ioſephus* ni„hil de *Iobo* in Antiquitates ſuas retulerit, „non ſatis conſtat. *Ibid. p. 317.*

„Pri-

Cap. XLVI. Mantiſſa Script. Sacr.

§. 3.

„Primus (*ex diſcipulis Chriſti*) ſcri-
„bere aggreſſus eſt MATTHAEVS,
„anno poſt adſcenſionem Chriſti octauo,
„vt habet *Euſebius* in *Chronico*, quem
„*Theophylactus* ſequitur. Adde *Irenæum*
„L. 3. c. 1. Hebræo primum ſermone, ſed
„mox in Græcum verſo, vel ab Apoſtolo,
„vel certe ab Apoſtolico viro, vt Græcus
„textus, quo ſemper vſa eſt eccleſia, non
„minoris ſit auctoritatis. Ebionæi & Na-
„zaræi corruptum tenuerunt Hebraicum
„*Matthæi* Evangelium, vt non ſine ſingu-
„lari prouidentia diuina fieret, vt in Græ-
„cum transfunderetur. Non diu ſuper-
„fuit hoc Hebraicum Euangelium. Vid.
„*Hieronymus* & *Baronius* in anno Chriſti
„XLI.„

„MARCVM circa idem tempus,
„aut biennio poſterius, ſcripſiſſe, memo-
„rat *Euſebius* Hiſt. Eccl. L. 2. c. 4. - - -
„An Latine, quia Romæ, & ad Italos ſcri-
„pſit? Ita vult *Baronius*, & ex eo *Sponda-*
„*nus* ad annum Chriſti XLV. §. 13. aucto-
„ritate *Anaſtaſii* potiſſimum: ſed erudite
„refutatur a *Conr. Horneio* Hiſt. Eccleſ.
„L. 1. c. 6. §. 15. Scribit autem *Baronius*
„linguam Græcam ſub Tiberio iam fere
„exoleuiſſe, propterea, quod in *Suetonio*
„legitur, illum Imperatorem aliquando
„noluiſſe vti voce *monopolii* Græca; dein-
„de, quia *Marcus* ad Italos ſcripſerit. Sed
„hæc conſequentia eſt nimis φορτικὴ:
„ſcri-

„ſcripſit ad Italos, ergo Italice. Falſum „eſt, Græcam linguam tum in deſuetudi„nem veniſſe, nam & Auguſtus,& Tibe„rius peritiſſimi erant Linguæ Græcæ, „ipſeque Tiberius verſibus Græcis fre„quenter vſus eſt. Nobiliores quoque „lingua Græca multum vtebantur. Certe „vir tam doctus,qualis fuit *Baronius*, non, „quacunque re arrepta, ſtatim, quod ſibi „placeret, pronunciare debuiſſet.„

„LVCAM *Hieronymus* putat, Cata„logi c. 7. eſſe eum, cuius meminit *Pau„lus* 2. Corinth. VIII, 18. Col. IV, 14. „2. Timoth. IV, 11. ex ſolo enim *Hierony„mo* hæc traditio habetur; apud antiquio„rem nullum reperitur. *Nicephorus Cal„liſtus* L. 2. Hiſt. Eccl. aſſerit, *Lucam* et„iam fuiſſe pictorem; ſed quando hic ali„quid affirmat ſine conſenſu aliorum,non „multum meretur fidei. Fluxit ex *Hie„ronymo* vulgaris illa opinio, *Lucam* fuiſſe „Medicum; res tamen incertiſſima eſt. „*Euangelium* & *Acta* nobis reliquit, volu„mina diuinitus inſpirata. *Euſebius* Hiſt. „Eccl. III, 4. Priorem librum contexuit „ex narrationibus eorum, qui Chriſti co„mites fuerunt; alterum, vt putatur, ἀυ„τόπτης. Quo anno? *Theophylactus* pu„tat Chriſti XLIIX. circiter; *Baronius* de„cennio vlterius ponit tempus.„

„IOHANNES ſcripſit *Euangelium* „poſt annum Chriſti LXV. vt autumat „*Theo-*

Cap. XLVI. Mantiſſa Script. Sacr.

„*Theophylactus* præfat. in Matthæum. „Vid. *Hieronymi* Catal. c. 9. *Euſeb.* Hiſt. „Eccl. 3, 18. Adde de ſcriptis eius *Conr.* „*Horneii* Comp. Hiſt. Eccl. 1, 15. *Baronius* „curioſius in tempus inquirit & a reliquis „diſcrepat, ſcriptionemque in vltima eius „tempora coniicit. An *Euangelium* poſt „*Apocalypſin* ſcripſerit ad liquidum vix „deducetur. Vid. *Horneius*.„

„Addendum nunc aliquid de Codici„bus MSS. quibus characteribus digno„ſcantur. Figurini antiquiſſimum to„tius N. T. habent exemplar, quod magna „pecunia a Duce Rohanæo redemerunt, „non tamen eſt primæ antiquitatis codex. „Codices enim primæ antiquitatis ſcripti „ſunt literis quadratis ſeu vncialibus; ve„rum totum inſtrumentum non ita repe„ritur, ſed ſingillatim quidam libri his li„teris inueniuntur. Antiquitas oculis „tantum repræſentat lectionem ſub figu„ris quibusdam, non literis exactis: quale „exemplar nos adhibuimus, quod inæſti„mabile fuiſſet, ſi totum Teſtamentum „haberemus; ſed deficiunt *Euangelia* & „*Acta*. Baſileæ in vicinia ſeruatur Co„dex, qui primam, literis ſcilicet quadra„tis, mentitur antiquitatem, vt puto; ſed „cetera non vere eſt eius ætatis. In con„ferendis iſtiusmodi Codicibus egregia „fuit opera *Rob. Stephani*.„

§. 4. „Euangeliſtarum de Chriſto hiſtoriam „exci-

„excipiunt πράξεις τῶν Ἀποστόλων, Actus „Apostolici (de quorum nomine frustra „disputatur, an dicendum sit *Actus*, an „*Acta*; nisi quod actus dicuntur, qui gene„ratim sunt πράξεις, acta contra, quæ „πραχθέντα) LVCA Euangelista scri„ptore, quibus continetur Historia Apo„stolorum, non omnis, neque omnium; „sed quantum diuinæ visum fuit proui„dentiæ ad eorum, qui in Ecclesia serua„ri cupiunt, notitiam proferre. Diligen„tissime historiam *Actuum* digessit *Iac.* „*Vsserius*, ita quidem, vt nemo cum eo „comparari possit; quod apparebit illi, „qui ipsum cum *Baronio* conferre volet.„ Cap. XLVI. Mantissa. Script. Sacr.

„Succedunt *Epistolæ Apostolicæ*; e qui„bus XIV. PAVLO tribuuntur: illa „scilicet *ad Hebræos* inclusa. Septem „*Catholicæ* appellantur, ad Christianos „non tam certi loci, quam vniuersos scri„ptæ. De his *Nazianzenus* in Carm. 33. „quod semper in Ecclesia magnæ fuit æ„stimationis:

„Δέκα δὲ Παύλε, τέσσαρές τ' ἐπιστολαὶ
„Ἑπτὰ δὲ καθολικαί. Ὧν, Ἰακώβε μία,
„Δύω δὲ Πέτρε, τρεῖς δ' Ἰωάννε πάλιν,
„Ἰούδα δ' ἐστὶν ἑβδόμη. πάσας ἔχεις.

„Paulinæ Epistolæ nomine vnius Volu„minis sæpe dicuntur Βίβλος Παύλε. De „*Pauli* vita, operibus, gestis, vide *Flacium* „præfat. in Epistolas *Pauli*. Hic fere or„do collocationis in libris. De alio ordine

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Sacr.

„MS. optimi noſtri ſecundæ antiquitatis „a prima, diximus in N. Teſt. ſub finem. „Ordo, quo ſcriptæ ſunt Paulinæ Epiſto„læ, a *Theodoreto* Tom. III. Operum „hic ponitur: I. 1. ad Theſſalonicenſes, „II. 2. ad Theſſalonic. III. 1. ad Corin„thios, IV. 2. ad Corinthios, V. 1. ad Ti„motheum, VI. ad Titum, VII. ad Ro„manos, VIII. ad Galatas, IX. ad Philip„penſes, X. ad Epheſios, XI. ad Coloſ„ſenſes, XII. ad Philemonem, XIII. ad „Hebræos, XIV. 2. ad Timotheum. An„nos ſcriptionis *Vſſerius* ita collegit, vt ad „Theſſalonicenſes vtraque ſcripta ſit A. „C. 54. ad Corinthios prior an. 58. ad Ga„latas an. 59. poſter. ad Corinth. an. 60. & „eodem Epiſtola ad Romanos. An. 64. „hæ: ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad „Philemonem, ad Epheſios, ad Hebræos. „An. Chr. 65. ad Timotheum prior, & ad „Titum. An. 66. ad Timotheum poſte„rior. In qua digeſtione diligentiam *Pe„tauii* longe ſuperauit, & hactenus nemo „id ita præſtitit *Petauius* negligentius „ & ita ordinat: Ad Theſſalon. vtraque „an. 50. ad Corinth. prior an. 54. poſterior „an. 55. ad Timoth. prior, ad Titum, ad „Romanos an. eodem; ad Timoth. po„ſterior an. 57. ad Epheſios eodem, ad „Philipp. ad Coloſſ. ad Philem. an. 68. ad „Galatas & ad Hebræos eodem. Vbi ta„men de epiſtola ad Galatas dubitat, prior

„hæc

Digitized by Google

„hæc illis, an posterior sit. De quibus „temporibus etiam *Baronius* disputat. „Adde Commentatores. Notæ sunt Pa- „raphrases in omnes epistolas *Calixti* & „*Horneii*. De Catholicis Epistolis (nam „de earum auctore, auctoritate, & tempo- „re quæsitum fuit) diligenter historiam „conquirit *Horneius* in præfat. singula- „rum. Addantur Commentatores alii. „*Erasmus* quoque in omnes Epistolas Pa- „raphrases scripsit & singulis iudicia præ- „misit, in quibus valde temerarius est. „Vnde non iniuria grauiores censuras a „Theologis Lutheranis, Pontificiis, & Re- „formatis meruit.„ Cap. XLVI. Mantissa. Script. Sacr.

„*Apocalypsis* IOHANNIS supereſt, „quam *Gregorius Nazianzenus* non recen- „set, sed Epistolis Catholicis satis audacter „subiicit:

„Εἰ δὲ ἰδίων ἐκτὸς, ἐκ ἐν γνησίαις.

„Qualia dubia aduersus Apocalypsin ex „antiquitate etiam collegit *Erasmus*; cui „singulatim respondet *Theodorus Beza*. „Vid. Commentarius *D. Hoe* & aliorum.„

„Hoc est corpus illud N. T. sacrosan- „ctum & θεόπνευστον opus, quo Deus hoc „sæculum primum beauit, vt omnium sæ- „culorum Thesaurus esset. Nihil enim „scriptorum, præter Apostolica & Cano- „nica ex primo sæculo integre & sine su- „spicione vel arte interpolationis ad nos „peruenit. In quo diuinam prouiden-

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Sacr.

„tiam agnoſcunt aliqui, ne ſcilicet alio-
„rum ſcripta cum ſanctiſſimis illis libris
„confunderentur. *Sæcula IV. p. 24. ſqq.*

„Sæculo poſt natum Chriſtum I. ante
„omnia ſe nobis offerunt ſanctiſſima *Noui*
„*fœderis volumina.* Et *Epiſtolas* quidem
„CHRISTI ad Abgarum, & huius ad
„illum, apud *Euſebium* Hiſt. Eccl. I, 13. ge-
*de Script. Eccl.* „nuinas non eſſe Cardinalis *Bellarminus*
„agnoſcit. Circumferuntur & alia quaſi
„hoc fæculo ſcripta, nec recepta pro ge-
„nuinis, partim & reiecta; de quibus *Bel-*
„*larminus* & alii videndi. In libro au-
„tem *Noui Teſtamenti* præ omnibus libris
„venerabili & ſalutari occurrunt primo
„*Euangeliſtæ;* deinde *Actus Apoſtolici;*
„tum *XIV. Epiſtolæ Paulinæ;* inde *Epiſtolæ*
„*Catholicæ;* denique *Apocalypſis Iohannis.*
„Primus Euangelium ſcripſit *Matthæus,*
„ab initio quidem Hebraice, ſed vt mox
„conuerteretur Græce ab Apoſtolo, aut
„apoſtolico viro: quare textus Græcus
„pro authentico ſemper habitus, Hebræo
„inter manus hæreticorum corrupto &
„interpolato. Euangelium *Matthæi* in
„Codice MS. venerandæ antiquitatis ita
„præſcribitur:

„*Inter apoſtolicos Domini numeratus*
„ *amicos*
„*Hic eſt, qui primus ſanctoque cha-*
„ *riſmate plenus*

„*Clara*

„*Clara ſalutiferi ſcripſit miracula Christi,* Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Sacr.
„*Ipſius & ſacris iunxit pia dogmata factis,*
„*Dignus Euangeliſta Dei, cognomine Leui,*
„Matthæus, *oſtendens verum hunc Hominemque Deumque.*

„*Marcum* Latine primo ſcripſiſſe, non „credimus contra *Hieronymum* & alios „Patres, qui Græce hunc ſuum Euange„lium ſcripſiſſe tradunt. Tertius Euan„geliſta *Lucas* eſt, de quo Codex MS. mo„do laudatus præfatur:

„*Eccleſiæ lampas ſacer hic eſt nomine Lucas,*
„*Qui vir apoſtolicus diuino flamine plenus*
„*Hoc Euangelium Domino tribuente ſacratum*
„*Scripſit, & in totum ſparſit latiſſime mundum,*
„*Ipſe ſequens ſanctum per plurima vincula Paulum,*
„*Bithyniaque docens migrauit ad arduа cæli.*

„*Actus Apoſtolicos Lucas* ſcripſit. *Epiſto„larum Paulinarum* quando quæque ſcri„pta ſit, tum *Theodoretus* aliique veterum, „tum *Baronius* & alii requiſiuere. Vt & „de tempore *Apocalypſeos* ſcriptæ diligen-



Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Sacr.

„ter requiſitum eſt. *Comment. de Script. p. 50. ſqq.*

„Sunt penes me antiquiſſimæ membra-„næ, quas olim Reuerendus Theologus „*Stephanus Gerlachius*, cum in comitatu „Generoſiſſimi Baronis Vngnadii Cæſarei „ad portam Ottomanicam Legati ageret, „ibidem a Græcis emtas in Germaniam „intulit: a cuius filio ad clariſſimæ me-„moriæ virum *Berneggerum* noſtrum; „eoque in cœleſtem translato beatitudi-„nem, ad me inſigni heredum munere, „peruenerunt. Continent Acta Apoſto-„lica, Αʋναῖ Ευαγγελισῶ πράξεις Απο-„στόλων. Hæc excipit Epiſtola Iacobi, Pe-„tri vtraque, Iohannis tres, & Epiſtola Iu-„dæ. Poſtea ſuccedunt Epiſtolæ Pau-„linæ, more veteris Eccleſiæ Græcæ, in v-„num XIV. epiſtolarum numero defini-„tum collectæ librum, ac memorabili „*Prologo*, quem hic exhibemus, præfixæ, „e quo multa præclaræ obſeruationis „petent, qui curam & eruditionem tali-„bus monumentis exercitam attulerint. „Particulam *Prologi* huius, quam trans-„uerſis in margine circa initium & finem „lineis deſignauimus, *Robertus Stephanus* „Actis Apoſtolicis præmiſit, ſub titulo: „Ευθαλίȣ Διακόνȣ περὶ τῶν χρόνων τῆȣ κη-„ρύγματ@ τῆȣ ἁγίȣ παύλȣ, καὶ περὶ τῆς „διὰ μαρτυρίȣ ἀυτῆȣ τελειώσεως: cuius di-„uerſas lectiones annotauimus. Et ante

„*Ste-*

„*Stephanum Eraſmus* in ἀποδημίᾳ παύλε τοῦ ἀποστόλε, eandem particulam absque „nomine auctoris, aut ſeparatione a præ- „cedentibus attexuerat: idem, qui de- „ſignationem martyrii Paulini, itidem hic „ex MSC. noſtro appoſitam vsque ad ſpe- „cialem illam temporis notam, quæ hoc „ſigno marginali ¶ demonſtrata a no- „bis eſt eximiæ conſiderationis ergo, ſub- „iunxit. Quæ ſeorſum inde moneri aut „diſquiri poſſunt, non eſt huius loci ver- „boſius perſequi. Sufficit nunc indicaſſe „notitiam Manuſcripti: quod, niſi extre- „ma parte mutilatum eſſet, inæſtimabile „haberi mereretur; adeo omnia ſummæ „antiquitatis argumenta conſpirant: cha- „racter, ſcripturæ ratio, lectio, membra- „na, ſubnotatio. Etiam multorum & do- „ctiſſimorum Græcorum manibus olim „tritum eſſe librum, fidem faciunt diuerſa „manu & tempore adiectæ in margine „notæ: inter quas duæ valde ſunt memo- „rabiles; vna ad illum locum Epiſtolæ „ad Romanos, quo benefaciendo malefa- „cientibus ἄγθρακες πυρὸς σωρεύεθαι ἐπὶ „τὴν κεφαλὴν ἐχθρῦ dicuntur: altera ad „loc. 1. Cor. VII. 5. vbi uerba, διὰ τὴν ἀκρα- „σίαν ὑμῶν explicantur. Prior illa gloſſa „hoc indice prænotata eſt literis in extre- „mo margine recta deorſum ſerie deſcen- „dentibus: λέοντος βασιλέως τὸ σπονδο- „λόγημα ἐν χρυσῷ τῷ αἰωνίῳ βασιλεῖ.

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Sacr.

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi I.

„Altera nota hoc titulo præſcripta eſt: λέ-
„γομεν ἐν χρισῷ βασιλέως ἡ φιλολογία.
„Sed de his hac vice ſatis. *Præfatio in Prologum Epiſtolis Paulinis præfixum, quæ ſubiungitur Editioni Bæclerianæ N. T. cum optimis editionibus & MS. antiquiſſimo collatæ. Argent. 1645. 1660, 12.*

§. 5. „*Symbolum Apoſtolicum* ab *Irenæo* & „*Tertulliano Canon* & *Regula* dictum in „hoc ſæculum referunt tanquam traditio-„nem Apoſtolorum antiquiſſimam. Vid. „*Baronius* & *Spondanus* ad A. C. 44. §. 8. „& notentur auctores ſeu Patres laudati a „*Baronio*; non tamen ſine confuſione, „quod fieri non debuiſſet. Sicuti autem „de auctoritate non dubitatur, quin do-„ctrinæ Apoſtolicæ ſummam contineat; „ita de tempore, quo in talem formam „iuerit, & quomodo illud factum fuerit, „ac ſimilibus, non parua eſt diſputatio. „Vid. *Gerh. Io. Voſſius* in diſſ. de tribus „Symbolis; add. *Uſſerii* diſſert. de Sym-„bol. Apoſtol. quo nemo diligentior eſt, „tum, qui de Symbolo hoc, & ad Symbo-„lum plurimi ſcripſerunt.„

„An ergo plane nihil aliud ſcripſerunt „Chriſtiani doctores hoc ſæculo? Nemo „hoc pertendit; ſed vt ante diximus, non „adeo liquet de quibusdam.„

„Ita *Epiſtolarum* IGNATII memi-„nerunt ſane veteres, *Polycarpus*, & eius „diſcipulus *Irenæus*, *Origenes*, *Euſebius*, „*Atha-*

„*Athanaſius*, *Hieronymus*, *Chryſoſtomus*, „*Theodoretus*, *Damaſcenus*, *Photius*, alii. „Sed quid in illis, quæ ad nos peruenere, „ſincerum ſit, ſemper quæſitum fuit; falſa „enim & ſpuria ineſſe dubio caret. Oſten„dit *Nicolaus Vedelius* in ſua editione, ad„ditis diſſertationibus an. 1623. qui *Vede„lius* inter Reformatos non obſcurum „fuit nomen. Secuta eſt *Vſſerii* editio. „Denique an. 1646. *Iſaaci Voſſii*, qui „demonſtrare voluit, genuinas eſſe illas „Epiſtolas; vt iudicia Voſſii in his talibus „ſatis ſunt promta. In quo tamen ego „nollem acquieſcere. Merito certe ad„huc dubitant illi, qui non nimis ſecure „iudicare volunt. *Sæcula IV. p. 31. ſq.*

„Quantum attinet ad Scriptores Eccle„ſiaſticos ſæculi II. poſt Chriſtum natum, „*Ignatii*, Epiſcopi & martyris, *Epiſtolæ* „editæ ſunt ſæpius; etiam a *Nic. Vedolio* „Geneuæ, *Vſſerio* Armachano in Anglia, „*Iſ. Voſſio* in Belgio. Maxima & elegans „diſputatio περὶ τῆς γνησιότητος ſingu„larum. *Comment. de Script. p. 63.*

„Ita BARNABAE *Epiſtola*, qui *Pauli* „comes indiuiduus hæſit, a *Claudio Me„nardo*, poſtea ab *Iſaaco Voſſio* edita & „propugnata pro diuina, non ſtatim vn„dique genuina haberi poteſt. Non mi„rum autem, hoc a *Voſſio* fieri, qui ad „hæc tractanda parum pietatis attulit.„

„CLEMENTIS quoque, cuius

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi I.

„*Paulus* meminit Phil. IV, 3. *Epiſtolas ad* „*Corinthios* an. 1633 edidit Oxoniæ *Pa*- „*tricius Iunius*, vir doctiſſimus, qui eas „eruditiſſimis notis illuſtrauit; ſicut „omnia eius viri opera ſunt eximia, mul- „taque eruditione referta. Multa vir iſte „ſuppleſſet ex Bibliothecis Anglicanis, niſi „præmatura morte fuiſſet abreptus. Ho- „die nemo eſt in Anglia, qui ei poſſit com- „parari in Græca lingua & antiquitate. „Celebrarunt eas pro genuinis, non editor „tantum, ſed & *Voſſii*, pater & filius (L. „3. Phyſiolog. Chriſt. c. 99. p. 1268.) non- „dum tamen effectum eſt, vt nihil dubi- „tationis ſuperſit. Qui pro germanis il- „las epiſtolas non agnoſcunt, hoc argu- „mento præcipue vtuntur, quod relur- „rectionem carnis cum Phœnice compa- „rat: at hoc inconueniens eſt viro Apo- „ſtolico, rem grauiſſimam fabula velle fir- „mare. Reſponderunt quidem *Voſſii*, non „abſurdum eſſe populariter loqui, & argu- „mentum ab iſtiusmodi re petere', in qua „alias præſidium tuto non collocari poſ- „ſet, niſi ipſa communiter credita ſit: ſed „animaduertit *Iunius*, vt accuratiſſimo iu- „dicio fuit præditus, hanc reſponſionem „doctis non ſufficere; vnde annixus eſt pro- „bare, Phœnicem non eſſe auem fabulo- „ſam. Vnde nobis olim ea occaſio nata „fuit ſtudioſis quibusdam perſuadendi, vt „orationes de Phœnice aliquas haberent, in „qui-

Digitized by Google

„quibus ſingillatim argumenta Iuniana „examinauimus. Vid. Programma iſti „orationi præfixum p. 6c. Certe alias ma„gna eſt grauitas in *epiſtolis Clementis*, „ipſeque Codex venerandæ antiquitatis „fuit, ex quo eas *Iunius* deſcripſit: cum „quibus *epiſtola Barnabæ* nullo modo con„ferri poteſt. Multo minus *Clementis* „huius, quem ſediſſe volunt Pontificem ab „A. C. XCIII, ad CIII. *Libri Recognitiu„num* probari poſſunt, quorum auctor vi„detur vixiſſe circa A. C. 180. vel 200. quod „erudite demonſtrat *Dauid Blondellus. Sæcula. IV. p. 32. ſeq.*

„De PROCHORI, Hermæ, item„que LINI, DIONYSII ARE„OPAGITAE ſcriptis, & CLEMEN„TIS Conſtitutionibus videatur *Patrolo„gia Io. Gerhardi. Ibid. p. 36.*

„*Dionyſius Areopagita*, non antiquiſſi„mus ille, cuius in actis Apoſtolorum „mentio fit, (id enim hactenus probari „non poterat) cetera ſcriptor nequaquam „ſpernendus, cum grano ſalis legi debet. „Editio Gr. Lat. Pariſ. in fol. præcellit. *Comment. de Script. p. 36.*

„Addatur Catalogus eorum, qui apud „*Spondanum* leguntur ad A. C. XLIV. §. 24. „25. 26. *Orthodoxographa Patrum* Baſi„leæ impreſſa; quo titulo tamen non innu„itur, quod omnia in illo opere orthodo„xa ſint. *Bibliotheca Patrum* minorum

„a *Bi-*

Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi I.

„a *Binio* VI. Tomis adornata, ſed quæ no-
„uiſſime a Pariſienſibus multis modis au-
„ctior prodiit, additis pluribus Græcis,
„quæ antea Latine tantum legebantur.
„*Acta* vniuerſorum Apoſtolorum confi-
„cta; Scripta ſuppoſititia eorum nomine
„conſcripta, & *Chriſti* nomine conficta. „

„Addendum aliquid eſt de *Epiſtola*
„CHRISTI *ad Abgarum*, Edeſſæ to-
„parcham, quam refert *Euſebius* Hiſt.
„Eccl. L. I. c. 13. quam *Gelaſius* Papa in
„Concilio Romano in *Decreto de apocry-*
„*phis ſcripturis* inter apocrypha retulit.
„Qua pontificia & ſynodica auctoritate
„non obſtante, *Baronius*, quem hoc decre-
„tum male habet, absque dubitatione ab
„antiquioribus receptam vult oſtendere
„ad A. C. XXXI. §. 66. *Caſaubonus* Exerc.
„13. ad an. XXXI. merito miratur hoc fa-
„ctum; cuius cenſuram non attigit, qui
„alias, vbi poteſt, in eum incurrere ſolet,
„*Spondanus*, nec quicquam mutire audet.
„Sagaciter! Præſtat enim ſilentium frigi-
„da & inepta reſponſione: qualem molitus
„eſt *Iac. Gretſerus* de imaginibus non ma-
„nu factis c. 3. vbi fatetur Epiſtolam hanc
„ſcripturis ſacris longe poſtponendam eſ-
„ſe. Atqui, ſi Epiſtola eſt *Chriſti* genui-
„na, cur aliis ſcripturis erit poſtponenda?
„Sophiſtice autem ibidem tractat *Gretſe-*
„*rus Magdeburgenſes*, qui Centuria I. L.
„I. c. 2. f. innocenter quidem, ſed neſcio

„an

„an satis caute de illa epistola locuti sunt. Cap. XLIV.
„- - - Pari ratione tractat locum Mantissa.
„*Procopii Gretserus* & more solito locuti- Script. Eccl.
„onem conditionatam pro assertiua arri- Sæculi I.
„pit. *Sæcula IV. p. 36. sq.*

„Veteres de *Actis Pilati* loquuntur vt
„*Iustinus* Martyr ad Imper. Antoninum;
„sed pro veris, quæ laudibus cumulabant
„Christum, falsa in eius vituperium fue-
„runt substituta a Quartadecimanis & Ma-
„ximino tyranno, vt refert *Epiphanius* ad-
„uersus Hæreses L. 2. T. I. hæresi 50. Exti-
„tisse autem *Acta Pilati* nullum debet esse
„dubium, per summam Romanorum di-
„ligentiam; sed iis abolitis, adulterina
„suppositа fuerunt. *Sæcula IV. p. 22.*

„Supposititios scriptores historiæ Chri-
„stianæ, PROCHORVM *de vita B. Io-*
„*hannis*, ABDIAM BABYLONI-
„VM *de Certaminibus Apostolorum*, LI-
„NVM *de Passione Petri & Pauli*, Anony-
„mum, seu Presbyteros Achaiæ, *de Pas-*
„*sione B. Andreæ*, Anonymum *de Actis*
„*Pauli & Theclæ*, CLEMENTEM
„ROMANVM &c. exequitur *Vossius*
„de Hist. Gr. L. 2. c. 9. *Ibid. p. 72. sq.*

„POLYCARPI, præter fragmenta §. 6.
„in antiquitate nihil γνήσιον extat. *Epistо-*
„*lam* eius ad *Philippenses* magni æstimant
„pontificii, sed ab aliis doctis viris grauі-
„bus rationibus reiicitur. *Sæcula IV.*
*p. 153.*

„*Poly-*

Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi II.

„*Polycarpi* vna tantum ad Philippen-
„ſes circumfertur, de qua itidem diſputa-
„tur. *Comment. de Script. p. 63.*

„S. QVADRATVS & S. ARI-
„STIDES *Apologias* ſcripſeruut *pro*
„*Chriſtianis* ad Hadrianum, tum in Ortho-
„doxographis Patrum Baſileæ, tum alibi
„editas in Bibliothecis Patrum. *Ibidem.*

„*Liber Paſſionis S. Andreæ* ſuppoſititius
„eſt, vt & ABDIAE BABYLONII
„ſcripta; & MARTIALIS Epiſcopi
„Lemouicenſis duæ Epiſtolæ in Bibli-
„otheca Patrum; *Acta Barnabæ*; EVO-
„DIVS; qualia tamen aliqui ſuperiori
„ſæculo tribuunt. MELITONIS li-
„ber *de tranſitu Mariæ* in Bibliotheca PP.
„itidem ſpurius eſt. *Voſſius* de Hiſt. Gr.
„L. 2. c. 14. Scripſit quidem *Melito* multa
„egregia, quæ nos *Euſebius* non ſinit igno-
„rare; ſed quæ hodie celebrantur, omnia
„ſunt ſpuria.„

„Genuina quædam IVSTINI, Philo-
„ſophi & martyris, ſuperſunt, edita ſæ-
„pius Græce & Græco-Latine. Eius *Apo-*
„*logiæ*, prima ad S. P. Q. R. vt habet titulus,
„ſecunda ad Antoninum Pium Imp. ſupra
„laudatæ. *Expoſitio fidei, & Quinque Quæ-*
„*ſtiones, cum Græcorum reſponſione, reſpon-*
„*ſionisque illius confutatione*, itemque
„*Quæſtionibus & reſponſionibus ad Ortho-*
„*doxos* non genuina cenſentur, ex ratio-
„nibus, quas nemo adhuc refutare potuit.

„Vid.

Digitized by Google

„Vid. *Riueti* Criticus S. *Roberti Coci* Cen-
„ſura, *Gerhardi* Patrologia; vbi & de er-
„roribus eius. Vſus eius maximus in an-
„tiquitatibus Eccleſiaſticis. Omnium pri-
„mo de *Iuſtino* bene mereri cœpit Baſilea,
„ſicut de omnibus Patribus optime meri-
„ta eſt; ſecutæ deinde ſunt editiones Lug-
„dunenſes, Commeliniana, Pariſienſis. *Sæcula IV. p. 153. ſq.*

„*S. Iuſtinus*, Martyr, ab *Henr. Ste-*
„*phano* Gr. Lat. & nouiſſime Pariſiis edi-
„tus, grauis & pius ſcriptor, quantauis
„auctoritate venerandus. *Comment. de Script. p. 64.*

„Quæ fuerit ratio congreſſuum eccle-
„ſiaſticorum & celebrandæ Euchariſtiæ ab
„Apoſtolis accepta, *Iuſtinus*, martyr,
„præſertim Apologia II. reliquit explica-
„tum; qui locus in antiquitate eſt incom-
„parabilis. Ex qua fruſtra præſidium
„Caluiniano dogmati Cl. *Hottingerus* ca-
„ptat Hiſt. Eccl. L. I. p. 83. ſq. - -
„- - Eſt autem hic ſcriptor ſtudioſæ
„iuuentuti, præſertim Theologiæ ſtudio-
„ſis, maximopere commendandus. *Sæ-*
„*cula IV. p. 124.*

„ ATHENAGORAS, *Iuſtini*
„æqualis, *Apologiam pro Chriſtianis* ſcri-
„pſit. Extat & *de Reſurrectione* liber,
„ab *Euſebio* tamen & *Hieronymo* præteri-
„tus. Editus eſt & ſeorſum, & in *Biblio-*
„*theca Patrum.* Hinc nonnulli ſuſpicari

„cœ-

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi II.

„cœperunt, non eſſe hæc ſcripta genuina: „plures tamen agnoſcunt. *Ibid. p. 154.*

„*S. Athenagoræ Apologia · Iuſtini* ſcri„ptis coniungi ſolet in potioribus editioni„bus. *Comment. de Scr. p. 64.*

„De THEOPHILI ANTIO„CHENI ſcriptis ſuperſunt *Commenta„rii in IV. Euangeliſtas*, & *Libri III. ad Au„tolycum aduerſus Chriſtianæ religionis ca„lumniatores.* Huius quidem etiam ſunt „aliqui errores; ſed propter antiquitatem „magni æſtimatur.„

„*Iuſtino* & *Athenagoræ* æqualis fuit „EGESIPPVS quidam, *Actuum Eccle„ſiaſticorum* ſcriptor, cuius opera perie„runt. Alius enim eſt, & ὑποβολιμαῖος, „qui circumfertur ſcriptor. Vid. *Voſſius* „ de Hiſt. Gr. L. 2. c. 14.„

„IRENAEI ex multis pauca ad nos „venerunt, ſcilicet *libri V. aduerſus Va„lentinum, ſeu aduerſus Hæreſes.* Græce „ſcripſiſſe eum, fruſtra dubitatum eſt. „Errores apud *Gerhardum* vide. Editio „Pariſienſis laudatur. *Sæcula IV. p. 154.*

„Ex pluribus TATIANI ſcriptis ſu„pereſt ſolus *liber contra Gentiles. M. Athe„nagoram* & *Tatianum* editores coniun„gunt, quorum conſilium nos latere non „poteſt, quia ſcilicet hi de eodem argu„mento, contra gentiles, ſcripſerunt. *Ibid. p. 156.*

§. 7. „Sæculo III. poſt Chriſtum natum TER„TVL-

Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi III.

„TVLLIANVS, doctiſſimus Theologus, „ſcripturam ſuam obſcurauit phraſibus „ICtorum, quas qui non intelligit, vbique „hærebit. Bona editio *Nic. Rigaltii*: inep„tiſſima, quæ ſibi titulum fecit: *Omnilo„quium Tertulliani.* Inter Theologos „hiſtoricus. Libros eius cum iudicio le„gendos, quippe erroribus non immunes, „etiam *Bellarminus* monet de Scriptoribus „eccleſ. *Comment. de Script. p. 64.*

„*Tertullianus* fine ſuperioris, & initio hu„ius (*tertii*) ſæculi claruit: doctiſſimus vir, „difficilis tamen, tum ex genere ſcriben„di Africano; omnes enim cum tumore „& moleſtia ſcribunt, quam ſtili mode„ſtiam nec *Tertullianus*, doctiſſimus vir, „ſubterfugere potuit; tum ex formulis „iuris, cuius peritiſſimus fuit, vt adeo „hunc nemo intelligere poſſit, qui non „etiam illas formulas intelligat. Hi„ſtoriam horum temporum & ritus Ec„cleſiaſticos plurimum illuſtrat. Mul„tum eius eruditioni tribuit *Cyprianus*, „vt nullum fere diem ſine lectione *Ter„tulliani* intermitteret, & quotiescunque „eum a notario ſuo poſtularet, diceret: „*Da Magiſtrum.* Primus de eo meritus „eſt *Beatus Rhenanus*, Vir magnus vere, „& admirabilis, qui maximas & difficilli„mas res aggreſſus eſt, glaciemque fre„git, etiamſi non omnia peruidere potue„rit. Inde *Pamelius.* Omnium præcla-



Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi III.

„riſſime *Nic. Rigaltius*, editione Pariſi-
„enſi. Nupera editio vaſta, *Omniloqui-*
„*um Tertulliani*, non eſt naueci. Titulo
„abſurda, nec vili pretio emenda. Scri-
„pta etiam quædam ſuppoſititia & dubia
„occurrunt. Errores eius non tantum
„vbi Montanum ſequitur, ſed & alii, col-
„lecti eruditis & notati. Vid. *Horneius*
„Hiſt. Eccl. L. 3. c. 2. §. 11. 12. *Ibid. p. 268.*

„*Tertulliani aduerſus gentes* liber eſt
„apologeticus diuerſus ab eo opere, quod
„eſt *ad Gentes;* licet hoc quoad rem tra-
„ctandam etiam poſſet dici aduerſus gen-
„tes. Monſtroſa editio eſt, quæ Pariſiis
„prodiit ſub titulo: *Omniloquium Tertul-*
„*lianeum.* Mirum quod charta & typi
„perdantur hiſce nugis. *Sæcula IV. p. 245.*

„Suis vtitur quibusdam appellationi-
„bus ICtus, ſuis Medicus, ſuis Theolo-
„gus, Architectus, Geographus, & ſic de-
„inceps. Qualibus dictionibus non niſi
„tempeſtiue & congruenter in eleganti
„contextu vtendum eſt: quamquam alii
„hic liberius agant; ſicut e.g. *Tertullianus*
„in omnibus ſuis operibus frequenter
„ICtorum ore loquitur. *Diſs. T. III. p. 545.*

„MINVTIVS FELIX, æqualis
„*Tertulliani*, celebris Romæ Cauſſidi-
„cus, reliquit Dialogum pereruditum,
„*Octauium*, qui addi ſolebat Arnobianis
„li-

Digitized by Google

„libris, tanquam octauus; sed *Arnobii* „non est. Omnibus editionibus præ- „ferenda est *Elmenhorstii*. *Sæcula IV.* *p. 269.*

Cap. XLVI. Mantissa. Script. Eccl. Sæculi III.

„*Minutius Felix* ab *Elmenhorstio*, & no- „uissime cum amplissimis Commentariis „editus. *Comment. de Script. p. 64.*

„CYPRIANI magna merita deprædicat *Gregorius Nazianzenus* Orat. XIIX. „T. I, Vid. etiam *Horneii* H. E. L. 3. c. 7. „§. 29. sqq. Est hic Pater lectissimus, non „sine tamen erroribus, multum confe- „rens ad Historiam ecclesiasticam, zelo „pietatis & eloquentia celebris, su- „pra ingenium fere suum. In eo ta- „men haud dubie lapsus est *Eras- „mus*, dum eloquentiam eius vt perfectis- „simam euehit. Vtut enim sit maxima „& eximia, tanta tamen non est, quanta „ab *Erasmo* prædicatur, nec ita ad Latini- „tatem exacta. Editio *Erasmi* est opti- „ma. *Sæcula IV. p. 269.*

„*Cypriani* opera *Erasmus* magnifica „cum præfatione edidit. *Comment. de Script. p. 65.*

„PONTII, Diaconi *Cypriani*, liber „de *vita & passione Cypriani*, lectu di- „gnissimus, extat, & de grauitate pietate- „que auctoris sui testatur, ipsius *Cypria- „ni* operibus subiunctus.„

„ZENONIS, Veronensis Episcopi,



Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi III.

„*Sermones* editi ſuperiori ſæculo Venetiis, „Veronæ, & hoc ſæculo Pariſiis.„

„VICTORINI, Petauionenſis Epi„ſcopi in ſuperiore Pannonia, qui ſub Di„ocletiano martyrium fecit, ſcripta re„cenſet *Hieronymus*: de quibus tamen ni„hil extat; nam *Commentarius in Apoca„lypſin* eius eſſe non videtur. Confundi„tur cum *Victorino Pictauienſi*. Vide „omnino Diſſert. eruditam *Io. Launoii* „hic recuſam, *de Victorino Epiſcopo & „martyre*, vbi & de reliquis *Victorinis* eru„dita eſt annotatio.„

„ARNOBIVS, Africanus, *Lactan„tii* præceptor, *VII. libros aduerſus gen„tes* reliquit: nam *Commentarii in Pſal„mos* alium habent auctorem; quare nec „coniunguntur in optimis editionibus. „Frigidi ſunt iſti *Commentarii*; *Arnobio* „autem nihil ardentius. Videtur itaque „lapſus eſſe *Eraſmus*, qui putauit, ſcri„ptores eccleſiaſticos habere duplex ge„nus ſcribendi, vnum accuratum & poli„ticum, alterum ſimplex. Verum tale „quippiam vix obſeruabitur. Inter edi„tiones, *Elmenhorſtii*, viri reuera do„ctiſſimi, eſt optima, qui neſcio quo af„fectu ferebatur in ſcriptores Africanos. „Edidit enim etiam *Apuleium*. Promiſit „editionem nouam & ampliſſimos com„mentarios in hunc ſcriptorem Cl. *Salma„ſius*, & typographus iam multas pagi-

„nas

„nas excuderat; ſed poſtea nihil annota-
„tionum a *Salmaſio* potuit impetrare. *Sæ-*
*cula IV. p. 269. ſq.*

„*Arnobius* ſtilo tumidiore, multa eru-
„ditione, contra Ethnicos pro veritate
„Chriſtianæ religionis ſcripſit; editus
„Antwerpiæ 1582, 8. Pariſiis cum *Heraldi*
„notis 1605. Ab *Elmenhorſtio* Hamburgi
„1510. *Comment. de Script. p. 65.*

„LACTANTIVS etiam FIR-
„MIANVS, *Arnobii* diſcipulus, qui
„exemplo præceptoris ſui *contra gentes*
„ſcripſit, refertur in hoc ſæculum, quam-
„quam ſequentis potiſſimum initiis floru-
„it. Huius eloquentia omnibus eſt præfe-
„renda. Habuit autem errores ſatis craſſos.
„Vera vtilitas, quæ inde petitur, continet
„generalem locum de veritate Religionis
„Chriſtianæ. Antiquitatis cognitio plane
„in eo ſingularis eſt. Auctores tractauit re-
„conditos, & ex illis multa nobiliſſima
„fragmenta conſeruauit præſertim ex *E-*
„*uemero* hiſtorico nobiliſſimo. Editio
„Aldina præ reliquis probanda, quæ val-
„de diligens eſt. Commentarios in eum
„adornauit *Xyſtus Betuleius*; ſed frigidos,
„in quibus nihil memorabile eſt. Promittit
„autem doctiſſimus ICtus Dn. *Ernſtius*, Pro-
„feſſor Soranus, editionem, in qua XXIII.
„Codices MSS. contulit; ſicut ipſum refe-
„rentem audiui. *Eraſmi* etiam editio in-
„ter optimas referenda eſt. *Sæcula IV. p. 271.*



Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi III.

„*Lactantius* ex officina Aldi in 8. Baſi-
„leæ in fol. Pariſiis 1563. & ſæpius alibi.
„Facundiſſimus ſcriptor & diligenter le-
„gendus, tum propter Theologiæ vni-
„uerſalis diſciplinam, tum propter mora-
„lia. *Comment. de Script. p. 65. ſq.*

„Sed & *Lactantius* atque *Auguſtinus*
„*de Ciuitate Dei* hic nominandi ſunt pro-
„pter eos, qui etiam Latinitatis ſtudium
„malunt iam tum ad Theologiæ ſcopum
„conferre. E quibus *Lactantius* quidem
„puriſſima elegantia, & Ciceronianæ ora-
„tioni æmula præcellit. *Diſs. T. III. p. 548.*

„Inter Græcos CLEMENS ALEX-
„ANDRINVS, natus Athenis, ſed
„Alexandrinæ Eccleſiæ presbyter. Su-
„perſunt de ſcriptis eius *libri Stromatum*,
„*Pædagogus*, *Protrepticon*. Errores enu-
„merat doctiſſimus, & qui de Eccleſia
„præclare meritus eſt, *Chemnitius*, Exa-
„mine Conc. Trid. P. I. Vid. *Hieronymus*
„in Catalogo & *Euſebius* Hiſt. Eccl. L. 6.
„c. 5. & 11. *Horneius* Hiſt. Eccl. L. 3. c. 1. §.
„13. 14. 15. Edidit *Clementem Dan. Hein-*
„*ſius* nitido charactere, qui & paucas no-
„tas adiecit, quæ & comparent in editio-
„ne Pariſienſi. Antiquitatis fuit peritiſ-
„ſimus; de omnibus artibus, diſciplinis
„& opificiis diſſeruit. Multa ex hiſtori-
„cis & Philoſophicis annotauit, nec quem-
„quam licet nominare ex Patribus Græ-
„cis,

Digitized by Google

„cis, qui plures complexus fuerit diſci-
„plinas, quam hic ipſe & *Origenes*. *Sæ-
cula IV. p. 272.*

„*Clemens Alexandrinus* in Theologia
„vniuerſali aduerſus Gentiles grauis ſcri-
„ptor, omnigena eruditione imbutus, a
„*Dan. Heinſio* nouiſſime Gr. Lat. Pariſiis
„editus eſt. *Comment. de Script. p. 65.*

„IVLII AFRICANI *Chronicon* a
„condito Orbe ad Macrinum Imp. periit.
„Supereſt in Operibus *Origenis* Epiſtola
„*de Hiſtoria Suſannæ*, quam fabuloſam
„eſſe diſputat.„

„ORIGENES Adamantius, *Clemen-
„tis* diſcipulus, ingenio ſtupendo, eru-
„ditione vaſta diffuſaque, labore incre-
„dibili, 6000. libros ſcripſiſſe fertur. Vid.
„*Euſebius* L. 6. c. 26. 13. 15. 18. qui & *Apolo-
„giam pro Origene* nomine *Pamphili* mar-
„tyris edidit, vt & *Ruffinus*, quem *Hie-
„nymus* refutat. Adde *Socratem* L. 6.
„Hiſt. Eccl. c. 13. In iunioribus laudato-
„res eius ſunt *Picus*, Mirandulanus, &
„*Gilbertus Genebrardus*. Vid. quæ ſupra
„de Origenianis ex *Epiphanio* dicta. Ope-
„ra eius olim credita interpolata eſſe.
„Prodierunt hoc ſæculo Pariſiis II. Volu-
„minibus. Quædam autem non ſunt *Ori-
„genis*, quod ſtilus prodit, qui eſt alias ac-
„curatiſſimus; pleraque autem in illis ope-
„ribus ſunt inepta & frigida, vt vix diſci-
„pulo poſſint tribui. Laudatur *Origi-*



Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi III.

„*nes* a veteribus, quod in exegeticis fue-
„rit incomparabilis; at quæ hodie habe-
„mus exegetica, non reſpondent huic
„laudi, nec eruditionem ſapiunt. Quam
„præelare ſuis verſionibus meritus ſit, ſu-
„pra diximus. De erroribus eius vid.
„*Patrologia Gerhardi. Vincentii Leri-*
„*nenſis* iudicium ex *Commonitorio* deſcri-
„bit *Horneius* Hiſt. Eccl. L. 3 c. 3. §. 20.
„&c. Alias *Vincentius Lerinenſis* non
„tam magnus eſt, quamuis multi de eo
„diſputent; nos autem controuerſiam il-
„lam noſtram non facimus: plurima ta-
„men habet vtilia, ſicut iudicium eius de
„*Tertulliano* & *Origene* plenum æquitatis
„Chriſtianæ. Admoneri autem debemus
„ſi tantus vir ſine exemplo omni eruditio-
„nis apparatu inſtructus in tantos errores
„incidere potuerit, quid cuique no-
„ſtrum accidere poſſit. Videat igitur
„quisque, qui ſtat, ne cadat. Sola eru-
„ditio id non præſtiterit, ſed opus eſt pie-
„tate & directione diuina. Quamuis &
„*Origenes* pietate fuerit inſignis. In iu-
„uentute cupidine ſanctioris vitæ ſe ipſum
„caſtrauit. Inter opera eius habentur li-
„bri *περὶ ἀρχῶν*, qui eſſe debent ſumma
„& ſyſtema Theologiæ. Hos autem eſſe
„*Origenis* nunquam mihi perſuadebitur.
„Nec Verſio eſt *Hieronymi*. Nec habe-
„bit leuia argumenta, qui de iis dubitarit.
*Sæcula IV. p. 272.*

„*Ori-*

Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi III.

„*Origenes Adamantius* plurima quidem „ſcripſit; ſed quæ ſuperſunt, duobus to- „mis continentur Pariſ. Gr. Lat. Fol. Do- „ctiſſimus vir; ſed grauiſſimos in errores „prolapſus. *Comment. de Script. p. 65.*

„*Origeniani* ab *Origene Adamantio* di- „cti, (apud *Epiphan.* Hæreſi LXIV) qui „vitæ ſanctitate, eruditione, conſtantia „confeſſionis inniſus, cum diu fruſtra ad „Idolorum cultum inuitaretur, tandem „ſtupro per AEthiopem ſibi intentato vt „ſacrificaret compulſus fertur. Reuer- „ſus tamen ad pœnitentiam, cum ſacris „literis interpretandis operam nauaret, „arrogantia in errores maximos incidit. „Qui lapſus absque dubio omnium maxi- „mus fuit, poſt Adæ lapſum, viri, qui „tanta antea conſtantia Chriſtum profite- „batur, vt aliis exemplo eſſe poſſet, tam- „que multa ob eius nomen paſſus. Fili- „um Dei creatum, & tantum ex gratia fi- „lium dici; animas ante corpus extitiſſe, „easdemque angelos eſſe, ſiue poteſtates „ſuperiores, ob peccatum ſupplicii cauſ- „ſa in hoc corpus incluſas; mortuorum „reſurrectionem ἐλλιπῆ ποιεῖται, πῇ μὲν „λόγῳ παρισεῖν ταύτην, πῇ δὲ ἐξαρνέμε- „νος τελεώτατα, ἄλλοθι δὲ καὶ μέρος „ἐξ αὐτῆς ἀνίσασθαι. Allegorias in mul- „tis ſectatur. Quod quidem inter erro- „res eius non numeraretur, cum & alii „Patres id fecerint, niſi ipſum ſenſum lio

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi III.

„ralem prorſus repudiaſſet: id quod plu-
„rimos & eruditiſſimos viros in errorem
„dedit. *Philonem* e. g. qui ex elatione
„animi in literæ ſimplicitate manendum
„non eſſe putabat; qui tamen ſatis frigi-
„de ſæpe *ἀλληγορίζει*. Idem iudiciuin eſt
„de *Hieronymo*. Non igitur imperite fa-
„ctum ab *Epiphanio*, quod & hæc in
„*Origene* annotaret. Adhuc hodie abs-
„que dubio ſuæ & eruditioni, & exiſti-
„mationi conſulunt, qui literalem, vbi-
„cunque fieri poſſit, ſenſum venantur.
„Profert poſtea *Epiphanius* errores eius
„ex Commentariis in Pſalmum I. addita
„refutatione; deinde epitomen dogma-
„tum *Origenis* ex *Methodio*, fuſe ſequiur
„refutatio *Epiphanii* vsque ad finem Lib.
„2. T. I. Errorum *Origenis* epitome ſunt
„libri *περὶ ἀρχῶν*, qui ſine maxima com-
„motione pectoris legi non poſſunt, dum
„quis ſibi vix perſuadere poteſt, virum
„tam pium in tam craſſos errores incidiſ-
„ſe. Si vel omnino *Origenes* horum li-
„brorum auctor non fuiſſet, certum ta-
„men eſſet, eum tales errores fouiſſe,
„qnod ex Methodio conſtat. *Sæcula IV. p. 256.*

„De *Origenis* lapſu & ſacrificio idolo-
„latrico fabulam putant apud *Epiphanium*
„Hæreſi LXIV. tradi, cum ea res tantum
„nitatur quodam libello, *θρήνῳ ὠριγένους*
„di-

„dicto, quam iam *Gelaſius* Papa inter „apocrypha retulit. *Ibid. p. 263.*

„Id potiſſimum in Eccleſia ſpectatum, „vt Scriptura in Græcam linguam, quæ „vbique intelligebatur, transfuſa emenda„retur, quo Hebræis fontibus reſponderet. „Cum enim antiquæ verſioni Iudæorum, „auſpiciis Philadelphi factæ acceſſiſſent „ſuperiori ſæculo aliæ, vt ſub Hadriano „*Aquilæ Pontici*, qui a Chriſto ad Iudæ„os ſenex defecerat, ſub Seuero *Symmachi* „e Samaritano Iudæi, ſub Commodo „*Theodotionis* e Marcionita Iudæi, ſub „Caracalla Hierichunte in doliis alia in„certi auctoris reperta eſſet, vt & ſub Alex„andro Mammææ Nicopoli alia; *Luci„anus* Samoſatenus, Antiochenus pres„byter, offenſus adulterinis, quæ irre„pſerant, & per hæreticos deprauatis, ad „Hebræos fontes exigere totum V. T. „tum & reſtituere aggreſſus eſt. Ex „mente *Epiphanii Petauius* ita collocat „*Tetrapta Origenis:*

| 1 | 2 | 3 | 4 |
|---|---|---|---|
| *Aquila* | *Symmachus* | *LXX.* | *Theodotio.* |

*Hexapla*

| 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|
| *Hebr. propr. elementis* | *Hebr. Gr. Lit.* | *Aquila* |

| 4 | 5 | 6 |
|---|---|---|
| *Symmachus* | *LXX* | *Theodotio* |

„Duæ nimirum columnæ habent tex-

tum

Cap. XLVI Mantiſſa Script. Eccl. Sæculi III.

„tum Hebraicum, ſed altera Græcis literis „ſcriptum. Adiiciuntur deinde quatuor „columnæ Græcæ. Quodſi ſex colu- „mnæ adiungantur naſcuntur *Octapla* „hoc modo:

| 1 | 2 |
|---|---|
| *Hebr. propr. elementis* | *Hebr. Gr. literis* |

| 3 | 4 | 5 |
|---|---|---|
| *Aquila* | *Symmachus* | *LXX.* |

| 6 | 7 | 8 |
|---|---|---|
| *Theodotion* | *V. Editio* | *VI. Editio.* |

„Hæc *Origenes Adamantius*, *Samoſateni* „æqualis, magno labore confecit. Vbi ni- „mirum quatuor columnæ verſionum „duabus Hebraicis (quarum altera Græ- „co charactere ſcripta erat) coniungun- „tur. *Hexapla* ſunt: ſi quinta etiam & „ſexta interpretatio acceſſerit, *Octapla* vo- „cantur. Vid. *Epiphanius* de Ponderibus „& menſuris. Opus eſt illud vere ele- „gantiſſimum, quod admirandam tum „peperit vtilitatem. Hodie nihil ſuper- „eſt, niſi pauca fragmenta; vti notum eſt. *Ibid. p. 243. ſqq.*

„AMMONII ALEXANDRINI „*Canones Euangelici* & *Harmonia Euange-* „*lica* habentur in Bibliotheca Patrum. *Ibid. p. 274.*

„Noui Teſtamenti Hiſtoriam Euange- „licam in vnam *Harmoniam* redegit *Am-* „*monius Alexandrinus*, ſicut ſuperiori ſæ- „culo *Tatianus* opus ſuam *διὰ τεσσάρων*

„con-

Digitized by Google

„confecerat. De inſtituto & conſenſu Euangeliſtarum ac ratione ſcribendi co- „pioſa extat diſſertatio *Epiphanii* in Hæ- „reſi LI. quæ eſt τῶν Αλόγων. - - - „Tanta induſtria ſub æſtu perſecutionis „miraculo non caret. *Ibid. p. 245.*

Cap. XLVI. Mantiſſa Script. Eccl. Sæculi III.

„GREGORIVS, Neo-Cæſarienſis „Epiſcopus factus, XVII. tantum Chri- „ſtianos inuenit, decedens vita XVII. tan- „tum ethnicos reliquit; quod memorabile „eſt in eius hiſtoria. Miracula patrauit; „vnde *Thaumaturgi* cognomen. Reue- „lationem de SS. Trinitate habuit. Res „eius ex *Baſilio* & *Gregorio Nyſſeno* pe- „tendæ. Scripta recenſet *Patrologia* „*Gerhardi*, vbi etiam de iis, quæ *Gerardus* „*Voſſius* edidit. Editio Pariſienſis eſt o- „mnium pleniſſima. Antwerpienſes e- „um, ſicut omnes Patres, quos hoc ſæculo „etiam ediderunt, mutilarunt, caſtrarunt, „& multa omiſerunt.„

„DIONYSII, Alexandrini Epiſco- „pi, extat breuis *Epiſtola* in *Canonibus Ec- „cleſiaſticis* editis Pariſiis cum Comment. „*Io. Zonaræ*, vt & cum Comment. *Balſa- „monis*. Vid. *Euſebius* L. VI. & VII. vbi „fragmenta etiam *Athanaſii* de ſententia „*Dionyſii Alexandrini* & de ſententia Ni- „cenæ ſynodi.„

„DOROTHEI, Epiſcopi Tyri, „*Syneſis de vita Prophetarum & diſcipu- „lorum Chriſti* in Bibliotheca Patrum non

„agno-

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi IV.

„agnoſcitur. Vid. *Gerhardi Patrologia.*„

„Neque HIPPOLYTI, Portuen-„ſis, genuinum quicquam ſuper eſt. *Sæcula IV. p. 274. ſq.*

§. 8.

„Sæculo IV. poſt Chriſtum natum in „Scriptoribus Eccleſiaſticis occurrit EV-„SEBIVS, cuius *Hiſtoria Eccleſiaſtica* „nuper ab *Henr. Valeſio* memorabilibus „notis fuit illuſtrata Pariſ. Gr. Lat. Præ-„terea ſcripſit Præparationis Euangelicæ „& Demonſtrationis Euangelicæ nobilis-„ſima opera, pro veritate Chriſtianæ reli-„gionis contra ethnicos. Poſt *Roberti* „*Stephani* Græcam editionem, cum ver-„ſione noua *Vignierii* edita ſunt Pariſ. „Græco-Lat. Item *Chronicon* a *Ioſepho* „*Scaligero* Animaduerſionibus illuſtra-„tum: *Præparatio Euangelica* multa con-„ſeruauit fragmenta ex vero *Sanchunia-„thone, Beroſo, Hecatæo, Artapano*, & aliis „amiſſis ſcriptoribus. *Comment. de Script. p. 68.*

„*Euſebius*, Cæſarienſis, ſeu Cæſareæ „Palæſtinæ Epiſcopus, & *Euſebius Pam-„phili*, ob amicitiam cum Pamphilo mar-„tyre vocatus, ſatis luculenter deſcribitur „apud *Voſſium* de Hiſt. Gr. L. 2. c. 17. „Theologis interim potius annumeran-„dus, quia ſcripta illius hiſtorica etiam „ſcopum habent theologicum. Excide-„runt magnis viris ex noſtratibus quoque „Theologis quædam, vt contemtim de „hoc

„hoc *Euſebio* loquerentur: non penetra-
„runt autem in mentem illi9. Certum qui-
„dem eſt, eum non, vt reliquos, dogma-
„tice fidei articulos exponere; ſed in eo
„potius ſummam laudem meritus eſt,
„quod prius voluit remouere ethnicorum
„obiectiones, eosque ex propriis ſcriptis
„conuincere. Sed nimirum ſuperiore
„ſæculo neruum horum ſcriptorum non
„potuerunt animaduertere, cum Latine
„tantum legerentur. Secunda laus *Euſe-*
„*bio* eſt, quod tot monumenta antiquitatis
„nobis conſeruauit. Infamia Arianiſmi
„laborauit; ſed maximi quoque Theolo-
„gi noſtrates dicunt, incaute quidem non-
„nulla ab eo eſſe prolata, quæ ipſe tamen
„poſtea correxit. Editiones Gallicanæ
„laudantur. *Sæcula IV. p.369. ſq.*

„ANTONII, Abbatis, *Epiſtolæ &*
„*ſermones* feruntur in Bibliotheca Pa-
„trum; dubium, an opus ſit γνήσιον.„

„Ita *Regula Monachorum* PACHO-
„NII inter opera item *Caſſiani* extat.„

„ORESIENSIS quoque monachi
„liber *de Inſtructione vitæ monaſticæ* extat
„in Bibliotheca Patrum. Hæc talia mo-
„numenta ſemper ſunt cum examine le-
„genda.„

„Horum temporum æqualis, MACA-
„RII, *Homiliæ* eruditæ feruntur, editæ
„tum in Bibliotheca Patrum, tum ſeorſum
„Gr. & Latine Pariſiis a *Fed. Morello.*„

„ATHA-

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi IV.

„ATHANASIVS, Alexandrinus, „& eiusdem Eccleſiæ Epiſcopus cuius o-„peribus multa ſuſpecta admiſcentur. „Vid. *Patrologiam Gerhardi.* - - - - - „Fuit omnino hic *Athanaſius* magnum „eccleſiæ lumen, qui maximis curis & la-„boribus articulum de perſona Chriſti, „ſeu *τῆς οἰκονομίας* illuſtrauit. Quæ fue-„rit paſſus, alibi dictum eſt. *Sæcula IV.* p. *371.*

„*Athanaſius* Græco-Latine Baſileæ, & „hoc ſæculo Pariſiis editus. *Comment. de Script. p. 68.*

„SERAPIONIS, AEgyptii, *liber* „*contra Manichæos* ſupereſt apud *Caniſi-*„*um*, qui nobili illo opere *Antiquarum Le-*„*ctionum* multa inedita publicauit.„

„LVCIFER, Epiſcopus Calarita-„nus, a quo ſecta Luciferiana. Opera eius „Pariſiis edita & alibi. *Sæcula IV. l. c.*

„*Lucifer*, Caralitanus, in Bibliotheca „Patrum. *Comment. de Script. p. 70.*

„MARIVS VICTORINVS, „Afer, Rhetor, qu[redacted] Theologus melior; „reliquit tamen quædam Theologica, in „Bibliotheca Patrum, caute legenda; ſero „enim ad Chriſtianiſmum venit.„

„HILARIVS, Pictauienſis Epiſco-„pus, vir magni zeli in eccleſia, claritudi-„nis & eruditionis. Stilus eius eſt incom-„modior, ob cuius obſcuritatem dicta il-„lius in varios ſenſus ſæpe trahuntur ab

„iis,

Digitized by Google

„iis, qui pallio antiquitatis errores ſuos „contegere volunt. *Eraſmi* editio Baſi- „leenſis eſt optima. *Sæcula IV. p 372.*

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi IV.

„HILARII *Opera* Baſileæ edita ab „*Eraſmo* in fol. Etiam Pariſiis. *Comment. de Script. p. 70.*

„GREGORII quoque BAETICI „extat liber aduerſus Arianos in Biblio- „theca Patrum.„

„PHOEBADIVS, Agennenſis, qui „& ipſe æqualis *Athanaſii* & *Hilarii* fuit; „non tamen extat in Bibliotheca Patrum, „ſed editus etiam eſt cum eruditiſſimis „notis *Caſp. Barthii.*„

„PACIANI, Barcinonenſis in Py- „renæ montibus Epiſcopi, extant quædam „tum in Biblioth. Patrum, tum ſeorſum „edita.„

„DIDYMI, Alexandrini, cæci a nati- „uitate, liber *de Spiritu S.* inter opera „*Hieronymi* latinitate donatus ab *Hiero- „nymo* extat, tum quædam apud *Cani- „ſium*, & in Bibliotheca Patrum.„

„OPTATVS, Africanus, epiſco- „pus Mileuitanus in Numidia, *VII. libros „contra Parmenianum Donatiſtam* reli- „quit, editos Pariſiis, Baſileæ, & alibi. Sti- „lus eſt, vt Afrorum eſſe ſolet.„

„TITVS, Boſtrenus, ſeu Boſtrenſis „Epiſcopus, ſub Valente obiit. *Libros „contra Manichæos* reliquit, a *Caniſio* edi- „tos. Feruntur & *Commentarii in Mat-*



Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi IV.

„*thæum & Lucam* eius nomine, ſed falſo.„

„CYRILLVS, Hieroſolymitanus „Epiſcopus, ſæpe deiectus, ſæpe reſtitu„tus, reliquit *Catecheſes*. Obiit ſub Theo„doſio. Hoc opus *Catecheſeos* eſt illu„ſtriſſimum, in quo multa etiam reperi„untur de ritibus, moribus, & diſciplina „huius ſæculi. Editio Pariſienſis eſt o„mnium optima & perfectiſſima. *Sæcula IV. p. 372. ſeq.*

„*Cyrilli*, Hieroſolymitani, editio Gr. „Lat. Pariſienſis præcellit. *Comment. de Script. p. 69.*

„APOLLINARII, Epiſcopi Lao„diceni, cuius errorum ſupra facta men„tio, nihil præter *Pſalmos* carmine red„ditos habemus. Vir fuit laborioſiſſi„mus & in hoc de Eccleſia bene meritus, „quod dicta Biblica in verſus Græcos „transtulit, cum videret eos auide peti. „Edidit eos ſuperioris ſæculi anno 52. ty„pis diligentiſſimis *Turnebus*, nec vlla, „quæ ſecutæ ſunt, editionum diligentiam „Turnebianæ hactenus æquauit. *Sæcula IV. p. 373.*

„Auctor ſectæ (Dimneritarum) *Apol„linarius*, Laodicenus, vir ceterum lau„datus, deplorante & refutante *Athanaſii* „epiſtola, quæ extat apud *Epiphanium*, „qui & ſuam refutationem adiecit. *Ibid. p. 360.*

„EPHRAEMI, Syri, Diaconi Edeſ„ſeni,

Digitized by Google

„seni, Opera Syriace scripta non nisi La-
„tine habentur, partim in Bibliotheca Pa-
„trum, partim in editione *Gerh. Vossii*;
„sed incertum est, an aliqua sint eius, quæ
„circumferuntur. Mirandum est, do-
„ctissimum virum *Hug. Grotium* huius *E-*
„*phræmi* auctoritati tantum tribuere: sæ-
„pe nimirum decipitur. Quoties enim
„aliquid ex *Ephræmo* repetit, tum illud o-
„mnibus aliis Patribus præfert, argumen-
„to nullo alio ductus, vt arbitror, quam
„reuerentia illius sæculi. Debuisset au-
„tem cogitare, non omnia, quæ sub no-
„mine Patrum huius temporis circumfe-
„runtur, esse genuina. *Ibid. p. 373. sq.*

„Illud in *Grotio* vix quisquam proba-
„uerit, quod *Ephræmi* sui; quomodocun-
„que ad posteros propagati, *Euthymii Zi-*
„*gabeni*, & eiusmodi nominum, rariorum
„forte, quam præstantiorum, auctorita-
„tem sæpe in explicanda Scriptura maxi-
„ximis & grauissimis antiquorum Patrum
„sententiis præfert. Cuius consilii ra-
„tio etiam aliis in operibus sæpe ei frau-
„di est. *Præfat. ad Grotium de I. B. & P. p. 22.*

„*Ephræmus*, Syrus, in Bibliotheca Pa-
„trum habetur. Studiosus est nouarum
„opinionum. *Comment. de Script. p. 69.*

„BASILIVS M. Episcopus Cæsari-
„ensis in Cappadocia, fertur vulgo auctor
„Institutionis Monasticæ. *Niceræ* tamen

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi IV.

„commentator alium quendam nominat. „Huius Patris eruditio eſt ſumma; elo„quentia, qualis vix dari poteſt hoc ſæcu„lo, magnifica, qua parem non habet. Fi„gurate nonnunquam locutus eſt, ſicut & „alii Patres; quæ poſtea ad errores ſtabili„endos aduerſarii trahere ſolent. Re „vera autem fuit vir maximus. Operum „eius editio Baſileenſis Græca ſolum & „Pariſienſis Græco-Latina commen„dantur.„

„ANDREAE, Cæſarienſis Epiſco„pi, *Baſilii* ſucceſſoris *Commentarii in A„pocalypſin* extant in Bibliotheca Pa„trum.„

„GREGORIVS, Nazianzenus epi„ſcopus, vir maximus conditione, & lon„ge magis pietate. Humilius quidam de „eo ſenſerunt, dum Latine tantum lege„batur. Eſt autem reuera ſummæ con„ditionis; neque ſatis mirari poſſumus „eum, quando carmina ipſius legimus „omni apparatu eloquentiæ adornata, vt „nihil ſimile extet. Conflictatus eſt cum „multis & maximis calamitatibus: quæ„dam non ſine lachrymis legi poſſunt. „Habemus editionem Baſileenſ. Græcam „& Græco-Latinam Pariſienſem. In Bi„bliotheca Baſileenſi eſt nitidum & in„comparabile MStum. *Sæcula IV. p. 374. ſq.*

„*Gregorius*, Nazianzenus, Græce Baſi„leæ, Gr. Lat. Pariſiis II. Tomis editus cum

„*Ni-*

Digitized by Google

„*Nicetæ* & *Billii* Commentariis. *Comment. de Script. p. 69.*

„His (*de Iuliano Imp.*) nos in primis „decet addere, præter Hiſtoricos Eccleſia„ſticos, *Gregorii Nazianzeni λόγες ςηλιτευτικὲς* ſeu *Inuectiuas in Iulianum*, „quæ ſunt Orat. 3. & 4. Neque dubitan„dum eſt de auctoritate & fide viri gra„uiſſimi & ab omni mendacio alieniſſimi, „qui omnia de Iuliano habuit cognitiſſi„ma; cuius etiam lineamenta, mores, in„genium Athenis fuerat antea contem„platus, adeoque omnem curam intendit, „vt ingenium hominis, in quo nihil ſin„ceri fuit, quippe artifice diſſimulandi „peritiſſimo, penitus pernoſceret. *Sæcula IV. p. 321.*

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi IV.

„DAMASI, Epiſcopi Romani, quæ „feruntur, ſuſpecta, aut aliorum auctorum ſunt.„

„FAVSTINI, Diaconi Romani, „*Liber contra Arianos* extat in Bibliotheca „Patrum.„

„EPIPHANIVS, Conſtantiæ in „Cypro Epiſcopus, vir fuit pius magnæque ſuo æuo auctoritatis, quo plane ca„rere non poſſumus, vt alias dictum; „quamquam interdum incautior. Edi„tiones Baſileenſ. & Græco-Latina *Petauii* commendantur. *Sæcula IV. p. 375.*

„*Epiphanius* Gr. Lat. a *Dionyſio Pe„tauio* editus Pariſiis, præcellit. An-



Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi IV.

„tiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſis in pri-
„mis neceſſarius ſcriptor, doctus & diſer-
„tus. *Comment. de Script. p. 69.*

„*Epiphanius* admirandæ conditionis
„homo, cum iudicio tamen legendus. *Sæc. IV. p. 253.*

„*Epiphanius* caute legendus; non enim
„ex iis eſt, qui puriſſimi in omnibus; ex
„aliis tamen cauſſis merito commendan-
„dus. *Ibid. p. 255.*

„*Epiphanius* reliquis omnibus, qui
„poſtea etiam hæreſes deſcripſerunt, eſt
„diligentior. Et numerus apud eum eſt
„duplicatus propter ſchiſmata quoque
„annumerata & ſectas Iudaicas, & quod
„alia quædam adhuc ex vltima antiqui-
„tate repetit. *Ibid. p. 361.*

„PHILONIS Carpathii Epiſcopi
„*Commentarius in Cantica Canticorum*
„continetur in Bibliotheca Patrum.„

„AMBROSIVS, Epiſcopus Medio-
„lanenſis, vir inſigni pietate & eloquen-
„tia, qualis eſſe poterat illis temporibus;
„non Tulliana, vt in omnibus tam exqui-
„ſita ſit rectitudo ſtili. Editio *Eraſmi*
„haud dubie eſt optima. Iudicia haben-
„tur apud *Gerhardum* & alios. *Ibid. p. 375. Add. p. 35. ſqq.*

„PHILASTRII *de Hæreſibus* liber
„in Bibliotheca Patrum extat. Sæpe re-
„fert inter hæreſes, vt *Epiphanius*, quæ hæ-
„reſes non ſunt „

„IDA-

Digitized by Google

„IDACIO, Epiſcopo Hiſpano, tri- Cap. XLVI.
„buunt vulgo *libros III. aducrſus Vari-* Mantiſſa.
„*mundium Arianum*, in Bibliotheca Pa- Script. Eccl.
„trum T. IV. ſed non aſſentitur *Ger. Io.* Sæculi IV.
„*Voſſius* de Hiſt. Lat. L. 2. c. 17. vbi etiam
„*Idacios* diſtinguit: & credibile eſt, *Ida-*
*cios* huius ſæculi nil reliquiſſe.„

„GREGORIVS, *Baſilii M.* frater,
„Nyſſæ Epiſcopus, fuit quoque eloquen-
„tiſſimus. Operum eius editiones ha-
„bentur ſuperiori & hoc ſæculo. *Ibid. p.*
*375. ſq.*

„GREGORIVS, Nyſſenus, Gr. &
„Lat. Pariſiis. *Comm. de Scr. p. 70.*

„AMPHILOCHIVS, Iconii Epi-
„ſcopus, *Baſilii & Gregorii* æqualis & ſup-
„par, non tamen cum iis omnino compa-
„randus. Editio poſtrema Pariſienſis eſt
„optima, in quam omnia eius ſunt colle-
„cta, cum iudicio tamen legenda & exa-
„mine, *Sæc. IV. p. 376.*

„HIERONYMI, Presbyteri, cla-
„riſſimum nomen. Poſtrema huius ſæculi
„ornauit, vita in ſequens ſæculum excur-
„rit. Patria fuit Stridonenſis Dalmata.
„Pater eſt eruditione quidem in hoc ſæ-
„culo incomparabilis; Græce, Latine, He-
„braice doctus: quamquam *Io. Druſius*,
„vir de literis Hebraicis optime meritus,
„dicat, eum non ſemel a doctore ſuo Iu-
„dæo fuiſſe deceptum. Plurima tamen
„oſtendunt, quantus in literatura Hebrai-



Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi IV.

„ca fuerit. In iuuentute multa ſcripſit „ἐπτοριπώλερα magis quam Theologica, „quæ megalander noſter *Lutherus* ei ob„iecit; ipſe ſe tamen excuſat etiam. Vi„detur autem *Lutherus* propterea ipſi fu„iſſe infenſus, quod tantopere cœlibatum „extulerit aduerſus coniugium, in quod „alioquin iniurioſus eſt. Vocat enim „mulierem, quæ ad ſecunda vota tranſit, „meretricem, & alium, qui quartam vxo„rem duxiſſet, *quartum nuptiatorem*, & „multa acerba in eum dicit. Sine con„troverſia autem eſt eloquentiſſimus; „vnde *Eraſmus* eius eloquentia ita captus „eſt, vt diceret, *Ciceronem miraturum fu„iſſe eius eloquentiam, eamque etiam præ„laturum ſuæ, cum longe magis ardui ope„ris ſit, in rebus theologicis ſtilo elegantē „vti, quam in moralibus & naturalibus.* „Fuit lector optimorum auctorum quo„rumcunque. Editio Eraſmica eſt o„mnium optima; ſecunda ſcilicet: prima „enim eſt vitioſiſſima, quia typographia „tum nondum ad eandem perfectionem „fuit perducta. *Sæcula IV. p. 376. ſq.*

„E ſacris ſcriptoribus vnum os *Hiero„nymi* omnem dicendi maieſtatem im„pleuit; quem fere in eloquentia ceteris „præferas. Nam in Africanis ſcriptori„bus ſunt, quæ tolerare, quam imitari ma„lis. *Diſſ. I. III. p. 541.*

„*Hieronymus Vitam Pauli*, (Anacho-

„retæ)

Digitized by Google

„retæ) elegantiſſimo & grauiſſimo ſtilo ſcripſit. *Ibid. p. 263.*

„THEOPHILI, Alexandrini, „*Epiſtolæ* quædam, Latine factæ per *Hiero-* „*nymum*, in Bibliotheca Patrum extant.„

„IOHANNES, Hieroſolymitanus, „vixit quidem ſub poſtrema huius ſæculi; „ſed quæ eius in Bibliotheca Patrum præ- „ſcribuntur, longe recentioris notæ „ſunt.„

„DIADOCHI liber *de Perfectione* „in Bibliotheca Patrum habetur.„

„RVFFINVS, Presbyter Aquile- „ienſis, de quo accurate *G. I. Voſſius* de „Hiſt. Lat. L. 2. c. 11. poterat etiam inter „Hiſtoricos referri.„

„GAVDENTII, Brixienſis Epiſco- „pi, *Philaſtrii* ſucceſſoris, quædam ex- „tant in Bibliotheca Patrum.„

„Vt & GROMATII quædam, A- „quileienſis Epiſcopi. *Sæcula IV. p. 377. ſq.*

(*De* IO. CHRYSOSTOMO *vide ſupra c. 3. §. 22. in Oratoribus Græcis.*)

„Sæculo poſt Chriſtum natum V. AV- „GVSTINVS, Patrum decus. Vir „ingenio, varia eruditione, eloquentia, „pietate, maximus; in ciuilibus, ſupra „conſuetum Theologis modum, ad ſin- „gularia etiam facundus. *Comment. de Script. p. 74. ſq.* §. 9.

„Qui de omni argumento morali & ci- „uili plura, (quam *Auguſtinus*) exquiſi-



Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi V.

„tiora, ſublitiora, & ad ſingulas non res „modo, ſed momenta rerum penitius per„tinentia differat, ex Theologis veteribus „nemo laudari poteſt. Nam & *Chryſo„ſtomo* inter Græcos hoc nomine illuſtri „πολιτικώτερος eſt. *Præfat. ad Grotium de I. B. & P. p. 21. ſq.*

„Sed & *Lactantius* atque *Auguſtinus de „Ciuitate Dei* hic nominandi ſunt, pro„pter eos, qui etiam Latinitatis ſtudium „malunt iam tum ad Theologiæ ſcopum „conferre. - - - - *Auguſtinus* cum iudi„cio legendus eſt, qui, præter orationis „copiolæ & eruditæ facultatem, etiam an„tiquitatis cognitionem multum iuuabit, *Diſſ. T. III. p. 540.*

„EVCHERIVS, Lugdunenſis, Ba„ſileæ editus in fol.„

„IO. CASSIANVS Pariſiis in fol. „& Baſileæ 1575.„

„MAXIMI, Epiſcopi Taurinenſis, „ſcripta Romæ edita anno 1564.„

„SYNESII ſcripta Gr. Lat. edidit „*Dionyſius Petauius* Pariſ. in fol. Diſer„tus, hiſtoricus, pius, eruditus, ſoluta & „ligata oratione.„

„LVCIANVS, presbyter Hieroſoly„mitanus, apud *Lippomannum* & *Surium*.„

„CYRILLVS, Alexandrinus, grauis „Theologus; editus Colon. 1546. Baſil. „1566. Pariſ. 1605.„

„THEODORETI Opera eruditione

Digitized by Google

„tione exquisita & eloquentia præstant. „Editio præstantissima Paris. IV. Tomis. „Libri eius *de curatione Græcarum affectionum* singulari eruditione & exquisita hi„storia præcellunt.„ Cap. XLVI. Mantissa. Script. Eccl. Sæculi V.

„PROCLI quædam in Bibliotheca „Patrum.„

„EVSEBII, Emesseni, *Homilia*. Pa„ris. 1575.„

„VENANTII, Lerinensis, *Com„monitorium* in Bibliotheca Patrum & a „*Calixto* editum.„

„PETRI CHRYSOLOGI *Ho„miliæ*, Pasileæ & Coloniæ.„

„LEONIS M. Opera, Antwerpiæ „1583.„

„NILI quædam in Bibliotheca Pa„trum & a *Salmasio* edita de Primatu Pa„pæ.„

„SINCONIS STILITAE quædam in Bibliotheca Patrum.„

„PROSPERI, Aquitanici, *Opera*, „Parisiis.„

„ARNOBII, iunioris, *Opera*, Co„lon 1596.„

„THEODORVS, Presbyter, in Bi„bliotheca Patrum.„

„SALVIANVS, cum commenta„rio *Conr. Rittershusii*, 1611, 8. Pius & gra„uis in practica paræneticа.„

„SALONIVS in Bibliotheca Pa„trum.„

„AENE-

Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi V.

„AENEAE GAZAEI *Theophra-*
„*ſtus* cum comment. *Barthii* in 4. „

„CEREALIS *de fide* in Bibliotheca
„Patrum. „

„VICTOR, Vticenſis, *de Perſecu-*
„*tione Vandalorum*, in Bibliotheca Pa-
„trum: facunda piaque ſcriptio. „

„GENNADIVS, Presbyter Maſſili-
„enſis, inter ſcripta *Hieronymi* & partim
„*Auguſtini*. „

„GELASII, Papæ, *Opera* ſingilla-
„tim edita. „

„GILDAS SAPIENS *de excidio*
„*Britanniæ* in Bibliotheca Patrum. „

„PASCHASIVS *de Spiritu S.* in Bi-
„bliotheca Patrum. *Comment de Script.*
*p.* 74-78.

§. 10. „Sæculo poſt natum Chriſtum VI.
„CAESARII Arelatenſis, *Homiliæ*
„in Bibliotheca Patrum. „

„FVLGENTII, Epiſcopi Ruſpen-
„ſis in Africa, *Opera* Baſileæ edita 1574.
„fol. „

„ENNODII Epiſcopi Ticinenſis,
„*Opera*, Pariſ. in 8. „

„PETRI, Diaconi, *Opera*, *Fulgentis*
„coniuncta. „

„FERRANDI, Diaconi, partim ſe-
„orſum edita, partim in Bibliotheca Pa-
„trum. „

„EVGIPPII, Abbatis, *Opera*, Baſil.
„1542. & Venetiis 1543. „

„MA-

Digitized by Google

„MAXENTII *Opera* in Bibliotheca „Patrum. „

„AVITVS ALCIMVS in Biblio- „theca Patrum. *Ibid. p. 79. ſq.*

„AVITI *Opera*, Pariſiis edita *Ibid. p. 75.*

„VICTOR, Epiſcopus Africanus, „in Bibliotheca Patrum. „

„LEONTIVS, Byzantinus, apud „*Caniſium* in antiquis Lectionibus. „

„VICTOR, Capuanus, in Bibliothe- „ca Patrum. „

„IVSTVS, Orgelitanus, in Biblio- „theca Patrum.

„ANASTASIVS SINAITA In- „golſtadii 1606. & in Bibliotheca Pa- „trum. „

„IVNILIVS, Epiſcopus Africanus in „Bibliotheca Patrum. „

„PRIMASII *Opera*, Pariſ. 1543. „

„MARTINI, Dumienſis, *Collectio „Canonum ex Synodis Græc.* in Opere Con- „ciliorum: *de IV. Virtutibus* in Bibliothe- „ca Patrum. „

„PROCOPII GAZAEI *Opera*, Pa- „riſ. Gr. Lat. „

„IO. CLIMACVS in Bibliotheca „Patrum. „

„LIBERATI, Archi-Diaconi Car- „thaginienſis, *Breuiarium de Neſtorii & „Eutychetis cauſſa*, in opere Concilio- „rum. „

„VENANTII FORTVNATI, „Epi-

Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi VI.

„Epiſcopi Pictauienſis, *Vita Hilarii*, apud „*Surium*: Carmina in Bibliotheca Pa„trum.„

„GREGORIVS, Turonenſis, ſæ„pius editus; etiam ope *Franciſci du* „*Cheſne*.„

„BOETII SEVERINI *Opera* ſæ„pius edita; morum pietate, quam elo„quentiæ ſpeciminibus clariora. *Ibid. p. 80. ſqq.*

§. 11. „Sæculo poſt Chriſtum natum VII. „GREGORIVS M. cuius opera edita „Baſil. 1564. fol. & Pariſ. 1571. &c. „

„SOPHRONII, Epiſcopi Hiero„ſolymitani quædam in Bibliotheca Pa„trum.„

„ISIDORI, Hiſpalenſis, *Opera*, Pa„riſ. 1580. iterum 1601.„

„ELIGII, Epiſcopi Nouiomenſis; „*Homiliæ* in Bibliotheca Patrum.„

„BERENGOSI quoque Abbatis, & „ESAIAE, Abbatis, & MAXIMI „martyris.„

„HILDEPHONSI, Epiſcopi To„letani, *Opera* excuſa Pariſ. 1576. & in „Bibliotheca Patrum.„

„Vt & IVLIANI, Epiſcopi Tole„tani, *de futuro ſæculo*.„

„ANASTASII, Nicæni, quædam „in Bibliotheca Patrum. *Ibid. p. 84. ſq.*

§. 12. „Sæculo poſt C. N. VIII. GREGO„RII

„RII II. quædam in opere Conciliorum „& apud *Baronium*.„

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi VIII.

„ANTHELMI ſiue ADELMI, „Epiſcopi Scoti, in Biblioth. Patrum.„

„De *Adelmo*, ſiue *Adhemaro* Bene„dictino *Voſſius* in Hiſt. Lat. L. 2. c. 31. „ cuius tamen hiſtoria ab aliis *Eginhardo* „tribuitur. *De rebus Sæc. IX. & X. p. 45.*

„Ceterum, ſicut multis ingenium non „defuit; ita genio ſæculi in minora fere ela„bebantur. Id quod plerumque faciunt, „qui inuita Minerua, fiducia quam do„ctrina maiori, poetas ſeipſi promul„gant. Magni operis ſcilicet, iam inde „ab initio Sæculi octaui videbatur carmen „*Aldelmi*, cuius literæ verſibus initium „& finem dantes, hunc primum carminis „verſum efficiebant,

„ *Metrica tirones nunc promant carmi„ na caſtos.*

„Quod inuentum *Rabano Mauro*, qui ſub „Ludouico Pio claruit, a nonnullis poſt„ea attributum eſt, ſicut in editione „*Wolffg. Lazii* cognoſcitur: vbi tamen „bis in poſtremis verſuum vocibus *iſtis* „pro *iſtic* legitur, cum detrimento artifi„cii, ſi quod eſt, quod dixi. *Ibid. p. 47.*

„MARCELLINI, Presbyteri, *Vi„ta Suiberti* apud *Surium*.„

„GERMANI, Epiſcopi CPtani, quæ„dam

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi VIII.

„dam in Bibl. Patrum; quædem in Con-
„ciliis; quædam apud *Caniſium*.„

„BEDAE *Opera* Lugduni & alibi edita
„infol.„

„DAMASCENI *Opera*, Græce &
„Latine Baſil. 1575. & apud *Caniſium*.„

„BONIFACII, Moguntini, *Epiſtolæ*,
„Mogunt. 1605. & in Opere *Andr. du*
„*Cheſne*.„

„ANTONII MELISSAE quæ-
„dam in Bibliotheca Patrum.„

„HADRIANI, Papæ *Epiſtolæ* in
„Opere *du Cheſne*.„

„PAVLINVS, Aquileienſis, in Bibl.
„Patrum.„

„*Paulinus*, Aquileienſis Epiſcopus, qui
„contra Felicem & Elipandum ſcripſit,
„ſeorſum, & in Tomis Conciliorum edi-
„tus. *Sæc. IX. & X. p. 46.*

„ALBINI ALCVINI *Opera* Lug-
„duni Gallorum impreſſa: quædam apud
„*Caniſium*.„

„THEODORVS STVDITES
„expectatur, ſiue prodiit, inter Scriptores
„Byzantinos, Pariſ. Gr. Lat. in fol. *Ibid.*
*p. 86. ſq.*

„In Oriente apud Græcos in primis ce-
„lebris fuit *Theodorus Studita*, cuius ope-
„ra partim in Bibliotheca Patrum, partim
„ſeorſum edita habentur. Vita eius MS.
„extat in Bibliotheca Auguſtana. *Sæc.*
*IX. & X. l. c.*

„Sæ-

Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi IX. §. 13.

„Sæculo poſt N. C. IX. Latina quædam „eccleſiaſtica in Bibliotheca Patrum. *Comment. de Scr. p. 88.*

„CLAVDIVS CLEMENS, Al„tiſiodorenſis epiſcopus, cuius opera pu„blicata ſunt.„

„IOANNES MAILROSIVS, „*Clementis* ſocius, cuius opera non vide„runt lucem. *Sæc. IX. & X. p. 45.*

„CHRISTIANVS DRVTH„MARVS, Presbyter Corbeienſis, cu„ius Expoſitio Euangelii Matthæi publi„cata eſt.„

„CLAVDIVS TAVRINEN„SIS, cuius Apologeticus eſt in *Catalo„go teſtium veritatis.*„

„IO. HIEROSOLYMITANVS, „iunior, cuius opera edita ſunt.„

„ANTIPATRI BOSTRENSIS „& TARASII, Patriarchæ CPtani, ſcri„pta in Bibliotheca Patrum & Conciliis „reperiuntur: quod & de aliis Orientalium „epiſtolis ad acta eccleſiaſtica pertinenti„bus intelligi debet. *Ibid. p. 46.*

„Etiam THEODVLPHVS, Epi„ſcopus, his temporibus clarere cœpit: ma„iorem poſtea laudem adeptus. Extant „carmina eius, de Carolo, de liberis eius, de „Aulicis, valde memorabilia apud *Andr. „du Cheſne* Tom. II. p. 647. In hoc certe „eruditionis genere nemo ei præferri tum „potuit. *Ibid. p. 47.*



Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi IX.

„De *Theodulpho*, Aurelianenſi Epi-
„ſcopo, ſupra dictum eſt. Compoſuerat
„in carcere ſuo, quem conſpirationis in
„Ludouicum ſocius meruit, hymnum, ab
„Eccleſia in feſto Palmarum poſt cani ſo-
„litum,

„ *Gloria laus & honor Tibi ſit Rex Chri-*
„ *ſte redemtor,*
„ *Cui puerile decus promſit Oſanna*
„ *pium. &c.*

„Hunc hymnum cum, prætereunte Ludo-
„uico Pio, ſuaui voce captiuus decanta-
„ret, mox libertatem recuperauit. Quod
ad an. 835. „autem *Baronius* & alii ſcribunt, eum po-
„ſtea demum Aurelianenſem Epiſcopum
„factum; id non congruit cum *Thegano*
„& ſcriptore *Vitæ Ludouici*, qui ipſo tem-
„pore coniurationis Bernardinæ Epiſco-
„pum Aurelianenſem fuiſſe tradunt. *Si-*
„*gebertus*, quem *Baronius* teſtem lau-
„dat, de tempore Epiſcopatus accepti
„nihil habet. *Ibid. p. 92.*

„RABANI MAVRI *Opera* parti-
„tim Baſileæ & Pariſiis edita. *Comm. de Script. p. 88.*

„Præcipuam inter Theologos huius
„ævi operam nauauit *Rabanus Maurus*,
„Abbas Fuldæ, vbi in vniuerſam ſacram
„ſcripturam commentaria ſcripſit, quæ ad-
„huc extant. Sub Lothario poſtmodum
„factus eſt Archiepiſcopus Mogunti-
„nus. *Sæc. IX. & X. p. 52.*

„HAY-

Digitized by Google

„HAYMONIS *Opera* Pariſiis par- Cap. XLVI.
„ticulatim edita. *Comment. de Script.* Mantiſſa.
*p. 88.* Script. Eccl.
Sæculi IX.

„Huius æqualis & amicus *Haymo*, ex
„Fuldenſi, Hersfeldienſis Monachus; in-
„de Halberſtadienſis Epiſcopus, itidem in
„omnes Scripturæ libros commentarios
„compoſuit: non omnia tamen æque, vt
„*Rabani*, typis exſcripta extant.„

„WALAFRIDVS STRABO
„(quem & *Strabum* vocant, & Fulden-
„ſem, ſicut erudite annotat, & vulgarem
„ſententiam de diuerſis *Strab.* conuellit
„*Goldaſtus* Rerum Aleman. Tom. I. part.
„2. pr.) quæ præter *Gloſſas Biblicas* ſcri-
„pſerit, videas apud *Gerh. Io. Voſſium* de
„Hiſt. Lat. L. 2. c. 33. vbi & ceteros ad
„Ludouici tempora pertinentes refert:
„FRECVLPHVM, *Chronici* au-
„ctorem, HILDVINVM, AEGIL,
„THEGANVM, ſcriptorem Vitæ Lu-
„douici; & cap. 34. NITHARDVM,
„AIMOINVM, cuius nomini multa
„aliena aſſuuntur, & quosdam anony-
„mos; in Prætermiſſis autem ANDRE-
„AM AGNELLVM & ERME-
„NOLDVM. De *Anſegiſo* ſupra dictum
„eſt. *Hepidanni Annales* ad an. 818. SEDV-
„LIVS *Scottus clarus habetur*. Presbyter
„fuit, cuius aliqua typis impreſſa ſunt, ali-
„qua in Bibliotheci latent, ſicut MSC. In-
„dices teſtantur. Alius eſt a *Sedulio* itidem

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi IX.

„Scoto, qui ſæculo V. claruit. *De rebus Sæc. IX. & X. p. 92. ſq.*

„*Freculphi*, Epiſcopi Lexouienſis, O-„pera Baſileæ edita in fol. Coloniæ 1618. *Comment. de Script. p. 88.*

„Celebrantur alias hoc æuo duo exi-„mii viri, METHODIVS, Patriarcha „Conſtantinopolitanus, & EVTHY-„MIVS, Sardenſis Epiſcopus. Huius „nihil extat: illius *Canones pœnitentiales* „etiam *Baronius* recitat. Apparet inde, „plus cærimoniarum, rituum, operum „opinioni in tali negotio datum, quam „grauitati exemplorum veterum. *Gerh.* „*Io. Voſſius* de Hiſt. Gr. L. 2. c. 25. refert „ad tempora Mich. Balbi & Theophi-„li, MICHAELEM Monachum „THEOSTERICTVM & SER-„GIVM, Confeſſorem, cum ſuis ope-„ribus. ICASIAE, virginis nobilis & „eruditæ, ſcripta laudat *Zonaras* in Theo-„philo; ex quibus nihil ad nos peruenit. *De rebus Sæc. IX. & X. p. 93.*

„*Io. Friſius* in Bibliotheca ſua ad hæc „tempora refert, præter aliquos in Ludo-„uico nominatos, BELLATOREM & „BERTRAMVM, Presbyteros, HA-„LITGARVM, Epiſcopum, IO-„NAM, Aurelianenſem Epiſcopum, „IOANNEM SCOTVM ERIGE-„NAM, LVPVM SERVATVM, „MO-

Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi IX.

„MOSEN BAR-CEPHAM, Syrum, (cuius liber *de Paradiſo* e Syriaca lingua in Latinam traductus habetur in Bibliotheca Patrum T. VI.) NOTGERVM, Leodienſem, ROSVIDAM, eruditam ſanctimonialem, cum ſcriptis ſuis. Sed *Io. Scotus*, cum *Bar-Cepha*, *Notgero*, & *Roſuida*, longe vlterius ponendi ſunt; ſicut ſuis locis monebitur. Floruit in primis his temporibus & inſequentibus Ludouici II. Caroli Calui, Caroli Craſſi, HINCMARVS (qui & *Ingumarus* & *Igmarus*) ex Monacho S. Dionyſii Archiepiſcopus Rhemenſis; cuius Chronologiam conſignat *Voſſius* de Hiſt. Lat. L. 2. c. 36. Epiſtolæ & alia eius opera recentiori editione auctius in Gallia prodierunt. Addo ANGELOMVM, cuius in *Canticum Canticorum* *Commentarius* extat. Pertinet huc etiam RVTHARDVS, monachus Hirſaugienſis, RVDOLPHVS, Fuldenſis, ALTFRIDVS, Monaſterienſis Epiſcopus, VRSVS, Diaconus Romanus, RAMPERTVS, Brixienſis Epiſcopus, & ANASTASIVS Bibliothecarius, de quibus videatur *Voſſius* Hiſt. Lat. L. 2. c. 35. qui in præterniſſis (lib. 3.) addit Caſinenſem Diaconum & PRVDENTIVM, iuniorem, Hiſpanum, Tricaſſenſium, ſeu Trecenſium Epiſcopum. *Ibid. p. 120.*

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi IX.

„OTFRIDI *Euangelia*, antiqua lin-
„gua Theutiſca in 8. *Comm. de Scr. p. 89.*

„Liceat quædam de *Otfrido*, monacho
„S. Galli, cuius *Euangelia* carmine Ger-
„manico compoſita itidem in hoc genere
„antiquitatis (linguæ Germanicæ) vnice
„præcellunt, adferre. Scripſit quidem
„hoc opus paulo poſterius, ſicut ex inſcri-
„ptione apparet. Luitberto enim Ar-
„chiepiſcopo Moguntinenſi inſcripſit:
„quem *Caſp. Bruſchius* electum eſſe pu-
„tat anno 863. Quia tamen *Otfridus* ait,
„ſe fuiſſe *Rabani* diſcipulum & audito-
„rem, igitur hoc ipſo tempore cœptam
„claritudinem, ſub Ludouico potiſſimum
„ſecundo prouexerit. Sed cauſſa præci-
„piendi elogii iam dicta eſt. Inuenit pri-
„mum *Otfridi Euangelia Beatus Rhena-*
„*nus* Friſingæ: ſicut ipſe commemorat in
„*rebus Germanicis.* Poſtea *Matthias Fla-*
„*cius Illyricus* fauore Adolphi Hermanni
„Rideſelii, Marſchalci Haſſiæ hæreditarii,
„edidit Baſileæ anno ſuperioris ſæculi
„LXXI. hoc titulo: *Otfridi Euangeliorum*
„*liber, veterum Germanorum grammati-*
„*cæ, poeſeos, theologiæ, præclarum moni-*
„*mentum.* Præfatio auctoris triplex eſt.
„Vna ad Salomonem, Epiſcopum Con-
„ſtantienſem, verſu Germanico, vbi pri-
„mæ diſtichorum literæ, & alternatim
„vltimæ, hanc ἀκροστίχιδα faciunt: *Salo-*
„*moni Epiſcopo Otfridus.* Altera ad Lu-

*de Germ. Archiep. & Epiſc.*

*lib. 2.*

doui-

Digitized by Google

„douicum Germanicum, eodem artificio „iſta verba exhibens: *Ludouico Orientali-* „*um Regnorum Regi ſit ſalus æterna.* Ter- „tia præfatio Latina eſt, ad Luitbertum „Archiepiſcopum Moguntinum, in qua „exponit: ſe fratrum quorundam & ma- „tronæ Iudithæ, obſcœna carmina faſtidi- „entium, rogatu partem Euangeliorum „*Theotiſce*, aut, vt poſtea loquitur, *Fran-* „*ziſce* compoſuiſſe quinque libris. Subii- „citur ratio numeri, ſatis illa quidem dilu- „ta, & tantum non inepta; ſed pro captu „ſæculi. Sequitur querela de difficulta- „te ſcriptionis, his inter alia verbis: *Huius* „*linguæ barbaries vt eſt inculta & indiſci-* „*plinabilis atque inſueta capi regulari fre-* „*no grammaticæ artis, ſic etiam in multis* „*dictis ſcriptu eſt, propter literarum aut* „*congeriem, aut incongruam ſonoritatem,* „*difficilis. Nam tria* uuu, *puto, quærit* „*in ſono; priores duo conſonantes, vt mihi* „*videtur, tertium vocali ſono manente.* „Notandum, in hoc toto opere nullum w „legi, ſed ſemper *uu*: vt appareat w recen- „tius eſſe. Additur de *y*, de *k* & *z* (quæ „pro ſuperfluis habentur) de Metaplaſmo „& Synalipha, vt hic quidem vox cor- „rumpitur. Huius generis plura cum „ſubtexuiſſet *Otfridus*, conqueritur de „Germanis Græcæ Latinæque magis lin- „guæ, quam patriæ, excolendæ deditis. „Eſt & ipſius *Flacii* præfatio de eiusmodi



Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi IX.

„monumentis Germanicis antiquis, tum „de cultu & ſtudio harum rerum, valde „memorabilis. *De rebus Sæc. IX. & X. p. 122. ſqq.*

„PHOTII quanta fuerit eruditio, vel *Bi-„bliotheca* eius teſtatur, ab *Andrea Schotto* „in Latinum conuerſa & Auguſtæ Vindel. „ab *Hæſchelio* olim edita, nuper autem 1653. „Rothomagi. Etiam *Nomocanonem* fe-„cit *Photius*, in quem extant *Theodori „Balſamonis* & *Ioannis Zonaræ* luculenti „commentarii Pariſiis editi. *Epiſtolas* e-1651. „ius anno abhinc quarto Angli edidere, „cum verſione & Notis *Rich. Montacutii.* „Ad ceteram viri notitiam apprime con-„ducet Præfatio *Schotti* in μυριόβιβλον.„

„Huius aduerſarius fuit NICETAS, „Paphlago, cognomento DAVID, au-„ctor *vitæ Ignatii*, Patriarchæ deiecti. „Vid. *G. I. Voſſius* de Hiſt. Græc. l. 2. c 25. *Ibid. p. 157.*

„In hæc tempora refertur VDALRI-„CVS (ſeu *Huldericus*, vt Centur. „Magdeb. vocant) Auguſtanus Epiſco-„pus, alius ab *Vdalrico*, qui ſequenti ſæcu-„lo vixit. Eius *Epiſtola* extat memorabi-„lis, *pro Coniugio Clericorum ad Nicolaum „Papam.* Addendi ſunt BERTHARIVS „Caſſinenſis, BERTRAMVS Corbe-„ienſis, THIOTO Prumienſis, Abba-„tes, de quorum ſcriptis *Centur. Magdeb.* „IX, 10. Hiſtoricis & Theologicis ſcriptis

„inno-

Digitized by Google

„innotuerunt, quos partim ad Ludouici II. Cap. XLVI.
„partim ad huius & Caroli Calui, Ludo- Mantiſſa.
„uici III. & Caroli Craſſi tempora perti- Script. Eccl.
„nere notat *Gerh. Io. Voſſius* de Hiſt. Lat. Sæculi IX.
„L. 2. c. 36. 37. MEGINHARTVS,
„FLORVS, ALMANNVS Gallus,
„ſeu ALMANTIVS, PASCHA-
„SIVS RADBERTVS, MILO,
„HVBALDVS, ſeu HVCBALDVS,
„IOANNES Diaconus, HAIMO-
„NVS, BVRCHARDVS Dorce-
„ſtrius, EMERICVS, GIL-
„DAS, Cambrius, fabuloſus & fortaſſe
„ſuppoſititius ſcriptor; REMBER-
„TVS, ſeu RIMBERTVS, Anſgarii
„in Archiepiſcopatu Hamburgenſi ſuc-
„ceſſor. *Ibidem.*

„Celebrantur per hæc tempora FVL-
„CONIS, Rhemenſis Archiepiſcopi,
„qui *Hincmaro* ſucceſſit, ſcripta: vt &
„REMIGII, Antiſiodorenſis monachi,
„quo *Fulco* in inſtaurandis ſcholis vſus eſt
„adiutore. *Ibid. p. 193.*

„E Theologis AMBROSIVS
„ANSBERTVS, Gallus monachus,
„ſcriptis *in Apocalypſin Commentariis* &
„aliis operibus, claret. *Ibid. p. 211.*

„Apud Græcos SYMEON *Meta-*
„*phraſtes*, Theologicis & Hiſtoricis ſcri-
„ptis clarus, in hæc tempora vindicatur
„a *Gerh. Io. Voſſio* in Hiſt. Gr. L. 2. c. 25.
„quem alii ponunt ante annum 859. *Ibid.*
*p. 212.*



Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi X.

§. 14.

„*Symeon Metaphraſtes* Pariſ. Gr. Lat. *Comment. de Script. p. 89.*

„Ad annum Sæculi X. ſecundum „IDIOTA, ad ſextum MARCVS „EREMITA (quorum ſcripta in Bi„bliothecaPatrum viſuntur) referri a non„nullis ſolent. *De rebus Sæc. IX. & X. p. 222.*

„RADBODVS, Traiectenſis, quo„que his temporibus conuenire putatur. „Præter ſcripta, quæ *Voſſius* refert, vidi et„iam *Paraphraſin in Iobum* metro & pro„ſa, MStam, *Radbodi* nomen præferen„tem. *Ibid. p. 223.*

„Anno 924. VDALRICVS, nobilis„ſimo genere ortus, Auguſtæ Vindelico„rum Epiſcopus factus eſt; cuius vitam „æqualis temporum eius anonymus rudi „ſermone expoſuit; interpolatam ab „aliis, ſed a *Marco Velſero* citra immuta„tionem cum notis editam. In Italia „RAHERIVS (ſeu *Ratherius*) Vero„nenſis Epiſcopus a *Rege Hugone epiſco„patu pulſus, quia Boioariis fauerat*, (Ar„noldo ſcilicet aduerſus Hugonem ac„cito) *Papiæ exiliatur, vbi & librum de „ſuis ærumnis luculenter edidit. Scripſit „& alia multa legentibus vtilia.* Sunt „hæc verba *Sigeberti* ad an. 932. Addi poſ„ſunt collecta & citata *Ger. Io. Voſſio* de „Hiſt. Lat. L. 2. c. 39. vbi etiam ODO„NIS Abbatis Cluniacenſis opera in hæc „tempora conducit: vt & *Hiſtoriam*

„*Fran-*

Digitized by Google

„*Francicam* CONRADI, Abbatis Be- Cap. XLVI.
„nedictini. *Ibid. p. 275.* Mantiſſa
„Ad hæc tempora refert *Bellarminus* Script. Eccl.
„de ſcriptoribus Eccleſiaſt. MOSEN Sæculi X.
„BARCEPHAM, Syrum, cuius *de Pa-*
„*radiſo* ſcriptum Bibliothecæ Patrum in-
„ſeritur: itemque STEPHANVM,
„Eduenſem, in eadem Bibliotheca. *Ger.*
„*Io. Voſſius* L. 2. de Hiſt. Lat. c. 40. in Ot-
„tonis Magni tempora refert BRVNO-
„NIS, Archiepiſcopi Colonienſis, *Com-*
„*mentarium in Pentateuchum* &c. *Ibid.*
*p. 345.*

„Sæculo poſt C. N. XI. FVLBER- §. 15.
„TVS, Epiſcopus Carnotenſis, cum no-
„tis *Barthii* in 8.„

„THEOPHYLACTI, Epiſcopi
„Bulgariæ, *in Euangelia & in Epiſtolas*
„*Pauli* Gr. Lat. in fol. Londini.„

„ANSELMVS, Cantuarienſis,
„Lugduni Gallorum.„

„ANSELMVS Laudunenſis,
„ibidem.„

„WILLERAMI Opuſcula apud
„Belgas edita. *Comment. de Script. p. 91.*

„Sæculo poſt C. N. XII. LEONIS §. 16.
„MARSICANI, Epiſcopi Oſtienſis,
„*Chronicon Caſſinenſe*, Pariſ. 1682.

„ZACHARIAS, Chryſopolitanus
„Epiſcopus in Concordiam IV. Euan-
„geliſtarum, Pariſ. 1535.„

„GOT-

Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi XII.

„GOTFRIDI, Vindocinenſis, *Opera*, Pariſ. 1610.„

„EVTHYMII ZIGABENI *Panoplia*, Lugduni 1536. & *Commentarius in Pſalmos & Euangelia*, Veronæ 1530.„

„RVPERTI, Tuitienſis Abbatis, *Opera*, Colon. 1533.„

„ALGERI, Monachi Cluniacenſis, *contra Berengarium*, in Bibliotheca Patrum.„

„Vt & HILDEBERTI, Turonenſis, *Opera*.

„BERNHARDI *Opera* Pariſ. 1561. & Baſil. 1566. Iterum Pariſ. hoc ſæculo. *Forſtnerus* libros eius *ad Eugenium* Politicam Chriſtianam, ſicut *Ambroſii Officia* pro Ethica Chriſtiana, habuit.

„HVGONIS de S VICTORE Opera, Pariſ. 1525. Venet. 1588. Tomis III.„

„RICHARDVS de S. VICTORE.„

„GRATIANI *Decretum* ſæpius editum: de quo ex profeſſo *Antonius Auguſtinus*. MSta in Bibliothecis multum diſcrepant.„

„PETRVS COMESTOR, Magiſter Hiſtoriæ Scholaſticæ, affectauit varietatem, non excelluit iudicio.„

„THEORIANI *Dialogus* in Bibliotheca Patrum.„

„Vt & ETHERIANI Opuſcula, & ARNOLDI Carnotenſis.„

„THEO-

Digitized by Google

„THEODORI BALSAMONIS *in Canones*, Gr. & Lat. Pariſiis.„ Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi XII.

„INNOCENTII III. Pontificis *Opera*, Colon. 1575.„

„HONORII, Auguſtodunenſis, *Opera* ſeorſum Baſil. Coloniæ, Romæ, edita.„

„ANTONII de PADVA quædam extant, vt & RAYMVNDI de PENNAFORTI & GVILIELMI, Antiſſiodorenſis.„

„WILHELMI, Pariſienſis, *Opera*, Venetiis.„

„EDMVNDVS, Cantuarienſis, in Bibliotheca Patrum.„

„ALEXANDRI ALENSIS *Opera*.„

„HVGO de S. CARO, Pariſ. 1541.„

„HVMBERTI *Opera*, Venetiis 1603.

„HENRICI HOSTIENSIS *Summa* ſæpius edita, vt & GVIDONIS PAPAE, *in Decretales*.„

„ROBERTVS SORBONA in Bibliotheca Patrum.„

„ALBERTI MAGNI Opera Philoſophica & Theologica, & ſeorſum edita, & ſimul Lugduni Gallorum. *Ibid. p. 92-97.*

„NIC. de LYRA, ſiue LYRANVS, auctor celebris *Commentarii in Script. S.* Lugd. 1590.„ §. 17.

„PETRI BERTRANDI, Epiſcopi AEduenſis, *Opera* in Bibliotheca Patrum.„

„GVI-

Digitized by Google

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl. Sæculi XIV.

„GVIDO, Carmelita, *de Hæreſibus*, „Pariſ. 1528.

„SIMON de CASSIA, Coloniæ „1540.„

„HENRICVS SVSO, Colon. 1588.

„ROBERTI HOLCOTH *Opera* „edita partim Pariſiis, partim Lugduni, „partim Venetiis.„

„NIC. CABASILAE, Archiepiſco„pi Theſſalonicenſis, *Opera* partim Latine „Ingolſtadii edita, partim in Bibliotheca „Patrum.„

„IO. TAVLERI *Opera* edita ſunt „partim Baſil. partim Coloniæ.„

„MANVEL CALECA Ingolſt. „in 4.„

„HENRICVS de HASSIA.„

„THEODORI METOCHI„TAE quædam edidit *Io. Meurſius* „Gr. Lat. *Comment. de Scr. p. 103. ſqq.*

*( Recentiorum nomina repeti poſſunt, ſi placet, ex libello de rebus Sæculi XVI.)*

§. 18. „Succeſſit Gallia in edendis Patribus, „cum in Germania ſumtus deficerent, „non ſine ſingulari prouidentia diuina, „nec diffitendum eſt, Gallos Patres illos „integre & incorrupte edidiſſe, ipſe enim „aliquot cum editionibus Baſileenſibus „contuli, & nullam corruptionem de„prehendere potui; niſi id etiam depra„uationem vocare velimus, quod Galli „in editionibus ſuis multa ſuperiunxerint „ha-

Digitized by Google

„hactenus inedita, quæ eruditi dignoſcere „poſſunt, an ſint genuina; vel quod ſcri- „pta etiam ſuppoſititia, ſed nomine ipſo- „rum Patrum clara adiecerint. Verum „etiam in Editionibus Eraſmicis Patrum „Latinorum videmus, cuique Patri addita „quoque eſſe ſcripta, quæ falſo ei quidem „ſunt adſcripta. Imo in editione Angli- „cana, vbi nulla eſſe poteſt ſuſpicio, *Chry- „ſoſtomi*, in quam doctiſſ. *Henr. Sauilius* „25000. aureorum roſatorum ex propriis „ſumtibus impendit, reperitur integer „tomus *Chryſoſtomo* falſo adiudicatus: „ſed illa ſcripta ſemper ſigno aliquo, vel „criſi ſunt notata. Prodierunt illæ edi- „tiones Gallicanæ auſpiciis & iuſſu Cardi- „nalis Richelii, ſicut omnia iubere pote- „rat in Gallia. Fuerunt quidem aliqui, „qui putarunt, Patres eſſe caſtrandos; ſed „ille dixit, iners eſſe hoc remedium, ſi fi- „des Catholica ita ſit defendenda. Longe „igitur præſtant editiones Pariſienſes „Antwerpienſibus, in quibus Patres valde „ſunt mutilati; licet ſplendidioribus ty- „pis ſint exſcriptæ, quam Pariſienſes. *Sæ- cula IV. p. 155. ſq.*

Cap. XLVI. Mantiſſa. Script. Eccl.

„Hanc laudem (quod ſint optimæ) ha- „bent omnes editiones Latinæ Patrum ab „*Eraſmo* procuratæ, quæ propterea in „Gallia etiam & Italia ambiuntur, & ma- „gno ære redimuntur. *Ibid. p. 372.*

(*De*

Digitized by Google

Cap. XLVII. De Iurisprud.

(*De Editionibus Antwerpienſibus conf. ſupra ſub fin. §. 6. huius Mantiſſæ ad* Gregorium Neo-Cæſ. *notata.*)

# CAPVT XLVII.

## DE IVRIS PRVDENTIA.

### §. 1.

DE IVRIS PRVDENTIA videatur *Gerhardus Io. Voſſius* de Philoſophia cap. 19.

### §. 2.

*Hiſtoriam* IVRIS CIVILIS Romani texuit FOERSTERVS noto & celebri opere.

(*Hiſtoriam Legum ſub Imperatoribus Iatarum, diligenter ex Hiſtoricis eruit noſter Bæclerus in Sæculis IV. vbi p. 115. ſcribit:*

„Et hæ ſunt Leges ab Hiſtoricis memo-
„ratæ: ſed quæ in *Pandectis* memoria
„Legislationis Imperatoriæ huius & præ-
„cedentis ſæculi ſuperſunt, tum quæ
„Conſtitutiones Imperatoriæ in *Codicem*
„ſint relatæ, diligenter conſignauerunt
„*Indices Iuris varii* IACOBI LAB-
„BITTI, ANTONII AVGVSTI-
„NI, & WOLFGANGI FREYMO-
„NII, ex quibus concinnata eſt editio
„optima Geneuenſis anno 1585. Qui li-
„ber a bibliopolis deberet recudi, ſi pro-
„borum librorum maiorem curam habe-
„rent. Repræſentantur in eo accuratis-
„ſime

Digitized by Google

„ſime omnes legislationes per ſingula „tempora: vnde actum agere nolo. Li- „ber eſt non tantum ſtudioſis Iuris vtiliſſi- „mus, ſed & quibusuis aliis hiſtoriæ & an- „tiquitatis ſtudioſis. Editio Ienenſis D. „*Schmuckii* non tanti eſt, quia eſt mutila- „ta, dum leges tantum habentur in Pande- „ctas, non in Codicem, relatæ.)

Cap. XLVII. De Iurisprud.

§. 3.

Notitiam eiusdem ſummariam exhibet IAC. GOTHOFREDVS, in *Manuali Iuris.*

§. 4.

De IVRE NATVRALI, ex quo omnia ciuilia iura fluunt, egerunt quidem *Scholaſticè* in operibus, quibus præſcribunt titulum *de Iure & Iuſtitia*; ſed ſatis confuſa eſt illorum tractatio.

„Ad Scholaſticos hic perueniendum „eſt, quos ſero, & huius ipſius operis cauſ- „ſa, attigit *Grotius.* Cuius rectum in eo „iudicium eluxit, quod ardui argumenti „doctrinam via & arte, partite & ſubtili- „ter, componi non poſſe vidit, absque ope „& adminiculo ſublimis ſapientiæ, quam „Metaphyſicam vocant. Itaque hanc ex „ſcholaſticis petitam quodammodo o- „ſtentat, vbi occaſio offertur. Quæ de „cetero in prolegomenis offert de ſchola- „ſticis, quin recte ſe habeant, nullus dubi- „tem. Vſus autem eorum illuc quoque „pertinebat, vt conſcientiam in faciendis



Digitized by Google

Cap. XLVII. De Iurisprud

„vitandisque moderari volentibus nun„quam deeſſet ratio, quæ pondera rerum „in hanc vel illam partem inclinaret. To„ta quippe Theologia moralis, quam vo„cant, in eorum ſcriptis diffuſa, huic ar„gumento affinis eſt. *Thoma* & *Caieta„no* diligentiſſime vſus eſt. Nihil habet „eorum iudicio grauius omnis illa ſchola. „*Dominicus Sotus* ad omnium, qui ante „ipſum ſcripſerunt in hoc genere, doctri„nas dux & index eſſe potuit. *Syluęſtri* „quoque auxiliaris, an iſagogica eſt ope„ra. *Leſſii*, *Molinæ*, *Medinæ*, frequens & „celebre nomen occurrit. *Præf. ad Comment. in Grot. de I. B. & P. p.* 22 *ſq.*

„Intenderunt ſe in hanc curam, & de„rebus agendis omittendiſue ſupplere per„ſingulas partes pleraque voluerunt ma„gna ingenia: quæ cum laboris ſui legem „exemplo ſcholaſticorum doctorum, qui „vocantur, metirentur, ſpinoſo quodam „diſputandi genere & via vel auctorum „ſuorum vel ſuo ingenio accommodata, „non inuitarunt multos lectores potius, „quam deterruerunt. Hi vaſtis de iuſti„tia & iure voluminibus, quicquid fere eſt „πολιτικῆς πραγμαλείας, complecti, eaque „tradere inſtituerunt, quæ profecto con„temtui & faſtidio eſſe nemini erudito „poſſunt. Sed quotocuique contingit „his ſerio vacare; etiamſi quærendi com„pendii cauſſa, veluti indicem & notorem

„eo-

Digitized by Google

„eorum, quæ ante ſcripta ſunt, velis aſci- Cap. XLVII.
„ſcere *Dominicum Sotum*; tanquam co- De Iuris-
„pioſos diſputatores conſulere *Ludoui-* prud.
„*cum Molinam* & Cardinalem *de Lugo*; in
„colligendis aliorum ſcriptis *Io. de Dica-*
„*ſtillo* diligentiam eligere; neruos & acu-
„men comprehenſionis in *Leſſio* adama-
„re; aut artem dubitandi penetrandique
„plus vltra in *Medina* aliquo pretio taxa-
„re? Nam ad totam quidem huius gene-
„ris Scriptorum bibliothecam peragran-
„dam pauciſſimis otium, voluntas, facul-
„tas, obuenerit. *Diſſ. T. III. p. 441.*

„Diffuſam argumento, diſtinctam pro-
„fectuum gradibus, nec raro inuolutam
„auctorum ſententiis ſapientiam, quam
„non ſufficiat fidentius aggredi, *Fernan-*
„*dus* forte *Vaſquius* documento eſſe
„queat; qui, cum tanto inſtructu appa-
„ratuque hunc locum ſibi excolendum
„ſumſiſſet, vt inſtar bibliothecæ nonnullis
„videretur præſtare, factum tamen facile
„opineris, vt negligentius pleraque cu-
„mulando, ordini & diſcretioni inter di-
„ſputandum parum ſeruiendo, placita a-
„liorum non ſatis examinando, ſua ſæpius
„aſſeuerando, quam probando, compo-
„nendo denique, quæ conſtare ſibi inui-
„cem non poterant, haud pauca de arduis
„intricauerit potius, quam expediuerit.
*Epiſtola ad Capellanum editioni Seldeni Bæclerianæ præmiſſa* * 3.

Cap. XLVII. De Iurisprud.

§. 5.

Neque quisquam plus in hoc genere præstitit, quam HVGO GROTIVS in opere *de Iure Belli & Pacis.* Cui coniungi debet IO. SELDENI opus *de Iure Naturæ & Gentium iuxta disciplinam Hebræorum.*

„Maiorem sibi curam & cautionem „adhibendam iudicarunt *Hugo Grotius*, „& eius exemplo ac æmulatione, ad cer„tæ de Philosophia Barbarica superstitis „disciplinæ modulum, Britannorum do„ctissimus *Ianus Seldenus.* Tam egregii „electissimorum ingeniorum certaminis „prima auspicia & successum Galliæ debe„ri, eruditis constat. *Epistola ad Capellanum Seldeno præmissa l. c.*

„Cognitionem Iuris cum *Paschalius* in„ter requisita Politici nominauit, non in„telligit tantum Ius Ciuile Romanum, „sed vel maxime Ius illud Publicum & „commune naturæ & gentium, quod iam „olim *Cicero* inter artes Senatorias, seu ve„re politicas retulit: cum in iure belli & „pacis versatum esse debere Politicum „ostendit. Huic Iuri si quis Iuris priuati „cognitionem addere potest, is vtique „magnum operæ pretium faciet. Ius il„lud Belli ac Pacis veluti in formam artis „redegit *Hugo Grotius* in opere illo, quod „vir summus *Io. Seldenus* incomparabile „vocat. *Diss. T. III. p. 500.*

„Ius illud, quod *Cicero* Ius Belli & Pa-

„cis

„cis dixit ; de quo admirabile *Hugonis* Cap. XLVII.
„*Grotii* opus extat ; quod qui perdidice- De Iurisprud.
„rit, illi viſam pedum viam dixeris, qua ſit
„incedendum in grauiſſimis quibusque
„quæſtionibus de iure ortis. Repre-
„henduntur in eo nouæ & meræ lo-
„corum ſcripturæ explicationes, itemque
„ſingulares quædam ſententiæ ; qualiæ
„facile declinabit peritus lector. Neque
„propter aliquem næuum totius corporis
„pulchritudinem deſpiciet. *Ibid. p. 350.*

„In fœderis antiqui explicatione He-
„bræorum magiſtros ſiue Rabbinos ſe ad-
„hibuiſſe ait *Grotius :* quod in hoc opere
„forte ſæpius ei ſucceſſit, quam in aliis.
„Laudat hoc conſilium *Seldenus :* ſed vt *l. 2.*
„oſtendat toto opere, longe maiorem
„Rabbinorum in hoc tractando argumen-
„to vſum eſſe poſſe, ſi quis in hoc ſtudio-
„rum genere fuerit exercitatus. Quod
„nec *Seldenus*, nec quisquam alius de *Gro-*
„*tio* credidit : cui *Maimonidis* diſcipli-
„na fere eſt τὸ πᾶν. Neque indignum eſt
„conſilium eius quod ſequentur, qui illis
„literis intentius vacare nequeunt. De-
„core certe, nec ſine arte, gratiam operi
„ſuo inde conciliauit *Grotius :* relicta in-
„terim & reſeruata *Seldeno*, vere illas lite-
„ras docto, perfectioris commentationis,
„quæ in partem Grotiani operis ſuccentu-
„riaretur, gloria. Et quoniam ſic quoque
„ceſpitare ſolet *Grotius*, gaudeo & glo-



Digitized by Google

Cap. XLVII. De Jurisprud.

„rior me perſuaſiſſe viro interioribus He-
„bræorum literis inter pauciſſimos hodie
„erudito, rariſſimisque & plurimis, MSC.
„etiam, libris inſtructo *Ioanni Chriſtophoro*
„*Wagenſeilio*, vt ad ea, quæ ex Rabbinis in
„hoc opere adferuntur, aut ex literatura
„Hebraica explicantur, animaduerſiones
„ſcriberet. Quod ad primum quidem
„operis librum feliciſſime præſtitit; at-
„que, vt in ceteris pergat, ſicuti hactenus
„non ſemel a me priuatim, ita nunc pu-
„blice rogatur. *Præfatio ad Comment. in Grotium de I. B. & P. p. 20. ſq.* (*quæ tota de hoc opere eſt legenda.*)

„*Hugo Grotius* (II,2,2.) in explananda
„dominii origine non ſemel labitur.
„1. Enim in hiſtoria fallitur, quaſi vllum
„vnquam tempus fuerit poſt lapſum pro-
„toplaſtorum, quo omnium rerum com-
„munio vigeret. 2. Neque poſſibilis eſt
„talis communio ex magna ſimplicitate
„& eximia charitate. Nihil enim tale
„poſt lapſum cogitari poſſe experientia
„docet. 3. Fallunt ergo exempla de A-
„mericæ populis, de Eſſenis, de primis
„Chriſtianis, apud quos omnes non de-
„fuit dominium & proprietas; ſed par-
„tim confuſa nec bene ordinata dominii
„ratio obtinuit, partim imago commu-
„nionis (quatenus ſcilicet proprietas ex-
„cluditur) obſeruata eſt. E. g. quam
„ſit abſurdus, qui propter ea, quæ fami-
„liares

Digitized by

„liares in vnâ familia communiter participant, nullum esse in familia dominium inferat? de qua re Theologi amplius agunt, cum asceticorum hodiernorum ineptias rident, quando nihil a se possideri, nulla dominii iura aut discrimina obseruari iactant: id quod nimis facile eis credidit *Grotius*. Sicut & hypotheses gentilium (ex *Tacit.* III, An. 26, 1. *Virgil. Georg.* I. &c.) falsas & ex ignorantia primæui temporis natas incaute pro veris arripuit. 4. Iam quod de antiquorum hominum vita, de cibo sponte nato, de antris loco ædium, de nuditate corporum, de vestitu incondito memorat, si de genere humano accipiantur, *ἀνθρωποφαγία* mera est; si de paucis barbaris & incultis gentibus, qualibus nunquam orbis caruit, aut caret, aliena sunt ab argumento quod tractauit: in quo iuris rationem habet aut probationem non vnius alteriusque populi inconditus mos, sed plurium & cultiorum gentium, i. e. recte vtentium ratione, instituta consuetudinem faciunt. 5. Denique quod ait, *Vniuersalis iuris vsum, vice proprietatis fuisse, & quod quisque sic arripuerit, id ei eripere alterum, nisi per iniuriam, non potuisse:* satis clare proprietatem occupantibus constituit, communionemque omnimodam, & talem quæ proprietatem excludit, nec fuisse, nec esse potuisse ostendit. (De nuditate Protoplastorum quam dilute



Digitized by Google

Cap. XLVII. De Iurisprud.

„loquatur dictum.) *Inſtit. Polit. p. 61. ſqq.*

„Multi autem & inſignes ſunt huius §. „errores, quos partim notauit doctiſſimus „*Io. Strauchius* in Diſſertat. *de Imperio „maris c. 1.* Primus & grauiſſimus error „eſt de communione primæua, dominium & proprietatem excludente. Talis „enim, vt deſcribitur, neque ſacris literis, „neque iuri naturali, ſiue naturæ rationali „conuenit. *Comment. in Grotium de I. B. & P. p. 371. (vbi argumenta contra Grotium vsque ad p. 382. late perſequitur.)*

„*Balthaſar Ayala* (de Iure belli) et„iam non plane prætereundus; quem „longe tamen ſuperat *Albericus Gentilis*, „qui multum *Grotio* profuit. *Martinus „Laudenſis* vix cum dignitate nominari „poteſt. Omnes autem ſuperat *Grotius. Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 165.*

„Qui curioſi ſunt in pangendis operi„bus, fortaſſe & illud deſiderarent, quod „Ciceronianum illud loquendi genus (*de „iure belli & pacis; Orat. pro Balbo c. 6.*) fi„gura non caret: a qua interim inſcriptio„nes operum ſedulo remouentur. Igitur „*Ianus Seldenus*, vir doctiſſimus, operi „ſuo, quod erudita & modeſta æmulatio- *in proleg.* „ne Grotiani operis ſcripſit, ciuiliorem de„dit titulum: *De Iure naturæ & gentium.* „Intellexit *Grotius* artem, & haud dubie „exprobrari ſibi inſolentiam tituli exiſti„mans, lepida vrbanitate vltus eſt virum, „quando *Seldeni Mare clauſum* (ſiue de im-

Digitized by Google

„imperio & dominio maris) parum lati- Cap. XLVII.
„ne inſcriptum noluit barbaro vocabulo De Iuris-
„cum ipſo auctore appellare, ſed meliore prud.
„& erudito viro digna voce, *Thalaſſocra-* *Annotat. ad*
„*ticum*, laudauit. *Præf. ad Comment. in* *I. B. 2. 2. 3.*
*Grotium* p. 3. 4.

„Cum non procul ab initio huius ſæculi
„inter Hiſpanos & Belgas de induciis tra-
„ctantes multum etiam diſæptaretur de
„libertate Indicanorum commerciorum,
„quam ſibi Belgæ fœderati vindicabant,
„Hiſpani autem inter arcana dominatio-
„nis ſuæ ſepoſitam cupiebant: ea occaſio-
„ne (vtemur nunc verbis *Dominici Baudii*
„ex L. 2. de induciis belli Belgici pe-
„titis) *editus eſt libellus, cui titulus: Ma-*
„*re liberum ſuppreſſo nomine, ſed auctore*
„*Hugone Grotio, Fiſci Aduocato. - - Illic*
„*ſolidis rationum momentis, illuſtribus*
„*exemplis, ſanctione Regum, auctoritate*
„*ipſorum ICtorum, qui inter Hiſpanos ma-*
„*gno in honore ſunt, euincitur, liberam ad*
„*Indos nauigationem, nec diuino, nec hu-*
„*mano iure ſubditis ordinum fœderato-*
„*rum interdici poſſe.* Poſtea *Grotius* ipſe
„non parum limitauit, partim etiam ſup-
„pleuit diſputationem de mari libero cœ-
„ptam in egregio opere *de iure belli & pa-*
„*cis* L. 2 c. 2. §. 3. itemque c. 3. a §. 8 - 16.
„vbi præſertim in notis noua acceſſio eſt
„ſupplementi & explicationis. Poſtea
„præterlapſis pluribus annis; nimirum



Digitized by Google

Cap. XLVII. De Iurisprud.

„anno huius fæculi 35. *Io. Seldenus*, ICtus „Anglus, contrariam ſententiam & ſimul „totam de dominio maris quæſtionem tra„ctauit edito opere, cuius titulus eſt *Mare „clauſum;* vbi præſertim oſtendit, mare „dominii capax eſſe, ſemperque pro tali „habitum fuiſſe. Reprehenſus eſt titu„lus *Maris clauſi* tum ab aliis eruditis, tum „ab ipſo *Grotio*, vt primum fama propoſi„tum *Seldeni* diſtulerat. Itaque in præ„fatione is defendendum ſibi ſuum titu„lum exiſtimauit, eo ſucceſſu, vt homines „moderati de titulo non valde diſceptan„dum iudicarent: quamquam is elegan„tiæ titulorum inter eruditos amatæ non „congrueret. Clauſum enim mare Lati„nis idem eſt, quod innauigabile, atque ita „dicitur, quando hibernis menſibus a me„dio Nouembri in Martium nauigationi„bus fere abſtinetur. *Grotius* certe exi„ſtimauit, *Thalaſſocraticum* rectius voca„ri potuiſſe librum *Seldeni*. Itaque nec „alio nomine citat in notis ad librum 2. de „Iure B. & P. c. 2. §. 2. Quantum ad rem „ipſam attinet, *Grotii* partes defenden„das ſibi exiſtimauit *Theodorus Graſwin„ckelius* conſcripto opere, cui titulus *Vin„diciarum maris liberi*, V. libris conſtan„te; in quo *Seldenum* per ſingulas partes „inſecutus refutare aggreſſus eſt. Non „tamen editum eſt hactenus (quamuis „ſubinde ab auctore ipſo citatum & *Sel-*

*deno*

Digitized by Google

„*deno* per excerpta ab amicis communica-
„tum ) rationibus Reipl. vt apparet editio-
„nem non vsquequaque suadentibus. *Io.*
„*Isaacius Pontanus* quoque duobus *Dis-*
„*cussionum Historicarum* libris. *Seldeno*
„se opposuit, vt Danis Norwegisque præ-
„sertim quædam iura vindicaret, quæ *Sel-*
„*denus* ad Britannos traxisse visus est: in-
„sertis tamen communibus momentis ad
„varias quæstiones huius argumenti per-
„tinentibus. Ceteri recentiores, qui hanc
„quæstionem disceptarunt, non tam in
„partes iuerunt, aut ex professo tracta-
„runt, quam vel repetiuerunt, vel ex-
„cerpserunt aliquid, aut annotarunt ex
„tota argumenti amplitudine. Ita *Tho-*
„*mas Riuius Historiæ naualis* med. L. 3. c. 37. 38.
„pleraque argumenta *Seldeni* pro domi-
„nio maris colligit. *Iacobus Gothofredus*
„*in dissertatione de imperio maris*, ad le-
„gem ἀξίωσις seu leg. *Deprecatio 9. ff. de L.*
„*Rhodia de iactu*, ex occasione ostendit:
„Romanos imperium maris apud suas di-
„tiones sibi vindicasse, idque iure se &
„exemplo aliorum populorum facere pu-
„tasse. *Io. Strauchii* dissertationem *de Im-*
„*perio maris* iam laudauimus. *Loccenius*
„& *Stypmannus de iure maritimo* itidem
„repetendis & diffundendis huius dispu-
„tationis locis occupantur. *Morisottus* in
„*Orbe maritimo* L. 2. c. 10. de imperio &
„dominio maris in genere quædam præ-
„mittit:

Digitized by Google

Cap. XLVII. De Iurisprud.

„mittit: c. 20.] imperium Hiſpanorum „maritimum, c. 21. Imperium Luſitano„rum maritimum, c. 22. maritimum Genu„enſium imperium percurrit, & ſic poſtea „de aliis gentibus agit. Nam de Gallis „iam antea tractauerat. Sunt autem illa „pleraque eiusmodi, vt ad accuratiſſimam „controuerſiæ diſputationem non mul„tum proficiant. *Comment. in Grotium p. 383. ſqq.*

„In ſcriptoribus huius controuerſiæ ſub„inde deprehenditur propoſitum aliquod „peculiare, ac ſtudium partium. Qui affe„ctus cum ſe diſputationi miſcent, fieri „non poteſt, quin vel citra, vel vltra rectum „conſiſtatur. Ita *Hugo Grotius* in *mari libe„ro* dum commerciorum in vtramque In„diam libertatem Batauis ſuis vindicat, „ſubinde unimoſius egit, & plus vltra pro„greſſus eſt. Fortaſſe enim non adeo perti„nebat ad rem, mare vniuerſe liberum fa„cere; neque neceſſe fuit miſcere ea, quæ „colorem habent, cum iis, quæ argumenti „vim poſſident. Ab altera parte *Seldenus*, „dum patriæ ſuæ dominium maris Bri„tannici aſſerere ſtudet, nimis obſequutus „eſt auiditati humanæ in proferendis im„perii dominiique finibus. *Ibid. p. 386. ſq.*

„*Conſulatus maris* bonas conſuetudi„nes maritimas ex regulis ſapientiæ iam „inde ab antiquo per prudentes viros „commerciis maris vtentes traditæ repe„tit. *Ibid. p. 392.* „Eſt

Digitized by Google

„Est vbi sufficecit in opere (*Grotii*) indi- Cap. XLVII
„casse librum magnæ frugis, cuius in An- De Iuris-
„notatis vberior commendatio in rem prud.
„præsentem lectores inuitat. Id quod
„in *Consulatu maris* factum cerni-
„mus; libro nunquam satis laudato,
„si argumenti nobilitatem, copiam, vsum,
„spectemus; quem Latina veste indutum
„conspici publice arbitror interesse. *Præ-
fat. ad Comment. in Grotium p. 26. sq.*

# APPENDIX,
## SEV
# DE SCRIPTORIBVS IVRIS PVBLICI PRAECIPVIS
## COMMENTATIO.

*(Antehac Notis in Ottonis Ius Publicum subiunctis, nunc demuo ad fidem MSti recognitis.)*

### §. I.

*Primam Classem constituemus eorum, qui per Epitomen, & in breui Compendio Ius Publicum tradere aggressi sunt.*

INter hos IACOBI LAMPADII *de Republica Romano-Germanica* extat libellus, eruditus sane, & qui audet vulgares sententias examinare, refutare, & deserere. Adiunxit enim solidioris Philosophiæ subsidium: qua qui imbutus est, rectissime fecerit, si hinc potissimum studium Iuris publici auspicetur. Non tamen in omnibus exactiora tradidit, sicut fere fieri solet in illis, quæ inchoantur, neque eadem opera perfi-

ci-

by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

ciuntur. *Conringius* igitur *Animaduersiones* quasdam in illud opuſculum dictauit, quæ iam in plurium manibus verſantur. Eſt ergo is hic *Lampadii* libellus, qui a nemine contemni poteſt, qui intelligit.

DANIELIS OTTONIS *diſſertatio de Iure Publico* qualis ſit, per partes oſtenſum eſt.

„Iuris Publici ſcriptores noti ſunt. *Ot-*
„*tonis* compendium veluti introductio-
„nem præſtat: ipſum Syſtema exhibent
„*Limnæi* & *Arumæi* opera, itemque *Rein-*
„*kingii* tractatus de regimine ſæculari &
„eccleſiaſtico. *Diſſert. T. III. p. 501.*

„In Syſtematicis minora illa opuſcula
„primum locum occupant, qualia ſunt:
„*Dan. Ottonis*; in quo tamen multa, nec
„immerito forte, periti deſiderant &c. *No-*
*titia S. R. Imp. p. 14.*

Eſt & IO. THEOD. SENGERI *Synopſis Iuris Publici* anno huius ſeculi 52 edita, quæ multorum applauſu recepta eſt; neque ſane ſpernenda eſt huius viri opera in hoc conciſo ſcribendi genere; a vulgi tamen erroribus vix abit, nequetam accurate res examinat, quam diligentercolligit.

Inter Pontificios BECKERVS, Coloniæ *Epitomen Iuris Publici* haud ita pridem edidit, quæ multos iam nacta eſt laudatores: ſed primo conſtare debet, a Pontificiis (qui etiam negligentius tractant Ius Publicum) vix ſinceram ſperari aut haberi poſſe hanc di-

Digitized by Google

disciplinam. Quod in hoc quoque libello passim obseruare licet in iis, vbi partibus studet, & hypotheses non ferendas sequitur. Præfert de cetero aliquam scribendi grauitatem.

„In primis habenda *Beckeri* & *Sprengeri* opuscula, & eruditius ceteris *Aampadii*, si modo paulo vberius se exhiberet. *Notit. S. R. Imp. p. 14.*

NICOLAI MYLERI Consiliarii Wurtenbergici libellus *de Principibus & Statibus Imperii Romani* non fraudandus est sua laude, sed totius Iuris Publici argumentum non exhaurit.

Ante annos complures, hoc sæculo tamen, D. IOACH. CLVTENIVS, Professor huius Academiæ, edidit *Syllogen Rerum Quotidianarum*; quo titulo iuris publici epitomen signare voluit; qui liber magno applausu per Germaniam vbique exceptus est, & *Nucleo iuris publici* insertus.

BRAVTLACHTII etiam libellus de hoc argumento multis in vsu & deliciis esse cœpit; sed studio partium non vacat.

## §. 2.

### *Ii, qui Systema Iuris Publici maiusculum scripserunt.*

Inter hos nemo præferendus est TOBIAE PAVRMEISTERO, cuius extat opus Libris duobus distinctum *de Iurisdictione Imperii Rom.* Hunc enim titulum magis

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

magis ex consuetudine quorundam ita loquentium, quam ex argumenti conditione imposuit. Laudatur in hoc Viro experientia Rerum Imperii, nec frustra: grauitas quoque iudicii non deest. Sed Philosophiæ accuratioris rationes non sequitur. Itaque subinde cum vulgo loquitur, etiam vbi periculum non abest; neque errores vulgares vbique subterfugere potuit. In Systematibus tamen non est quo malis vti.

„Hinc mediocria Systemata sequuntur „a quibus duo potissimum in ore & manu hominum versantur *Paurmeisteri* „& *Reinkingii*. His nouissime accessit „Fasciculus Iuris publici, cuius auctor est „*Hermes. Notitia S. R. Imp. p. 14.*

Quamquam plerique THEOD. REINKINGIVM malunt versare, qui sub titulo *Regiminis sæcularis & Ecclesiastici* ius publicum exequitur. Placuit vulgo, ostentatione quadam multæ lectionis, præsertim iuridicæ & nouitate quadam methodi. Sed næui sunt operis non ferendi. 1) Nimium studium partium & manifesta assentatio ad aulam Viennensem vnice accommodata in magnum veritatis, rerum & libertatis Germanicæ præiudicium. 2) Philosophiæ imperitiam nimis quam aperte vbique prodit, & non ferendos in tyrone Philosophiæ errores subinde admittit. 3) Reipubl. veteris & nouæ faciem vbique confundere, siue inter artes, siue inter mores ipsi fuit. Vnde et-

iam

Digitized by Google

ium. 4) Hiſtoriam non ita tractaſſe animaduertitur, ſicut debet tractare is, qui Remp. ſuam noſſe, & ſcribendo iuuare & ornare cupit.



„Non ſunt igitur tantopere reprehendendi, qui Monarchicum ſtatum, ſeu formam Imperii Regiam adhuc agnoſcunt: „cuius ſententiæ præcipuus propugnator „*Reinkingius* ponitur. Quamquam is in „hoc genere probari non poteſt, quod rationes in diſputando admiſit infirmas, „alienas, longe petitas, prorſus falſas. *Notit. S. R. Imp. p. 380.*

„Illud hic notari velim, non carere artificio propoſitum *Reinkingii*, cum *Bodinum* præcipue ſibi refutandum ſumit, „verboſoque diſcurſu ſe diffundit citra „neceſſitatem: *Bodinus* enim rerum Imperii imperitus miſcuit aliena, etiam falſa. Quibus reiectis, nondum vicit, qui „hoc agit. Alia enim ſunt, quæ fortius „expediri debebant. *Inſtitut. Polit. p. 198.* (*vbi argumenta Reinkingii a p. 191. prolixe refutauerat.*)

„Supereſt Dn. *Ludolphi Hugonis* ſententia, qui in hac quæſtione caute, ſobrie, eruditeque inceſſit, conſcripto nobili commentario *de Statu Regionum „Germaniæ & regimine Principum ſummæ „Imperii Reipublicæ æmulo.* Iterari & „augeri editionem e republica crediderim. Hic diſtincta videbis, quæ vulgo



Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

„confunduntur; explicata, quæ intri-
„cantur. Ita autem se comparasse vide-
„tur, vt, siue in Republica Imperii Mo-
„narchiam declarare, siue mixtum ex
„Monarchia & Aristocratia statum proba-
„re velis, non sis habiturus eum adver-
„sarium. Quamuis lectorem, captum vi-
„ri doctrina & iudicio, nunquam satiari,
„& semper aliquid vltra expetere fas est.
*Notit. S. R. Imp. p. 347. sq.*

§. 3.

*Ii, qui ad systematis Scriptionem putantur accedere, nec tamen revera Systema composuerunt.*

Duos hic in primis nominare debemus, qui studiosis Iuris publ. tanquam principes commendantur.

Primus est PETRVS de ANDLO, Alsaticæ nobilitatis decus, Canonicus Colmarienſis, & Decretorum Doctor, cuius extant *libri duo de Romano Imperio, Regis & Augusti creatione, inauguratione, administratione, officio, & potestate Electorum, aliisque imperii partibus, iuribus, ritibus. & ceremoniis.* Sæpius editum est id opusculum, & probatissimis notis *Marqu. Freheri* illustratum, magnamque apud omnes habet auctoritatem, quantum quidem illi seculo conuenire potest. Vixit enim renascentibus literis sæculo XV.

Alter est LOPVLDVS de BEBEN-
BVRG

Digitized by Google

BVRG, etiam Decretorum doctor, & tandem Episcopus Bambergensis. Sæculo toto antiquior est *Petro de Andlo*, & in tractatu *de juribus regni & Imperii Romanorum* non aliam magis Iuris publici partem exequitur, quam quæ de translatione Imperii & Iuribus Imperatoris agit. Auctoritas eius itidem pro conditione temporis magna est. Extant & in hunc *Marqu. Freheri* notæ posthumæ a *Berneggero* editæ, cum ipso *Lupoldo* anno 1624.

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

## §. 4.

*Ii, qui per modum collectionis historicæ auctoritatem aliquam in Iure Publici nactæ sunt.*

Hic memoranda est FRANCISCI HIRENICI *Exegesis Rerum Germanicarum*, quæ multa auctoritate in argumentis I. P. conualuit. Claruit Maximiliano imperante. Opus eius duodecim libris comprehensum prodiit primum Hagenoæ. Vid. *Gerh. Ioh. Vossius de Hist. Lat. l. 3. c. 10. p. 651.*

Huius loci est etiam MARSILII PATAVINI *Defensor Pacis*, qui tamen iura Imperatoris potissimum asserit; editio sæpe repetita.

LEHMANNI *Chronicon Spirense* inter ea est monumenta, quæ Iuris publici studium feliciter auspicaturo commendari debent. Plus enim, quam titulus promittit, præstat, & res Imperii ab alto repetit,

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

atque memorabilibus excerptis illuſtrat; ſæpe etiam fontes ipſos priorum temporum tangit. Oratio quoque Germanica elegans eſt, & quæ multum profit rerum noſtrarum ſtudioſo.

„Igitur Iſagogicos appellabimus, qui „viam præ ceteris ſternunt ad Notitiam „Imperii: quo nomine laudari poſſunt „*Lehmanni Chronicon Spirenſe*, *AEneæ* „*Syluii Germania*, *Gebwilleri Panegyris* „*& Sleidani* ac *Philippi Melanchthonis* diſ„ſertationes de rebus Germaniæ & Impe„rii. Qualia plura viſuntur in Tom. I. „*Germaniæ Schardii. Notitia S. R. Imp. p. 14.*

§. 5.

*Illi, qui Ius Publicum maioribus operibus excoluerunt totum ſcilicet.*

Neminem hic ante IO. LIMNAEVM iure laudaueris. Ille enim in *Tomis Iuris publici* diligentiſſime collegit pleraque & in tomis *Additionum* ſuppleuit. Libertas eius ſtudio partium vacua magnopere commendari meretur. In Philoſophia quando diſputatio ſubtilior incidit, non ſemper adeo accuratus eſt. Interim, ſicut dictum eſt, nemo ei in hoc genere iure anteponi queat.

„*Limnæi* per *Oldenburgerum* contracti „exemplaria non dubito Lipſia peti poſſe. „Sporius merito, arbitror, ptiuilegium „a Cæſare impetratum, ne vel integre, vel ex-

Digitized by Google

„ex parte *Limnæum* alii ex cuderent, vi-
„olari conqueſtus eſt apud auctorem pri-
„uilegii. Vidi duo folia Geneuenſis edi-
„tionis in folio, vbi ipſiſſima *Limnæi* ver-
„ba retinentur omnia, & ea tantum quæ
„totum aliquod diploma aut documen-
„tum referunt, ſummatim ponuntur,
„tum quæ in additionibus habentur, con-
„tractius inſeruntur. Sporio certe irre-
„parabile, ſi non exitiale damnum hæc
„editio portendit, præcipuam fortunarum
„partem in hoc opere habenti. *Epiſtola ad Boineburgium an. 1670. in Struuii Actis Litter. Faſc. VI. p. 21.*

Proxima ſunt Volumina *Iuris Publici V.* DOMINICI ARVMAEI; vbi multa tamen reperies de plano arrepta, aut partium ſtudio imbuta, aut confuſe tradita: iuuerit propterea cum *Limnæo* conferre, & ex illa collatione rei ipſius genium diiudicare.

Tertium in præcipuis operibus eſt *Collegium Iuris Publici de Statu Rei Rom.* IVSTI SINOLT, cognomento *Schutzens*, duobus Voluminibus comprehenſum. Multa inſunt egregie collecta, partim etiam obſeruata & diſquiſita. Quoniam tamen ipſi reſpondentes manum interdum admouerunt operi; ideo non videtur eodem iudicio æſtimandum; nam inſunt aliqua eius generis, qualia in aliis quoque ſcriptoribus Iuris publici notari ſolent.



Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

## §. 6.

### *De Aurea Bulla.*

De hac ſcripſerunt præter Auctores Syſtematum, & operum Iuris Publ. integrorum, GERLACVS BVXTORFFIVS in capita 17. priora; cuius *Commentarius* mirum quantum auctoritatis vulgo obtinuit.

Extat & DOMINICI ARVMAEI *Commentarius in A. B.* & RVMELINI.

Nunc etiam ſub prælo eſt LIMNAEI *Commentarius in A. B.* apud hæredes Sporianos.

„Sed præter Syſtematicos ſcriptores ex „profeſſo in Auream Bullam ſcripſerunt „Commentarios & Notas, ſynoptice quidem *Quirinus Cubachius*, *Freherus* ad „Petrum de Andlo L. II. c. 5. & alii: ampliorì autem genere ſcribendi *Gerlacus* „*Buxtorffius* ad 17. capita priora: *Martinus Rumelinus* ad Bullam, *Arumæus*, „*Limnæus* ad eandem, etiam eruditæ *notæ* „*Georgii Dietrichs. Notit. S. R. Imp. p. 288.*

Extant & quædam ad partes A. B. Ita MARQV. FREHERVS & CHRISTOPH. GEWOLDVS illud caput A. B. *de tutela legitima curaque Electorali* contrariis ſcriptis diſceptarunt. Repetita eſt editio A. 1657 Noribergæ in *Repræſentatione S. Rom. Imperii.*

Quo

Quo etiam retuleris disputationem *de successione in Electoratibus, ex iure primogenitura*, ARNOLDI ENGELBRECHTII in *Nucleo I. P.* disputat 13. p. 679. Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

De *Lege regia Germanorum* extat etiam Commentatio HORTLEDERI, & *Oratio* Saxoniæ Ducis apud *Goldastum in Pol. Imper. part. 12.*

## §. 7.

### *Capitulatio Imperatoria.*

Rursus Systematum & maiorum operum auctores hoc caput I. P. exequuntur. Sed vicerunt omnium industriam BEN. CARPZOVIVS *Commentario in Legem Regiam Germanorum, siue Capitulationem Imperatoriam*; vbi multa insunt pro libertate & iuribus ordinum cordate & grauiter dicta:

Et præsertim LIMNAEVS, tum in prolegomenis ad *Capitulationes Cæsareas*, tum *Annotamentis* ad easdem libro singulari.

## §. 8.

### *De Pace Religionis.*

In *Nucleo Iuris Publ.* (nam systematum & operum maiorum scriptores semper intelligimus, etiamsi non nominemus) disputatio vltima est *de Pace Religionis*, auctore PETRO SYRINGO, seu IVSTO SPRENGERO, quæ sæpius edita, valde probatur.

*Acta* ipsa *publica* & originalia *de Pace Religionis* (vbi multa ad explicationem eius pa-



Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

cis ſ. interpretationem pertinentia habentur) ſingulari opere conſignauit CHRISTOPH. LEHMANNVS.

Pacem Religionis acerbiſſime oppugnarunt Ieſuitæ Dillingenſes in libro, cui titulus eſt *Compoſitio Pacis.* In primis etiam virulentus liber eſt, qui ſub nomine FRANCISCI BVRCARDI, itidem Ieſuitas Colonienſes habet auctores, de *Autonomia, oder von der Freyſtellung in der Religion.*

„De Pace Religionis egit *Petrus Syringius*, ſeu *Iuſtus Sprenger* in *Nucleo* I. P. Diſſert. vltima; *Limnæus* I. P. I. 3. *Schutzius* Vol. II. Diſp. 4. a theſ. 9. *Arumæus* Vol. IV. Diſc. 43. c. 3. §. 15. & ſq. *Carpzouius* Leg. Reg. c. 3. ſect. 5. *Cranius de Pace religionis; Albertus Manlius* tractatu *de Pace Religioſa*, edito 1633. Hiſtoriam Actorum tum circa Transactionem Paſſauienſem 1552, tum circa Pacem Religionis, collegit memorabili opere *Chriſtophorus Lehmannus.* - - - - - - Libri Pontificiorum, e. g. *Franciſci Burcardi Autonomia* (de Auctore vid. *Limnæus* L. I. c. 13. §. 19. & *Schutzius* Vol. I. diſp. 4. theſ. 11. exeg. fin. p. 155.) & Dillingenſia ſcripta. *Notitia S. R. Imp. p. 297. ſeq.*

„Ieſuitæ ſcripſerunt virulentum plane librum, *Compoſitionem Pacis*, dum ipſo iure nullum hoc fœdus eſſe affirmant. Autonomia etiam ſecuta, liber adhuc ma-

„magis noxius prodiit ſub nomine *Franci-* Cap. XLVII.
„*ſci Burcardi. Petrus Oſtermannus* in *Ca-* Appendix.
„*meralibus Diſputationibus* dicit, Pacem De Iure pú-
„Religionis nunquam eo animo eſſe fa- blico.
„ctam, vt ſeruaret, quæ vox plane non
„toleranda eſt. *Silhonius* in *Miniſtre*
„*d'Eſtat* ſumma iniuria afficit Imperato-
„rem, aſſerens, illum obtinendi Impe-
„rii cauſſa iniiſſe hanc pacem, quod tamen
„omnino eſt falſum. Acta huius Pacis
„*Chriſtophorus Lehmannus* in vnum col-
„legit. De conſideratione politica hu-
„ius pacis omnes ſcriptores I. P. ege-
„runt & in primis *Iuſtus Sprengerus*
„accurate, qui tamen nomen ſuum mu-
„tauit, & ſe *Petrum Syringum* nomi-
„nauit. *Diſſ. ad Lipſii Polit. p. 144. ſq.*

## §. 9.

## *De Pace Publica Profana.*

Præter Scriptores Syſtematum primarius extat tractatus duobus libris comprehenſus ANDREAE GAILII, qui plerumque ſubiungi ſolet *Obſeruationibus Practicis, Germ der Land-Frieden.*

## §. 10.

## *Inſtrumentum Pacis.*

Hoc quoque inter ſanctiones pragmaticas & leges Imperii fundamentales haberi oportet. Et ab initio quidem antequam pax coiret, multa ſunt diſputata a diuerſæ Religionis



Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

consortibus; præsertim ERNESTI cuiusdam de EVSEBIIS (ita enim finxit nomen) Iudicium Theologicum pluribus scriptis oppugnauit D. DORSCHAEVS; rursus oppugnatus a quodam CHRISTIANO FIDELI, vt se nominauit.

Extat etiam IOH. CARAMVELIS LOBKOWITZ *Pax licita*, & oppositum scriptum *Anti-Caramuel*, & plura huius generis. Sed factam semel pacem eiusque instrumentum interpretari non est priuatæ auctoritatis. Et quædam hactenus in Comitiis ac Conuentibus ventilata, nec definita sunt.

Bullam Pontificiam Innocentii X. Instrumento Pacis oppositam, refutauit ICtus quidam, qui sibi indidit titulum LVDOVICI de MONTESPERATO; & HORNBECKIVS, Theologus Belga, in *Examine Bullæ Papalis*.

„Dissertatio elegans *de Recessibus Im-*
„*perii* doctissimi *Erici Mauritii*, Tubin-
„gensis quondam, exinde Kilonìensis Prof.
„celeberrimi, nunc in Camera Spirensi
„Assessoris: *Notit. S. R. Imp. p. 302.*

§. II.

*Acta Publica.*

Proxima sunt, quæ Actorum Publicorum auctoritatem habent; & in iis leges & consuetudines Imperii.

Ita extant *Tomi Constitutionum* collectarum a MELCHIORE GOLDASTO.

Vt

Digitized by Google

Vt & *Tomi der Reichs-Satzungen.* Quodſi a temporibus Caroli M. & vltra repetere velis, multum huc faciet *Codex Legum Antiquarum* LINDENBROGII. Prodeſt enim in Germ. Republ. viuentibus ſcire, quid quoque tempore de vnaquaque re gentes Germaniçæ ſtatuerint. Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

Pertinet huc etiam Rationale Conſuetudinum GOLDASTI, *die Reichs-Handlungen* Goldaſti.

Huius generis magna etiam pars continetur in *Politicis Imperialibus* GOLDASTI.

Superioris ſæculi *Acta Publica* collegit HORTLEDERVS Noribergæ recuſa anno huius ſæculi 45.

Huius ſæculi *Acta Publica* LVNDORPIVS collegit, & poſt eum varie varii diuerſis titulis. Huc etiam *Theatrum Europæum* aſpirauit, & nuper *Diarium Europæum.*

Ceterum multa & magna Volumina de ſingulis cauſſis ſeorſum edita ſunt, præſertim in rebus controuerſis inter Principes.

## §. 12.

### *De Imperatore.*

De Imperio & Imperatore Romano, quæ ad vetuſtiora tempora pertinent, nihil attinet hic referre: niſi quod in tranſitu nominandus eſt IVL. CAESAR BVLENGERVS, qui opere huius argumenti famam adeptus eſt præ ceteris.

At recentioris vſus ſunt in *Nucleo Iur. Publ.* de

Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

*de S. Rom. nationis Germ. Imperio* disputatio 2. IVSTI GEBHARDI.

*De Summi Imperatoris Summa potestate* RICHARDI DIETERI disput. 3.

*De Potestate & iurisdictione imperatoria,* GEORGII CHRISTOPH. MEYFISCH disputatio 4.

„Feruente ad huc bello nouissimo Ger„manico HIPPOLYTVS quidam a LA„PIDE scripsit de Forma & Ratione Sta„tus Imperii Romano-Germanici, sicut „partium bellantium vni commodum vi„debatur. Hostem hostilia loqui non puta„batur illicitum. Male tamen de scriptore, „& iis, quorum auspicio scripsit ille, iudi„cant, qui vere eos ita sensisse arbitrantur, „sicut tum, temporis caussa, in literas re„latum est. Et de forma & statu quidem „Imperii ea tradi in illo libro periti anim„aduertunt, quæ nec scriptor, nec lector „vsquam intelligat; scriptor præterea „nec intelligi voluerit. Dicere enim ali„quid voluit, ne hiatum relinqueret: „non quid definiret habuit, aut apud se „constituit. Scilicet hæc *Arcana* ipsi & aliis „debuit esse *historia*. Quare nec in hunc „diem, quod sciam, repertus est, qui sen„tentiæ illi, de Statu Imperii secum & cum „principiis Politicorum discordi suffraga„retur. De cetero, licuerit illi non alia „dicere, quam quæ suo proposito conue„nire existimabat. Et, si quis e.g. non illa

Digitized by Google

„illa tantum, quæ ex Actis & documentis
„magno prætextu adfert, sed etiam quæ
„his adiuncta & præmissa in Actis sunt,
„inspiciat, & illud antiquum æquumque
„sibi proponat, *audiatur & altera pars*;
„haud raro alia prodibit rerum facies, alia
„iudicii series. Nimirum in dissidio pu-
„blico, vt in foro, vnaquæque pars sibi
„tantum profutura adfert: ex quibus iu-
„dex non prius sententiam fert, quam do-
„nec alterius partis responsa & argumen-
„ta cognouerit. Quæ ratio apud multos
„satis excusare videtur *Hippolytum*. Sed
„qui extra disputationes in partibus & a
„partibus agitari solitas in pace media
„profitetur, se historiam & acta alicuius
„negotii publici, aut controuersiæ iuris
„publici relaturum, & deinde alterius tan-
„tum partis sententias & declamationes,
„ne verbis quidem partium studia spiran-
„tibus omissis, adfert, ille impostoram fa-
„cit, dignam lege coerceri. Multa sunt
„indicia, non ea plerumque dicere *Hippo-*
„*lytum*, quæ sentit: e quibus pauca attin-
„gemus. Maxima sunt, quod Instrumen-
„to Pacis negotia aliqua refutata, aut in
„contrariam sententiam definita sunt.
„Nam quis credat, viros prudentes &
„Christianos extirpationem Domus Au-
„striacæ serio optasse? Longe cordatius
„sapuissent ex ethnicis Spartani, qui occa-
„sione oblata euertendi Athenas, nega-
„runt

Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

„runt se commissuros, vt alter de Græciæ „oculis erueretur. Quamquam huc quidem nondum in Germania ventum erat: „& ne veniretur, multa obstare poterant. „Si tamen vel improba spe quis hausisset „ea, quæ non sunt vnius sæculi, non debuit propterea subrepere obliuio illius „temperamenti iuris bellici, quod naturalis ratio etiam victoribus suadet. Tantum abest, vt Christiana religio sæuiora, „& in exitium Christianorum hostium „tendentia consilia cuiquam consiliario „aut bellatori permittat. Et quam illud „a scopo & salute Imperii alienum sit, „quod omnia ad Cæsareæ auctoritatis & „potestatis destructionem vel ab orco „conuocat *Hippolytus*, nemo rerum peritus dubitandum existimauerit. Impe„ratore opus est Imperio, aut fiet, quod „prudentes pridem præsagiuerunt, vt o„mnia intestinis turbis distracta, diuisui, „prædæ, direptui habeantur. Scilicet ita „accepimus a maioribus rempublicam, „vt posteris segregatis discerptisque ser„uiendi foris domique gloriam tradamus! „Quod enim discordia membra & dissi„pata atque a capite auulsa felicitatem ci„uilis scopi tot laboribus, consiliis, peri„culis quæsitam tueri queant, ex eorum „genere est, quæ nemo nisi impossibilia „credere doctus, expectauerit. Nullum „autem Cæsarem habere; an eum Cæsa„rem,

Digitized by Google

„rem, cui præter nomen nihil auctoritatis „& poteſtatis relictum ſit, quod *Hippoly-* „*tus* contendit, vtrum peius ſit, haud faci- „le dixeris. Sed *Hippolytus* hoſtilem er- „ga Cæſarem animum profeſſus, & præ- „terea iura hoſtium publica, ſæuiente bel- „lo, cauillari, ſtratagematis forenſis licen- „tia metiens, cur iniqua poſtulauerit, ſatis „apparet. *Notitia S. R. Imp. p. 368. ſqq.*

„In iudicandis Scriptorum operibus „ante omnia διάθεσις ſcribentium conſi- „derari debet: quæ in *Hipp. a Lapide* ad- „uerſus Cæſarem fuit plane hoſtilis; quo „fit, vt tractatio claudicet. Non enim „de Imperii noſtri ſtatu loquitur, qualis „fuit, aut per leges eſſe debuit; ſed quā- „lem ipſe animo concepit formandum & „inſtituendum. Quare cum p. 3. reſtau- „rationis mentionem facit, non reſtau- „rationem agitat, ſed nouam formam, „nouamque totius ſtatus conſtitutionem. „Et licet p. 1. c. 1. concedat mixtum ſta- „tum in Imperio, tamen nec de mixtura „in fine capitis recte ſentit; & pro mixto „ſtatu tandem ſimplicem obtrudit, nihil „præter imaginem mixtionis relinquens. „Neque adeo vel Ius Imperii noſtri ex ve- „ro diſſertat, vel factum ſincere denarrat. „Statim itaque falſum eſt, & conceſſæ „mixturæ aduerſum, cum ſtatu quæſtio- „nis propoſito hanc theſin proponit ſum- „mam ſuæ ſententiæ: (p. 1. c. 5. f.) In Im-

„perio

Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

„perio noſtro ſtatum eſſe Ariſtocraticum, „Monarchica tamen adminiſtratione ex „parte temperatum; ſicut veteres voca- „bulo Principatus interdum vtebantur. *Obſeruatio ad l. c. Notit. S. R. Imp. ex MSto auctoris, Animaduerſionibus Bœcleri in Hippol. a Lapide præmiſſa, quæ prodiere Argent. 1674, 12.*

*De magnitudine, antiquitate & libertate Imperii Germanici,* tota pars decima Pol. Imper. GOLDASTI.

*De præcellentia Imp. & Imperii Germ.* pars II. operis eiusdem.

*De maieſtate & poteſtate Monarchiæ Rom. Germ.* pars 13. eiusdem operis.

*De translatione Imperii Rom. ad Germanos*, pars 9. eiusdem operis.

Addatur HERMANNI CONRINGII Liber *de Imperio Germanorum Romano.*

„Id Ius (Imperatoris in vrbem Ro- „mam) adhuc hodie durare oſtendit do- „ctiſſimus *Conringius* libro, quem in hoc „argumento excellenter laudatum volu- „mus, de Germanorum Imperio Roma- „no. *Notit. S. R. Imp. p. 425. Conf. Sæc. IX. & X. p. 295.*

Quantum autem poteſtas Imperatorum oppugnata eſt ambitione Pontificum, & defenſa ſtudiis cordatorum Theologorum, ICtorum, Politicorum, omnia potiora ſcripta in vnum opus tribus tomis conſtans collegit GOLDASTVS. Titulus eſt *Monarchia S. Rom. Im-*

Digitized by Google

*Imperii.* Nam quæ in ſyſtematibus & operibus ſæpius dictis habentur, vltro ſubintelliguntur.

„Carolus M. in Occidente Italia recu-
„perata Romanorum Imperator factus,
„Imperium ad Germanos tranſtulit ſæcu-
„lo IX. incipiente. De qua translatione
„extant libri *Arniſæi*, *Flacii*, *Fr. Iunii*, qui
„aduerſus *Bellarminum* de eadem re ſcri-
„bentem commentati ſunt. Extant &
„aliqua in *Politicis Imperialibus Goldaſti*
„& apud ſcriptores Iuris publici. Et hi
„quidem Germanici Imperatores quin
„vere fuerint Monarchæ, dubium non
„eſt. Oppugnari autem monarchica
„Cæſarum poteſtas omniaque maieſtatis
„iura cœperunt ſæculo XI. partim a Pon-
„tifice Romano (auctor litis & tyranni-
„dis affectatæ Hildebrandus ſiue Grego-
„rius VII.) de qua re ſemper deinde vs-
„que in hunc diem diſceptatum: ſcripta
„huc facientia in magnum opus collegit
„*Goldaſtus*, cui titulum fecit *Monarchia*
„*Rom. Imperii*: partim a Principibus aſtri-
„cta eſt liberior antea Cæſarum poteſtas.
„Non errant enim qui putant, Henrici
„IV. Imp. tempore initium Regiæ Legis,
„ſiue Cæſareæ Capitulationis cœpiſſe,
„qua modus poneretur poteſtati Cæſa-
„rum. At ſub Carolo IV. tribus fere ab-
„hinc ſæculis poteſtate Electorum aucta
„præſcripta eſt formula Regiminis Ger-



Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

„manici, quæ nomina quidem illuſtria „ſummi faſtigii Cæſaribus reliquit; de ce„tero autem iura Imperii pleraque cum „Ordinibus in ſolidum communicauit. „Ex hac formula deinceps Capitulationes „Cæſareæ, tanquam antitypus ex typo „prodieruut. Illa ergo Aurea Bulla, quin „inſecutis temporibus fundamentum eſſe „debeat diſputationis totius de Imperato„rum poteſtate, dubitari nequit. Eſt au„tem Pragmatica ſanctio & Lex totius „Imperii non ab initio tantum communi „conſenſu prolata, ſed poſtea ſemper pro „tali habita vſuque confirmata. Acce„dunt omnes inde Capitulationes Cæſa„reæ. Hinc Conſtitutiones & Receſſus „Imperii, quatenus in illis aliquid de iure „Imperii ſancitur, aut Maieſtas ſub tali „formula, qualis A. B. congruit, exerce„tur. Cœpit autem controuerſia de po„teſtate Imperatoris gliſcere denuo ſupe„riore ſæculo, tempore Caroli V. & Re„formationis religioſæ; & agitatur in „hunc diem. Pertinet huc ſingulari elo„gio hiſtoria *Sleidani*, & monumenta re„rum German. in Freherianis tomis, item„que in *Politicis Imperialibus Goldaſti* „part. 12. & 13. Addantur *Limnæus*, *Rein„kingius*, *Lampadius*, *Carpzou. de L. Regia „Germanorum*, & alii Scriptores Iuris pu„blici. Inter quos diſſidia nata, quibus„dam de vocabulis contendentibus, qui-

„bus-

„busdam Cæsari blandientibus, aut etiam „nimis rigide obtrectantibus. Vid. *Hortle-* „*deri* dissertatio *de L. Regia.* Conten- „tiosa disputatio inter IC. *Vulteii* defenso- „res & *Gothofr. Antonium. Reinkingius* „misere aduersus *Bodinum* disputat L. 1. „class. 2. c. 2. vt & *Witzdorffius* aduersus „*Limnæum*, qui peculiari tractatu respon- „dit. Communis sententia *Reinkingio* „aduersatur. *Lampadius* moderatissime „& eruditissime in hac quæstione versatur. *Diss. Polit. 20. p. 488. sqq.*

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

§. 13.

*De Electione.*

De Electione Imperatoris, quæque eam consequi solent, multa reperies opuscula in GOLDASTI *Politicis Imperialibus* part. 1. 5. 6. sicut & in *tomis rerum Germanicarum* FREHERI & SCHARDII.

De Electione Regis Romanorum, designatione & iurisdictione extant in *Nucleo Iur. Publ.* disp. V. HENR. ZOLNERI, & in Politicis Imper. *Goldasti* pars 2.

Sicut pars 3. & 4. eiusdem operis de coronatione Imperatorum agit. Qualia etiam reperies in operibus *Freheri* & *Schardii* modo memoratis.

De abdicatione Imperii agit pars 7. *Politicorum Imperialium*

De Vicariis Imperii, in *Nucleo Iur. Publ.* agit disp. VI. IVSTI SINOLD cognomine *Schutz.* Addenda sunt monumenta nuper



Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

literis prodita, cum controuersia agitaretur inter Electores Palatinum & Bauaricum. Nam cetera de hac materia sparsim aliis operibus inserta sunt.

„In Palatinum Vicariatum illata con„trouersia est a Domo Bauarica, quæ con„tendebat: primo, Electorali dignitati „annexum esse Vicariatum; deinde, Ele„ctoralem dignitatem prius in Domum „Bauaricam esse illatam: sicut videre est „apud *Gewoldum* in *Septemviratu* c. 11. cui „*Freherus* se opposuit peculiari respon„sione: qui & in originibus Palatinis c. 15. „& 16. Palatinatui, non Electoratui, ad„hærere Vicariatum ostenderat. Sum„matim repetiit controuersiam *Io. Strau„chius Exercitatione exoterica III, §. 2. & 3.* „Agitata est hæc controuersia hoc sæculo „anno 1612. & postea; edita sunt etiam „scripta contraria, annis 1614. & 16:5. V. „*Goldasti Politische Reichs-Händel*, part. „7. Deinde in nupero interregno, & au„cto Electorum numero. Vbi partim „scripta priora recusa sunt, partim noua „addita ab vtraque parte. Accessit & „*Freinshemii* schediasma sub nomine „*Gratiani Philæci*, & *Ezechielis Spanhemii* „Gallica dissertatio *de rebus Germaniæ & „Vicariatu Imperii. Notit. S. R. Imp. p. 131 sq.*

## §. 14.

## *De Electoribus.*

Præter Scriptores ordinarios tractauit de hac

hac materia CHRISTOPH. GEWOLDVS, ICtus Bauarus, conſcripto Commentario *de S. Rom. Imperii Septemuiratu.* Qui recuſus eſt in *Repræſentatione S. Rom. Imperii.* Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

In *Nucl. Iur. Publ.* Diſp. VII. MICHAELIS SCHAFFERERI agit *de origine & poteſtate modernorum Electorum in Imp. Rom. Germ.* Sed hi fere vulgarem viam ingrediuntur. Diligentius in hoc argumento verſatus eſt HERM. CONRINGIVS Diſſert. *de Septemuiris.*

„Origo (Electorum) valde controuer-
„ſa & obſcura. Communis opinio de tem-
„poribus Ottonis III. Imperatoris, & Gre-
„gorii V. Pontificis, labefactata & con-
„uulſa ab *Onuphrio Panuinio de Comitiis*
„*c. 6.* apud *Goldaſtum Polit. Imperial. Part.*
„*I.* cui pro communi ſententia reſponde-
„runt ibidem *Simon Schardius*, tum pecu-
„liari opere *de Septemuiratu Chriſtopho-*
„*rus Gewoldus*, & *Windeckius de Electori-*
„*bus.* Subſtituit autem *Onuphrius* aliud
„tempus, quod Friderici II. obitum ſequi-
„tur, in interregno, in quo introductum
„Septemuiratum exiſtimat. Sequitur-
„que hanc ſententiam, non quidem preſſo
„pede, Diſſertatio ſub *Conringio* habita *de*
„*Septemuiris.* Alii de Ottone IV. exau-
„diunt, fruſtra. Vid. *Carpzou. Leg. Reg.*
„*c. 10. ſect. 5. §. 15. &c. Notit. S. R. Imp.*
*p. 157. ſq.*



Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

„Deſcribitur in Electoratibus ſæculari-„bus Ius ſucceſſionis & ordo in Aurea „Bulla c. 7. in quod nobiliſſimi Commen-„tarii loco haberi poteſt ARNOLDI „ENGELBRECATI diſſertatio *de „ſucceſſione in Electoratibus ex iure pri-„mogenitur æ* in *Nucleo I. P.* Summam ex-„hibet erudite *Lampadius* Part. III. c. 4. „*Engelbrechtus* oppugnauit in ſua diſpu-„tatione *Goldaſtum*, qui in *Seniore* ſuo ali-„ter ſtatuerat. Videatur *Rumelinus Part. „I. diſſ. 6. ad A. B.* & *Arumæus diſcurſ. 4.* & „*Dietricus p. 51.* Quæſtio maxime con-„trouerſa hæc eſt: ſi vltimus ex linea pri-„mogeniti deceſſerit, nullis relictis liberis „vel fratribus, horumue liberis, adeoque „deferenda ſit ſucceſſio ad agnatos reli-„quos, an hoc caſu ſuccedat ſenior ætate, „an qui ſtipiti & lineæ ei proximior? prius „*Goldaſtus*, poſterius *Engelbrechtus* defen-„dit & *Lampadius P. III. c. 4. §. 21. Ibid. p. 168. ſq.*

De Electoribus Eccleſiaſticis, quatenus ſunt Archi-Cancellarii Imperii, egit tractatu ſingulari BERN. a MALLINCROT.

## §. 15.

### *De Rege Bohemiæ.*

Præter eos, qui in generali tractatione de Electoribus hanc quoque partem executi ſunt, vnicum extat monumentum magni pretii, GOLDASTI ſc. opus *de Regno Bo-*

Digitized by Google

*Bohemiæ*, quod inter ſcripta *Goldaſti* haud dubie eſt præcipuum: vbi plurima & exquiſita de Regibus & Regno Bohemiæ conſignantur. Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

Cetera in Actis Publicis fere inſerta ſunt, & in hiſtoriis. Qua occaſione in primis commendare fas eſt HAGECII *Bohemiſche Chronick*.

## §. 16.

## *De Electore Palatino.*

Notum eſt, qui autores & vbi de hoc quoque argumento ex inſtituto ſuorum operum tractent.

In primis autem hic commendari debet MARQV. FREHERI nobile opus, cui titulus eſt *Origines Palatinæ*. Multum quoque illuſtrari poteſt hæc materia ex controuerſia huius ſæculi in cauſa Palatina: cum Fridericus a Ferdinando II. Electoratu eſſet exutus. Prodierunt enim contraria ſcripta; contra Palatinum quidem NICOLAO BVRGVNDO calamum acuente, cui ab altera parte grauiter reſponſum eſt. Extant monumenta typis vulgata.

## §. 17.

## *De Electore Saxoniæ.*

Ante omnia hic nominari debet *Saxonia illuſtrata* GEORG. FABRICII, qua non hiſtoria tantum Saxonica, ſed nobilitas gentis & Electoratus, & alia ad Ius Publ. facientia tractantur.

De Iure Saxonico (vulgo *Sachſen-Recht*)



Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

præcipuus eſt IO. GRYPHIANDER in tractatu *de Weichbildis Saxonicis*, vbi etiam de ſpeculo Iuris Saxonici agitur. Vid. etiam *Beſold. Theſ. Pract.* voce *Sachſen - Recht.* Add. NICOLAI MAMERANI libellum *de Inueſtitura Regalium Mauritio Duci Saxoniæ 24. Febr. A. 1548. facta* in tom. 2. *Schardii* p. 1626 & ſeqq.

§. 18.

*De Electore Brandenburgenſi.*

In primis hic commendari debent REINERI REINECCII *Origines Brandenburgicæ* cum annexis.

Cetera ex hiſtoriis & Iuris publ. ſcriptoribus integrorum operum peti debent.

§. 18.

*De Principibus, Archiducibus, Ducibus, Marchionibus, Landgrafiis.*

Præter Scriptores intelligi ſolitos, omnino vid. *Beſoldum in Theſ. Pract.* voce *Furſt &c.* Et in voc. *Ertz-Hertzog*, item *Hertzog.* Addatur *Speidelius* in Notab. iisdem vocibus. Et quoniam domeſtica hæc externis cognata, & olim immixta fuere, videatur etiam ANTON. DADINI ALTESERRAE, *de Ducibus & Comitibus prouincialibus Galliæ.*

De Marchionibus vid. *Beſold. Theſ. pract.* voc. *Marggraf*, & *Speidel.* voce eadem.

De Landgrafiis, iidem videndi in voce *Landgraf.*

§. 20.

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

§. 20.

*De Comitibus & Baronibus.*

De his extat memorabilis Tractatus CHRISTOPH. BESOLDI in *Nucleo Iur. publ.* & est disput. X. Hunc enim præcipue laudant, qui de hac materia agunt. Vid. omnino *Speidelius* in voce *Graf und Freyherr*; Vt & *Besoldus* Thes. pract. iisd. vocabulis.

Ceterum & ad hunc locum multa repeti debent ex illorum scriptis, qui de Nobilitate eiusque origine & generibus scripserunt.

§. 21.

*De Titulis & Honoribus.*

Extat liber Anglicus SELDENI de *Titulis honorum*, latis ille quidem curiosus & dignus qui comparetur, vbicunque haberi potest.

Pertinet huc quoque HOPPINGII opus *de Insignibus.*

§. 22.

*De Iure Præcedentiæ inter Principes.*

Curiosæ disputationis fundamenta valde diligenter struxit FERNANDVS VASQVIVS in præfatione *l. 1. Controuers. illustr.* vbi ostendere conatur, Hispaniarum Regi primum locum deberi inter omnes principes a p. 6. vsque ad p. 52. hinc plerique colligunt, quæ in hac materia occurrunt: vt *Limnæus l. 4. I. P. c. 9.* & alii.

Promisit etiam DIONYSIVS GOTHOFREDVS, Theodori filius, adhuc



Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

in Galliis superstes, se in tertio tomo *Ceremonialis Francici* accurate & plene adductis exemplis acturum esse; duo enim priores tomi prodierunt: sed qui familiarius virum norunt, hanc spem in desperatis ponunt, in re præsertim tam ardua & quodammodo inexplicabili.

Curiosa quædam & selecta reperias in GRASWINCKELII libello de *Iure præcedentiæ inter Remp. Venetam & Sabaudum.*

„Laudati libri *Theodori* & *Dionysii Gothofredi*, *Le Ceremoniel de France* II. „Tom. in fol. *Theodori Graswinckelii de „Præcedentia inter Remp. Venetam & Sabaudum*, & *Vernandi Vasquii* præfatio „*Controuersiarum illustrium* &c. item de „nobili controuersia inter Ducem Venetum & Mediolanensem in *AEneæ Syluii „Historia MSS. Friederici* III. *Iac. Gothofredi* liber posthumus, seu diatriba *de in„re præcedentiæ. Notit. S. R. Imp. p. 148.*

§. 23.

*De Familiis Illustribus.*

Familias Germanicorum Principum tabb. æneis exhibuit ALBIZIVS.

Deinde opus Genealogicum vniuersale ELIAE REVSNERI commendatur.

In primis autem copia & eruditione præcellit *Theatrum Genealogicum* HENNINGES.

Hi-

Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

Hiſtorici quoque paſſim inſerunt operibus ſuis multa genealogica, alii quidem liberalius, alii parcius. Ita PONTVS HEVTERVS *L. 6. Rerum Burgundicarum* repræſentat Genealogias præcipuas aliquot familiarum ex Gallia Francica, ac Belgica, quæ magni æſtimantur. Sicut autem vnaquæque fere natio in Germania peculiare ſuum Chronicon habet, ita etiam de familiis Principum pleraque inſeruntur.

## §. 24.

### *Familia Auſtriaca.*

Hic primo nominari debent *Originis Habsburgenſes* GVILLIMANNI, & PONTI HEVTERI libellus *de nobilitate & vetuſtate Familiæ Habsburgicæ atque Auſtriacæ*, præmiſſus operi *rerum Auſtriacarum.*

CVSPINIANVS in *Auſtria* ſua multa habet huc pertinentia. Multa etiam huc pertinentia habentur *in dem Oſterreichiſchen Lorbeerkrantz.*

Sicut autem omnes fere libri Hiſtorici aliquid de hac familia continent, ita vid. quæ *Limnæus I. P. L. 5. c. 2.* annotauit, & in additionibus. Nam hiſtoricos mere tales nunc non adducimus.

„Genealogiam Auſtriacam diligenti „opere percoluit *Wolfg. Lazius*, *Io. Stabius* „in *Genealogia Domus Auſtriacæ*, *Scioppius* „in *Stemmate Auſtriaco* & libello poſthumo

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

„mo continente *disceptationem cum F. Scri-*
„*frido Abbate Zwithalensi*, vbi & ad-
„uersus *Arnoldum Wion* disputatur:
„*Chifletius* in *Stemmate Austriaco*, contra
„quem disputauit *Blondellus*. Tum scri-
„ptores rerum Austriacarum. Add. *Limnæi*
„I. P. 5. 2. & Tom. V. addit. ad illud ca-
„put. In Historia Austriaca memoran-
„da est primum *Cuspiniani Austria*; tum
„*Ponti Heuteri res Austriacæ*; *Guilli-*
„*manni Habspurgica*; *Gerardi de Roo*
„*historia Austriaca a Rudolpho I. vsque ad*
„*Carolum V. Hieron. Gebwilleri Ortus Ca-*
„*roli V. omniumque Archiducum Austriæ &*
„*Habspurg. Comitum &c.* tum Historiis Eu-
„ropæis passim inserta. *Notit. S. R. Imp.*
*p. 214. sq.*

## §. 25.

### *Familia Bauarica.*

AVENTINO plurimum debent, vt ceteræ res Bauaricæ, ita etiam Genealogia Principum Bauarorum.

De cetero ANDREAE BRVNNERI *Principes Bauarici* vtiliter vsurpantur. Eiusdem scriptoris etiam *Annales Boici* multum huc faciunt.

## §. 26.

### *Familia Brandenburgensis.*

De hac supra mentio facta est in Electore Brandenburgico. Præsertim REINERI REINECCII *Origines Brandenburgicæ* celebrantur.

Et

Et quæ GEORGIVS SABINVS huc pertinentia ſcripſit. Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

Edita etiam ea Genealogia, *ein Stamm-Baum*, in ære expreſſa a GVILHELMO ZIMMETHASIO: cuius filius adhuc premit integrum librum, quaſi commentarium illius ſtemmatis.

## §. 27.

### *Varii Scriptores Genealogici.*

Nulla fere domus principalis eſt in Germania, quæ non habeat typis expreſſum ſuum ſtemma, *ſeinen abſonderl. Stammbaum*, præter laborem ALBIZII.

Sicut. e. g. nuper elegantiſſime prodiit typis expreſſum *Stemma Auſtriacum.*

Item *Stemma Palatinum*; Et *Stemma Saxonicum.*

NICOLAVS quoque RITTERSHVSIVS in opere nupero ſtemmata Principum conſignauit.

## §. 28.

### *De Nobilibus.*

In *Nucleo I. P.* extat diſputat. XI. *de Ordine Equeſtri libero, Imperioque immediate ſubiecto* BESOLDI, & XIV. *de ſtatu Nobilium ciuili, eorumque iuribus, priuilegiis, & immunitatibus* IOSIAE NOLDENII.

De Nobilibus & varia eorun conſideratione etiam in politicis actum eſt.

Huc pertinent potiſſimum *des* SPANGENBERGS *Adelſpiegel* Et CASPAR LERCHII

Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

CHII *Commentarius de Germanica Nobilitate.*

„*Tiraquellus, Simonetta, Vechnerus, Petrus Fritzius* scripserunt de Nobilitate; „*Besoldus de iure ordinibusque ciuium c.10. & 11. & de ordine Equestri libero Imperioque immediate subiecto. Iosias Noldenius de statu nobilium ciuili horumque Priuilegiis.* Extat vtraque dissertatio in „*Nucleo I. P. Reineri Reineccii von des Adels anfænglichen Herkommen.* In primis laudandus est *Casp. a Lerch de Equestri Ordine.* Addantur *Schlesisch Ritterrecht*, tum constitutiones Equestrium ordinum variæ. *Notit. S. R. Imp. p. 241. sq.*

De Equitibus seorsum ita dictis itidem actum est in politicis, vbi & scriptores nominati sunt.

„De Patriciis memorabilem commentarium scripsit IO. IACOB. DRACO. „*Notit. S. R. Imp. p. 390. sqq. vbi varia in isto libro reprehenduntur.*

§. 29.

*De Torneamentis, oder von Turnieren.*

Diligenter exequitur hoc argumentum *Limn. L. 6. c. 5.* & in additionibus. In primis hic solet laudari GEORGII RVXNERI *Turnierbuch*, cui diu multum plerique tribuerunt. Sed qui nuper res Germanicas diligentius scrutati sunt, animaduerterunt, non esse tantæ auctoritatis istum librum, si-

gut

Digitized by Google

cut antea creditum eſt. Inter quos eſt *Goldaſtus:* is enim fidem huius libri in dubium vocat in *Rationali* ſuo. Et ante eum *Douſa* hoc fecerat in *Annalibus Hollandicis.* Certe qui accuratius velit inquirere, multa prorſus falſa reperiet. Non tamen omnia ſunt in dubium vocanda; licet enim hinc præſertim rationem totius certaminis cognoſcere.

„Multis non eximitur, 1. Leges torneamentorum latas eſſe ab Henrico I. Impe„ratore, ſicut *Goldaſtus* in *Conſtitut.* re„fert ſtatuta & priuilegia ludorum Eque„ſtrium ſiue haſtiludiorum, quæ Torneamenta vulgo vocant ſiue, *Thurnier.* 2. Illas „eſſe Conſtitutiones vere Imperatorias. 3. „*Ruxnerum im Thurnierbuch* eſſe ſcriptorem authenticum & actis publicis quo„dammodo accenſendum: quæ omnia a ve„ro longius abſunt: ſicut primi oſtenderunt „*Ianus Douſa* lib. VIII. *Annalium Hollan„dicorum*, & *Goldaſtus* ipſe in *Rationali* ſuo. „Argumenta ſunt inuicta de quibus par„tim etiam *Limnæus I. P. L. VI. c. 5. §. 13.* „ſq. Add. *Dietrici Henricum Aucupem tb. „12. p. 69. &c. Not. S. R. Imp. p. 302. ſq.*

Addantur *Wehnerus* in *Obſeruationibus* voce *Turnier*, vt & *Beſoldus* in *Theſauro Practico*, & *Speidel. Notab.* Multa quoque huius generis continet liber Gallicus, cui titulus eſt *Theatrum Honoris.*

§. 30. *De*

Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

## §. 30.
## *De Insignibus.*

Hoc argumentum ex Gallis exequitur, quem *Limnæus* toties laudat in hac materia, MOREAV. *Vid. L. 6. I. P. c. 6.* In *Theatro Honoris* Gallico multa quoque huc pertinentia sunt.

In primis etiam HOPPINGIVS est, qui de *Iure Insignium* totum & nobilem tractatum scripsit.

„Auctor præcipuus est Gallus *Moreau*, „quem plerique omnes laudant. Tum „*Theatri honoris* scriptor *Fauyn*; & in „opere argumenti generalis lateque pa„tentis *Chassanæus*. His addi debent, qui „de Equitibus & Nobilibus variis linguis „scripsere. Tum Historicorum aliqui „præ ceteris diligentiores in insignibus „annotandis exhibendisque e. gr. *Pontius* „*Heuterus Megiserus*, *Herzog*, *Stumpfius* „*Chron. Colonienſe* &c. *Bayrisch Stambuch*, „Genealogistæ. Antiqua ratio insignium „vel extra militiam, vel in militia expli„catur a *Wolfg. Lazio de Rep. Rom.* L. 9. „c. 14. vsque ad 19. Adde *Bulenger. Lipsi„um*, *Stewechium*. Medii æui historia & „præsertim ius insignium peculiari opere „diligenter explicatur ab *Hoppingio*. Exa„men & explicatio insignium erudita e. „gr. ap. *Chiffletium* Lumin. prærogatiu. „lum. 4. p. 330. &c. & in Comment. Lo„tha-

„tharienſi c. 24. p. 92. ſq. *Sibmachers Wa-* Cap. XLVII.
„*penbuch. Notit. S. R. Imp. p. 252. ſq.* Appendix.
Vid. *Wehnerus* in *Theſ. Pract.* voc. *Helm* De Iure pu-
*vnd Schild*; vt & cæteri ſcriptores, qui lexi- blico.
ca Jur. Publ. ſcripſerunt.

§. 31.

*De Ciuitatibus.*

In *Nucleo I. P.* extat diſput. XII. *de Iure & Imperio Imperialium Ciuitatum.* Et XIII. *de Iure Imp. Ciuitat. in immutanda religione*; vtraque BESOLDI; & XV. *de variis Vniuerſitatum ſpeciebus, earumque iuribus* HENRICI BRVNINGI.

Pertinet huc in primis CONRINGII diſputatio de *Vrbibus Germaniæ.* Præcipue autem excoluit hoc argumentum KNIPSCHILDIVS de *Ciuitatibus Imperii.*

Addendi ſunt Lexicographi I. P. voce *Stædte, Reichs-Stædte.*

§. 32.

*De Academiis.*

Ampliſſime hanc materiam executus eſt *Limnæus* toto lib. 8. I. P.

LANSII diſſertatio *de Academiis* cupide eſt excepta paſſim, neque tamen hactenus recuſa. Fortaſſe quia quædam effuderat, quæ nollet repetendo confirmare.

MIDDENDORPII opus *de Academiis* præcipuum eſt in hoc genere.

„*Middendorpius* de Academiis ſcri-
„pſit, neque ſemper ad veritatem hiſtori-
„cam reſpexit. *Sæcula IV. p. 186.*



Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

KIRCHNERI quoque & aliorum quorundam orationes lectu non indignæ extant.

De Reformatione Academiarum MEYFARTVS scripsit librum Germanicum, multa libertate, quæ odium auctori apud multos conciliauit. Sed fatendum est, vera dici: licet forte consultius fuisset, Latina lingua scribi ea, quæ homines imperitos facile mouere possent, vt studia & scholas odio prosequerentur.

## §. 33.

### *De Comitiis.*

In *Nucleo I. P.* extat de hac materia disp. 20. BERNHARDI BERTRAMI, quæ valde probatur.

Alias præcellit in hac materia ARVMAEI peculiare opus *de Comitiis.*

Item *der deutsche bericht, wie es auff Reichstægen pfleget herzugehen.*

*Comitiologia* HAGENI plurima habet animaduersione & reprehensione digna.

Optimus autem est libellus Germanicus de Comitiis, titulo: *Grundfeste des H. Rom. Reichs.*

„Res Comitialis quoad interna & ex„terna bene tractatur in libro, qui inscri„bitur, *Grundfeste des Heil. Rom. Reichs. Diss. ad Lipsii Polit. p. 136.*

Addi potest in *Nucleo I. P.* ARVMAEI dissertatio 21. de *sessionis prærogatiua.* Nam scri-

ſcriptores Lexicorum I. P. in voce *Reichstag* intelliguntur, etiamſi non nominantur.

„De Comitiis agunt potiſſimum 1.) iſa„gogice, *Webnerus Obſeruat. Practic.* vo„ce *Reichstag*, *Speidelius*, *Beſoldus* voce „eadem. 2) ſummatim *Lampadius* Part. „III. c. 8. ex *Webnero* & *Paurmeiſtero*. 3.) „methodica exegeſi mediocri, *Limnæus* „*I. P. Reinkingius L. 3. claſſ. 5. c. 8.* „*Paurmeiſt. L. 2. de Iurisdict. c. 2.* „*Schutzius Vol. I. diſp. 10. Bertramus* in „*Nucleo I. P.* 4.) Diexodico apparatu, „*Arumæus* toto Commentario *de Comiti„is.* 5.) Critice per examen & obſeruatio„nes ante actorum, Auctor *der Grund„feſte. Notit. S. R. Imp. p. 354. ſq.*

§. 34.

*De Camera Imperiali.*

In *Nucleo I. P.* extat diſp. 17. de hoc argumento THOMAE MICHAELIS.

Etiam IO. STRAVCHII *Exercitatio exoterica* 13. *de recuſatione Iudicii Cameralis*, valde vtilis eſt.

DENAISII *Ordinatio Cameralis*, & MINDANI *proceſſus* [illegible]ri ſunt quaſi fundamentales in hoc argumento.

Addatur *Webnerus* cum cæteris voc. *Cammergericht*. Vbi etiam pleraque de Iudicio Rotwilenſi in voce *Rotwwiliſch Hoffgericht*.

*Webnerum* quoque vide in voc. *Iuſtitz* & *Iuſtitzweſen*. Vbi etiam aliquot ICtorum



Digitized by Google

Cap. XLVII. Appendix. De Iure publico.

consilia de abbreuiandis litibus inserta reperies.

§. 35.

Hæc in præcipuis materiis celebriora sunt nomina. Valde autem in studio Iuris Publici commendari debent GAILII *Obseruationes*, ad multa omnino Iur. publ argumenta pertinentes.

MAGERI quoque eruditum opus de *Aduocatia armata* prorsus est vtile in hoc studiorum genere.

„Hoc argumentum ad exemplum per-
„fectæ tractationis excoluit *Martinus Ma-*
„*gerus a Schœnberg de Aduocatia Arma-*
„*tum*, vt vix opus sit alios citare. *Notit. S. R. Imp. p. 327. sq.*

NICOLAI BETSII Commentarius *de Pactis Illustrium Familiarum*, itidem inter eximios & eruditos labores est.

„Vniuerse de *Pactis illustrium famili-*
„*arum* nobilem tractatum edidit *Betsius. Institut. Polit. p. 64.*

De *Iure Superioritatis* ANDREAM KNICHEN valde probant: quamquam vulgares errores & confusiones non effugerit. In *Nucleo* etiam *I. P.* plures disputationes obuiæ sunt de talibus argumentis. Et si quis singulorum argumentorum scriptores exiguorumque librorum Auctores vellet colligere, Bibliothecam fere constituere posset.

CAPVT

Digitized by Google

# CAPVT XLVIII.

Cap. XLVIII. De Medicina.

## DE MEDICINA.

§. 1.

De MEDICINA videatur *Gerh. Io. Voſſius* de Philoſophia c. 8-14. vbi etiam nomina illuſtrium Medicorum veterum recenſentur.

§. 2.

In quibus incomparabiles ſunt GALENVS, omnis Philoſophiæ conſultiſſimus, variaque eruditione politiſſimus; & HIPPOCRATES. GALENVS. HIPPOCRATES.

„*Hippocrates*, Cous, dialecto Ionica „ſcripſit libros *de re Medica* præſtantiſſi„mos, tantamque doctrinæ auctorita„tem nactus eſt, vt princeps in eo genere „ab omnibus in hunc vſque diem celebre„tur. Opera eius partim valde in Lati„num ſermonem conuerſa, & animad„uerſionibus illuſtrata, nec fortaſſe ta„men ſatis exhauſta ſunt. Quædam & „falſo ei tribuuntur. Coniunctim edita „ſunt, & alias Græce tantum, vel Latine „tantum; & commodius Gr. & Lat. Ve„netiis 1588. cum notis *Hieronymi Mer„curialis*. Reproducta Geneuæ. *Comment. de ſcript. p. 6.*

„In M. Antonini Philoſophi, Com„modi, & ſic deinceps ad Seueri tempora „pertinet *Cl. Galenus*, Pergamenus, in-

Cap. XLVIII. De Medicina.

„ter maxima omnis memoriæ nomina me-
„rito celebrandus. Eſt hic theſaurus omnis
„eruditionis omniaque eius opuscula eru-
„ditione ſunt reſerta. Nec minor Philoſo-
„phus fuit, quam Medicus. Qui eum Me-
„dicis ſolum relinquunt, doctrinam eius
„ignorant. Præſtant editio Veneta & Ba-
„ſileenſis, quæ hodie conquiri ſolent ma-
„ximis impenſis, à Gallis præſertim, &
„eruditioribus Italis. *Sæcula. IV. p. 171. ſq.*

„*Galeni*, qui cum *Hippocrate* Medico-
„rum princeps celebratur, opera V. To-
„mis Græce Baſileæ ſunt edita 1538. Lati-
„ne Venetiis 1625. in VII. Claſſes diſtin-
„cta. Artis philoſophicæ & eruditionis iu-
„ra habere debent, etiam in rebus non
„medicis. Pædiæ cauſſa legatur *Elogi-*
„*um Galeni* a *Labbæo* concinnatum. *Com-*
*ment. de Script. p. 58.*

„NICANDRI, Medici & Poetæ,
„*Theriaca & Alexipharmaca* in ſæpius lau-
„data Stephanica editione & ad formæ
„magnitudinem, typorumque nitorem
„exacta comparent. *Theriaca* in Lati-
„num carmen redacta prodierunt Ant-
„werpiæ 1571. *Alexipharmaca Io. Gorræo*
„interprete Pariſ. 1549. *Ibid. p. 39.*

„Medici Græci, TRALLIANVS ARE-
„TAEVS Cappadox, Latini *Scribonius*
„*Largus*, *Cornelius Celſus*, continentur in
„opere *Henrici Stephani* 1567 cui titulus eſt:
*Medi-*

Digitized by Google

„*Medicæ artis Principes poſt Hippocratem* Cap. XLVIII.
„*& Galenum, 2. Volum. Ibid. p. 53.* • De Medici-
„ARETAEVM Græc. Lat. Augu- na.
„ſtæ edidit *Heniſchius* 1603. *Ibidem.*

„CASSII habentur *Problemata de* „*Animalibus Sæc. IV. p. 85.*

„Ex illuſtribus Medicis ſuperſunt „RVFI, Epheſii, qui Traiani & Hadriani temporibus vixit, Libri III. *de Appellationibus partium corporis humani*, quos „*Iunius Paulus Craſſus*, Patauinus Profeſſor, Latine reddidit. *Ibid. p. 171.*

„*Rufus*, Epheſius, inter Medicos „veteres a *Stephano* editus. *Comm. de Script. p. 57.*

„De SORANI, Epheſii, æqualis „horum temporum, opere *τῶν γυναικείων* „exiguum fragmentum ſupereſt. Scri„ptores *τῶν γυναικείων* collectim editi „ſunt & Baſileæ & Venetiis. *Sæcula IV. p. 571.*

„Medicos Sæculi IV. recenſuit *G. I.* „*Voſſius* de Philoſophia c. 12. §. 25. in qui„bus ORIBASIVS Pergamenſis, „AETIVS Amydenus, IVLIVS AV„SONIVS, VINDICIANVS, O„CTAVIVS HORATIANVS, „MARCELLVS BVRDEGALEN„SIS, excellunt. *Sæcula IV. p. 379.*

§. 3.

In Latinis CELSVM habemus & CELSVS.

Cap. XLVIII De Medicina.

SCRIBONIVM LARGVM, quem *Io. Rhodius* illuſtrauit.

SCRIBONIVS.

„*Cornelius Celſus*, ſcriptor Latiniſſimus, vt non tantum ICti, ſed & Medici „gloriari poſſent, ſe habere eiusmodi auctorem, qui puriſſime ſcripſerit. Pol„licetur eundem *Io. Rhodius*. Alias ſæpius editus eſt: celebres autem ſunt edi„tiones Pariſienſis & Veneta. *Sæcula IV. p. 86.*

„*Scribonius Largus*, Medicus eruditiſſimus; de quo bene meruit nupera editio „*Io. Rhodii*, Viri & amici noſtri magni, adiectis accuratiſſimis & doctiſſimis notis; „ſicut is eſt in Medicina, nec non in Philologia & omni literatura verſatiſſimus; „cui optamus, vt vitam producat ad alia „quoque edenda. *Ibid. p. 85. ſq.*

§. 4.

SERENVS SAMMONICVS nuperrime nouis curis *Keuchenii* eſt illuſtratus.

SERENVS SAMMONICVS.

„*Q. Sereni Sammonici* carmen ſupereſt „*de Medicina. Sæcula IV. p. 278.*

„Videtur & his temporibus (Sæc. II.) „tribuendus CAELIVS AVRELIA„NVS, cuius extant libri V. *tardarum* „*paſſionum*, ac tres *celerum morborum. Ibid. p. 171.*

„AVICENNA cum interpretibus, „Venetiis 1523. Tomis V. *Comment. de Script. p. 92.*

* * *

Google

# ANIMADVERSIONES
IN
IO. HENR. BOECLERI
# BIBLIOGRAPHIAM
CRITICAM
AB EDITORE ADIECTAE.

Digitized by Google

# ANIMADVERSIONES IN BIBLIOGRAPHIAM BOECLERIANAM.

Animaduerſiones ad c. 1.

## CAP. I.

### §. 3.

LOcus *Liuii*, ad quem prouocat auctor, p. 2. paulo aliter habet, hunc in modum: *Quin opificum quoque vulgus & ſellularii, minime militiæ idoneum genus, exciti dicuntur.*

## CAP. II.

### §. 4.

H*Ephæſtion* hic non Grammaticam, ſed p. 9. tantum Ἐγχειρίδιον περὶ μέτρων καὶ ποιημάτων ſcripſit, editum Venetiis 1526. itemque Pariſiis 1553, 4. cum Scholiis Græcis apud Adr. Turnebum. Eandem puto editionem eſſe, quæ in Bibliotheca Simlero-Friſiana *Guil. Morello* tribuitur. Latine edidit A. Boullet Pariſ. 1632, 8. Alia eiusdem *Hephæſtionis* opuſcula ſimilis fere argumenti recenſet *Suidas*.

Verba Noſtri de *Moſchopulo Bailletus* Iudiciorum T. III. n. 677. p. 129. de eius Lexico accepit, cum hic de opere Grammatico ſermo ſit. Ceterum quis fuerit ille *Chariſius*, expiſcari nondum potui; id enim noſtrum in MS. etiam corruptum erat.

*Theo-*

Animaduerſiones ad c. x.

*Theodorus Gaza* non potuit dici *ſuperiore ſæculo*, id eſt XVIto vixiſſe, cum iam an. 1478. ad plures abierit.

§. 5.

Scholia in *Apollonii* Argonautica ἀνωνύμως prodiiſſe Noſter ait, cum tamen in limine eorundem auctores diſerte prodantur *Theon, Sophocles*, & *Lucillius Tarrhæus*.

p. 10.

Tragicorum Scholia primus Venetiis ediditſſe *Paulus Stephanus* perperam dicitur, qui nunquam Venetiis, ſed Geneuæ officinam habuit. Edidit autem primus Venetiis ſola *AEſchyli* Scholia an. 1552, 8. *Franc. Robortellus* apud Gualterum Scotum: cuius induſtriam longe poſt ſe reliquit *Petrus Victorius* vulgatis iisdem Scholiis apud *Henr. Stephanum* an. 1557. 4. Poetas equidem Græcos a *Paulo Stephano* cum Scholiis Græcis forma 4. & absque iisdem forma 8. excuſos memorat *la Caille* in Hiſtoria Artis Typographicæ p. 182. quam tamen vtramque editionem ignorare ſe fatetur ingenue diligentiſſimus rerum etiam minutiſſimarum ad Stephanos pertinentium indagator *Mich. Maittaire* in Stephanorum Hiſtoria P. II. p. 537. Quam autem annotauit Cl. *Fabricius* editionem anni 1614. Geneuenſem, Bibl. Gr. L. II. c. 16. p. 588. num vna ex iſtis fuerit, difficile ſit coniicere, cum eam folii forma exiiſſe dicat V. Cl. neque vllam aut typographi, aut ſcholiorum mentionem addat. Edidit

Digitized by Google

didit autem Genevæ *P. Stephanus* Gr. L. cum Scholiis in 4. *Euripidem & Sophoclem*, illum 1602. hunc 1603. vtrumque inſpectum *Michaeli Maittaire*, (etſi hunc omiſerit Cl. *Fabricius* Bibl. Gr. L. II. c. 17. p. 605.) cum Scholia in *Euripidem* ab *Arſenio* collecta primum Venet. 1534. & emendatius Baſil. 1544. lucem aſpexiſſent; illa vero in *Sophoclem* Romæ 1518. & eodem anno Florentiæ. Animadverſiones ad c. 2.

Inedita in *AEſchylum* Scholia vnde allata fuerint in Sueciam, de eo non ſatis ſibi conſtat Noſter, ea nunc e Gallia, nunc ex Italia arceſſens. Cuſtodiuntur præterea in *Sophoclem* etiamnum Scholia nondum edita Ienæ, quorum editionem molitum eſſe V. Cl. *I. A. Boſium* teſtatur *Morhofius* Polyhiſt. Lit. I. I. c. 7. §. 44. p. m. 62. Ανεκδότοις in *Euripidem* ſcholiis vſus eſt beneficio *Galeſinii Caſaubonus*; & *Fuluius Vrſinus* Virgilii cum Græcis ſcriptoribus collati p. 336. fatetur eſſe penes ſe MSS. ſcholia perantiqua in *Euripidem*. De quibus theſauris reconditis beneuole me ſubmonuit pro ſingulari quo me complectitur amore Vir iuuenis eruditiſſimus & omnis literaturæ elegantioris, tum vero Græcæ in primis promus condus inſtructiſſimus *Georg. Fred. Thryllitius*, qui & ipſe complura in Oreſtem & Phœniſſas, aliqua etiam in Medeam habet inedita; quorum haud dubie copiam faciet eruditis in eruditiſſimo, quem dudum publico deſtinauit, de Scholiaſtis Græcorum Commentario,

Digitized by Google

Animaduer-siones ad c. 2. rio, opere diu ab harum literarum cultoribus desiderato.

*Pindari* Scholiastes nimium contemnitur
p. 11. a Nostro, in quo præter exscriptorem *Baillet-tum* (Iudicior. T. II. P. II. n 274. p. 13.) vix quenquam habet consentientem. Non sane Cl. *Fabricium* B. Gr. L. II. c. 15. §. 4. vbi nominatim hunc locum perstringit; neque etiam *Petrum Fabrum* Agonist. III, 9. cui eruditus præ ceteris Scholiastes vocatur.

## §. 8.

Plane ἄτοπα sunt & ἀσύσταλα, quæ hic de
p. 15. *Heinsio* traduntur, quem nemo vnquam plagii in *Nunnesium* insimulauit. Exagitatur vero a *Salmasio* in dicta præfatione propterea, quod *Franc. Nansii* in *Simplicium*, minime autem quod *Nunnesii* in *Phrynichum* annotata pro suis ediderit; sicuti obseruatum etiam V. Cl. *Io. Alb. Fabro* (vti tum quidem dici maluit) in Decade Decadum n. 24. Hoc nostri σφάλμα μνημονικὸν sine vlteriori, vt solet, examine repetiit *Adr. Bailletus* Iudiciorum de eruditis T. III. §. 669. p. 118. sq. castigatus ideo ab *AEgid. Menagio* Anti-Bailleti T. I. p. 173.

## §. 9.

*Suidam* nomina auctorum, ex quibus sua
p. 16. desumsit suppressisse absolute quidem dici non potest, cum in limine operis amplus eorum legatur catalogus ex quibus opus istud est constipatum: fatendum tamen est eum non

Digitized by Google

non vbique auctores quorum loca ſuis inſeruit, laudare, & Scholiaſtis in primis veteribus tam ſtrenue vſum eſſe, vt integras eorum enarrationes deſcriberet: quæ doctorum virorum eſt querela apud *Thomaſium* de Plagio §. 550. p. 245. & *Th. Crenium* de Fvribus librariis Diſſ. I. n. 102. p. 104. & Diſſ. II. §. 95. p. 67. Animadverſiones ad c. 2.

*Franciſco Porto*, Cretenſi, perperam tribuitur editio *Suidæ*, quam curaſſe *AEmilium*, Franciſci F. recte alibi agnoſcit Noſter. Notatum id etiam ante nos Viro Celeberr. *Io. Mollero* Homonymoſcopiæ c. 7. §. 102. p. 712. p. 17.

§. 10.

Quæ de Theſauro vtriusque Linguæ *Vulcanii* dicuntur, quomodo ſint capienda, ſatis explicantur adiectis verbis ex Diſſert. de Lexicis Græcis. p. 18.

§. 11.

*Henr. Stephani* Theſaurus in V. Tomos diuiditur, etſi communiter IV. Voluminibus includatur. Ceterum non id voluit auctor, cum diceret, *poſtea* placuiſſe multis *Rob. Conſtantini* Lexicon, quaſi huius editio ſecuta demum fuerit opus Stephanicum, cum conſtet, illud an. 1562. hoc 1572. prodiiſſe: ſed poſt editum etiam Theſaurum, Lexicon illud in pretio fuiſſe. p. 19.

§. 13.

*Democrates* & *Demophilus* referendi ſunt infra ad Scriptores Ethicos & hic tantum ob ſchedularum confuſionem locum inuenerunt p. 21.

§. 14.

Digitized by Google

Animaduerſiones ad c. 2.

§. 14.

p. 22. Veterum Grammaticorum collectionem Gothofredianam Putſchiana poſteriorem in lucem prodiiſſe falſo aſſeritur, cum illa Geneuæ primum an. 1602, hæc Hanouiæ 1605. ſit excuſa. Sed repetita eſt, quod Noſtrum forte fefellit, editio *Dionyſii Gothofredi* Geneuæ 1622. priori quidem aliqua ex parte auctior, cui tamen longe cedit typi nitore.

§. 15.

p. 23. *Martianus Capella* male recentioribus cenſetur annumerandus, cum circa tempora Leonis Thracis Imp. i. e. Sæculo V. ſcripſerit.

§. 16.

Quid velit ſibi Auctor noſter, cum *Sanctii* Mineruam a *Scioppio* ſuppreſſam eſſe ait, ſane non capio; librum enim iſtum ab ipſo *Scioppio* cum obſeruationibus editum eſſe ſatis conſtat. Mitigare proinde conatus eſt aſſertum noſtri auctoris *Bailletus* Iudiciorum T. III. n. 665. p. 107. ſuppreſſionem libri in animo ſaltim habuiſſe *Scioppium* affirmans, quo nempe tutius eum exſcriberet. Sed & hoc gratis dici patet ex præfatione Grammaticæ Philoſophicæ (quo præſertim libello ſcrinia *Sanctii* expilaſſe nonnullis creditur) vbi Sanctianas Inſtitutiones ſua potiſſimum opera eruditis Romæ innotuiſſe præ ſe fert & gloriatur. Et qui potuiſſet in mentem venire huius facinoris *Scioppio*, cum

cum Minerva ista iam an. 1587. *Scioppio* vix-dum XI. annos nato Salmanticæ in publicum emissa e manibus hominum eruditorum extorqueri omnino non potuerit? His tamen nihil obstantibus, verbis nostri nimium credulus *Th. Crenius*, *Scioppium* plagiariorum catalogo inserere non dubitauit diss. I. de Furibus librariis n. 94. p. 100. Animaduersiones ad c. 2.

§. 19.

De *Vulcanii* Opere monui supra ad §. 10. p. 26.

## CAP. III.

§. 3.

*Syriani, Sopatri,* & *Marcellini* Commentarii in *Hermogenem*, sicut &, quæ adduntur, reliquorum fragmenta, scripta sunt tantum in Τέχνην περὶ στάσεων s. Artem rhetoricam de statibus controuersiarum formandis: *Sturmius* autem libros IV. περὶ εὑρέσεων s. de inuentione oratoria latine vertit & prælectionibus illustrauit; quæ deinde discipulus eius *Io. Cocinus* Pesecensis Bohemus Argent. 1570, 8. III. Vol. edidit, cum editio Parisiensis 1530, 4 solam Artem rhetoricam Græce sine commentariis exhibeat. *Franciscus Portus*, qui etiam nostro laudatur, omnia coniunxit, quamuis itidem absque versione & commentariis, Geneu. 1569, 8. ap. Io. Crispinum, cum *Aphthonio* & *Longino*. Ceterum quis sit *Gratianus* ille, qui copiam *Hermogenis* sæpe commendat, fateor me nescire. p. 35.

*Andream Dudithium*, Episcopum Quin-

Animaduersiones ad c. 3.

que-Eccleſienſem celeberrimum triumque Imperatorum Conſiliarium, Noſter ſemel iterumque Anglum vocat, cum ſatis conſtet, eum Budæ in Hungaria, aut prope Budam eſſe natum.

§. 4.

P. 37. ſeq.

Quam iterum iterumque laudat Noſter editio *Longini* Commeliniana, ea omnibus, quos vidi, auctoribus eſt ignota; pro qua voluit fortaſſe Tornæſianum laudare officinam, ex qua primum *Longinus* Gr. & Lat. prodiit 1612, 8. Neque vllibi memoratum legi, *Criſpinum* aliquem Notas in libellum *Longini* ſcripſiſſe; bene tamen memini, editum eum eſſe a Io. Criſpino, erudito apud Geneuenſes typographo an. 1569. cum *Franc. Porti* curis. Ceterum neſcio an ſatis mentem Noſtri exhauriant, quæ hinc inter Eruditorum iudicia de claris Rhetoribus retulit *Balth. Gibertus* T. I. p. 228. cum ait, auctorem noſtrum æquiparare *Longinum Dionyſio Halicarnaſſeo*; quandoquidem hic vterque omnibus etiam reliquis eiusdem argumenti ſcriptoribus præfertur.

P. 38.

Zenobiam *Longini* vſam eſſe in Græcis inſtitutione ex *vita eius*, qua locutione ambigua vtitur Noſter, oſtendi nequit. *Longini* enim vita a nemine veterum eſt deſcripta; *Vopiſcus* autem huius rei in vita Zenobiæ non meminit, ſed in Aureliano c. 30.

§. 5.

P. 39.

Credidit noſter, ſub *Demetrii Phalerei* nomi-

Digitized by Google

nomine, præter libellum περὶ ἑρμηνείας (quod quidam *de Interpretatione*, alii *de Elocutione*, vertunt) alia quoque extare opuscula Rhetorica. Eundem errauit errorem Cel. *Morhofius* Polyhist. Lit. L. VI. c. 1. p. m. 943. qui titulos quoque addit, *præcepta* nempe, *de membris & incisis: de periodo eiusque partibus: de componendis epistolis*; & *de characteribus dicendi*; quæ ex interpretatione *M. Ant. Antimachi* Basil. ap. Rob. Winter prodierint. Miratur hoc factum *Balth. Gibertus*, de quo modo diximus, T. I. p. 265. cum hæc eadem contineantur in libello de elocutione, neque aliud quid sub huius *Demetrii* nomine extet; adductisque *Morhofii* verbis, inde firmiter probari posse contendit, eum, cum vidisse se hanc versionem affirmet, nunquam ipsum *Demetrii* textum Græcum legisse. Quod iniquum sane est de viro eruditissimo iudicium, qui nuspiam se hanc versionem vidisse, sed tantum, extare eandem, dixit. Imposuit autem Nostro pariter, si quid iudico, atque *Morhofio*, *Gesnerus*, qui totidem verbis hanc versionem, tanquam distinctum a libello de elocutione opus, recenset; quam tamen excerpta tantum ex libello modo laudato continere, cum præceptis *Dionysii Halicarnassei* de oratione panegyrica, nuptiali &c. edita, testatur Cl. *Fabricius* Bibl. Gr. L. IV. P. II. c. 31. p. 426. Apophthegmata autem, quæ in Bibliotheca Regis Christianissimi extare perhibet, nostroque *Demetrio* tribuit *Gesne-*

Animaduersiones ad c. 3.



Digitized by Google

Animaduer-siones ad c.3.

*rus*, ad *Demetrium* potius *Halicarnaſſeum* referenda eſſe exiſtimauerim, quem *Zenobius* VI, 22. laudat: quamquam eius codicis apud alios, quod ſciam, non fiat mentio.

Quod primus libellum *περὶ ἑρμηνείας* ediderit *Victorius* Florent. ap. Iuntas 1552, 8. (non 1554.) repetitum cum eiusdem Comment. & Verſione ibidem 1562, *f.* nimis facile credidit Noſter *Caſelio:* extat enim idem libellus etiam inter Rhetores Græcos ab Aldo 1508, fol. editos. Recte autem neque primus in Germania editor fuiſſe *Caſelius* oſtenditur: prodierat enim iam antea Græce Argent. 1556, 8. & ex verſione, quam ſupra memoraui, *M. Ant. Antimachi*, Baſil. 1540, 4. ſiue is potius excerpta dedit, quam verſionem; & ibidem 1557, 8. Gr. & Lat. cum verſione & Notis *Stanisl. Ilouii*, qui & *Dionyſii Halicarn.* Opuſcula adiecta tranſtulit.

## §. 6.

*Theon*, Sophiſta, non Venetiis, ſed Romæ eſt editus in 4. Baſileenſis autem editio a
p. 40. *Camerario* 1541. curata non mere Græca eſt, ſed Latinam *Camerarii* verſionem in calce habet adiectam; quam *Dan. Heinſius* denuo recenſitam in editione ſua Lugd. Batau. 1626, 8. ex aduerſo Græci textus collocari iuſſit.

*Apſines* non habetur in Excerptis Sophiſtarum & Rhetorum ab *Allatio* Romæ 1641, 8. editis, quamuis & *Hendreichius* ab *Allatio* euulgatum eſſe affirmet: extat vero ab *Aldo*

(non

(non *Aldis*) inter Rhetores minores exculus Venet. 1508. f. Animaduersiones ad c. 3.

*Athanasium* Rhetorem Philosophis potius inferere debui, & quidem recentioribus, vt qui vixisse eodem tempore, quo liber eius prodiit, id est anno 1641. ostenditur Viro Cl. *I. A. Fabricio* Bibl. Gr. L. IV. c. 28. p. 293.

*Sopater*, cuius habemus *διαιρέσης ζητημάτων*, & Commentarium in *Hermogenem*, vtrumque opus ab *Aldo* editum, non creditur idem esse Cl. *Fabricio* (Bibl. Gr. L. IV. c. 31. p. 457) quem Constantinus M. occidit, sed alius Sophista ducentis annis iunior. Syrum autem fuisse nusquam reperio; quare de *Cyro* Sophista sermonem ibi Nostro esse vix dubito, quem itidem *Aldus* edidit. A *Stephanis* autem neutrum ex his editum esse plane persuasum habeo, etsi ab *Almeloueenio* p. 45. *Henrico Stephano*, Rob. F. tribuatur Collectio aliqua Rhetorum Græcorum an. 1575, f. excusa; eam enim inter fictitias refert *Mich. Maittaire* p. 123. et ex collectione Oratorum Græcorum eodem anno impressa exsculptam existimat.

§. 7.

*Matth. Camerites* rectius ab aliis *Camariota* vocatur, habeturque editus per *Hæschelium* Aug. Vindel. 1595, 4.

§. 8.

Fallitur auctor cum *Boethii* in Topica Ciceronis libros VI. Græce conuersos dicit; metaphrasis enim, aut potius scholia in *Boethium* p. 41.

Animaduer-
siones ad c.3.

Græca, Aug. Vindel. 1604. 8. a *Io. Wegelino* edita, non in hunc librum, sed in libros III. priores *Boethii* de differentiis Topicis scripta sunt.

§. 9.

Editio Pareana *Quintiliani* confundi videtur cum Pithœana. *Petr. Pithœus* enim
p. 42. 44. primus edidit Declamationes IX. breuiores, quæ ad id tempus in MSS. latuerant, Paris. 1580, 8. & Heidelb. 1594, 8. adiectis *Calpurnii Flacci* excerptis minorum Rhetorum; etsi
p. 73. idem mendum infra etiam repetitum legatur.

§ 10.

Inter Rhetores Latinos perperam refertur
p. 46. *Terentianus Maurus*, qui Grammaticus est; pro quo *Fortunatianum* forte laudauit Auctor, eique comitem dedit *Marium Victorinum*. Collegit autem hos Rhetores non *Petrus Pithœus*, qui iam an. 1596. obierat, sed frater eius *Franc. Pithœus*, ediditque Paris. 1599, 4. Editionem vero eorundem Geneuensem prorsus ignoro, pro qua rectius in locis adiectis nominatur Basileensis, quæ apud Frobenium 1521, 4. prodiit.

§. 15.

p. 49. *Demosthenem* Geneuæ 1704. editum esse, in postrema demum editione libelli de Scriptoribus Græcis & Latinis adiectum est; pro quo antea legebatur: *Francof.* 1604, *quæ editio optima est.* Mutationi forte ansam dedit, quod in quibusdam eiusdem editionis exempla-

emplaribus legatur: *Coloniæ Allobrogum* 1607. vbi typographus, cum vltimam deberet, facile ſecundam potuit permutare cifram, editorque, pro minus noto, notius ſubſtituere vrbis nomen. Animaduerſiones ad c. 3.

§. 14.

*Iſocratis* editionem apud Paulum Stephanum Geneuæ excuſam non vidiſſe ſe fatetur V. Cl. *I. A. Fabricius* Bibl. Gr. L. II. c. 26. p. 857. Vidit tamen *Mich. Maittaire*, vt patet ex Hiſtoria Stephanorum T. II. p. 62. vbi editionem ſecundam vocat; ex Geneuenſibus credo, vbi pater eius *Henr. Stephanus* eundem auctorem ediderat 1593, f. Diatribas autem *H. Stephani* in poſteriori editione omiſſas eſſe teſtatur idem l. c. T. I. P. II. p. 532. p. 51.

§. 15.

Oratores hic laudati minores non omnes edidit *Gruterus*, ſed volumen tantum poſterius, vt recte in loco ſtatim ſubiecto tradit auctor ipſe. Prodiit autem volumen vtrumque Hanou. 1619, 8. non 1615, vt male excuſum in Bibl. Gr. Cl. *Fabricii* L. II. c. 26. p. 879. neque (quod additur ibidem) *Hieronymi Wolfii* eſt interpretatio Orationis primæ *Dinarchi*, ſed *Guil. Canteri*, reliquorum vero *Balduini Iſchani*, non *Iſchami*. p. 52.

§. 17.

*Ariſtidis* editionem neque Francofurtenſem Wechelii, neque Pariſienſem *Petauii* vſpiam relatam inuenio. Cl. *Fabricius* etiam Bibl. Gr. L. IV. P. II. c. 30 p. 392 nonniſi p. 53.

Animaduerſiones ad c.3.

Florentinam luntæ 1517, Baſileenſem *Canteri* 1566, & eiusdem, quæ ap. Paul. Stephanum exiit, ἔκδοσιν memorat. Sed hæc poſtrema non 1608, vt ibidem poſt *Halleruordium* aſſeritur, neque Pariſiis prodiit, vt *Beemannus* & *Hydius* in Catalogis ſcribunt; cum ſatis conſtet, Paul. Stephanum Geneuæ Officinam aluiſſe, vbi ea 1604, 8. prodiit, vt *Maittaire* & alii conſtanter affirmant. Addit idem *Maittaire* etiam aliam P. Stephani anni 1611, quamuis aliena fide.

§. 18.

*Themiſtii* in *Ariſtotelem* Commentaria Venetiis quidem 1534, f. ſed non ab *Aldo* ſunt edita, qui rebus humanis dudum valedixerat. Orationes autem eius IIX Latine edidit *Hier. Donzellinus* Baſil. 1559, 8. XIV Græce *H. Stephanus* 1562, 8. XVI *Petauius* cum ſua verſione & notis Flexiæ 1613, 4. quas deinde repetiit Gr. & Lat. *P. Pantinus* Lugd. Bat. 1614, 8. cum ſuis notis. XX idem *Dionyſ. Petauius* cum verſione & notis Pariſ. 1618, 4. qui, cum poſtea plures conquiſiuiſſet & Latine conuertiſſet, dedit anſam *Io. Harduino* euulgandi Orationes *Themiſtii* XXXIII. cum ſua vnius orat. verſione & vberioribus *Petauii*, ſuisque notis Pariſ. 1684, f. *Georgius Remus* vero, I. V. D. & Prof. Altorfinus, Reipublicæque Norimb. Conſiliarius, eiusdem λόγες βασιλικὲς ſex (non quinque tantum) emiſit Ambergæ 1605, 4.

p. 55.

§. 16.

§. 19.

Animaduer-
siones ad c.3.
p. 58.

*Iuliani* Opera non Græce ſolum, ſed adiecta verſione Latina, edidit *Car. Cantoclarus* Pariſ. 1583, 8. Neque ſolus ipſe omnia vertit, cum Miſopogon & Epiſtolæ *Petro Martinio*, Hymnus in Solem *Theod. Marcilio*, & Cæſares tantum induſtriæ *Cantoclari* debeantur. Ceterum longe auctiora dedit & denuo vertit, notisque inſtruxit *Dion. Petauius* Pariſ. 1630, 4. cuius etiam diligentiam ſuperauit Ill. *Spanhemius* pleniſſima editione Lipſienſi an. 1696, f. cui Tomus alter Obſeruationum Cel. Editoris accedere debuit; cum eius tamen morte ſpes iſta decollauit.

§. 21.

p. 60.

*Dio Chryſoſtomus* non editus eſt ab *Iſ. Caſaubono*, neque verſione aut notis ab eodem illuſtratus; acceſſit tantum eius *Diatriba* editioni a *Fed. Morello* cum MSS. collatæ & adiecta *Th. Naogeorgi* verſione in lucem datæ Pariſ. 1604, f. præter quam, ibidem 1623, f. repetitam, non extare editionem Pariſienſem aliam, certum eſt.

§. 22.

p. 61.

*Polemonis* Declamationes binas (nam plures non ſuperſunt) ante *Stephanum* ab *Aldo* editas eſſe Noſter tradit, quod vereor vt ad liquidum demonſtrari queat. Saue inter Rhetores ab *Aldo* editos nihil tale comparet. Binas autem iſtas Declamationes poſt *Stephanum* Gr. & Lat. euulgauit *Pet. Poſſinus* Toloſæ 1636, 8.



Digitized by Google

Animaduerſiones ad c. 3.

§. 25.

p. 71. Panegyricos XII. veterum nunquam edidit *Rigaltius*, tantum abeſt, vt primus eorum editor dici queat ; etſi id quoque aſſerat Noſter in Comment. de Script. Græc. & Lat. p. 72. his verbis ; „ *Nazarii* Panegyricus in„ter XII. Panegyriſtas ſæpius editus, a *Rigal„tio* & *Grutero*. *Eumenii* Orationes in iis„dem, vt & *Mamertinus*. Primus autem eosdem emiſit *B. Rhenanus* Baſil. 1520, 8. & poſt eum *Paulus Nauius* Venet. 1576, 8. *H. Stephanus* 1581, 12. & 1591, 12. cum Plinii epiſtolis; tum *P. Stephanus* 1599, 12. 1600, 4. 1605, 12. & 1611, 12. cum iisdem, & *Ianus Gruterus* Frf. 1607, 12. Pariſienſis autem editio, quæ Noſtro non probatur, neſcio an ſit eadem, quæ cum Notis variorum ibidem 1643, 12. II. Vol. prodiit.

§. 26.

p. 74. *Senecam* Rhetorem non memini me legere editum Pariſ. 1613. bene tamen 1619, f. cum variorum commentariis. *Gronouii* autem in *Senecam* curæ Lugd. B. 1649. & Amſt. 1658, 12. prodiere. *Schotti* Notas & Pariſina 1602. f. & Commeliniana 1604, f. habet, ſi *Nic. Antonio* fides Bibl. Hiſpan. Vet. T. I. p. 33. §. 152.

§. 27.

p. 78. Poſt *Aldum*, cuius collectio *Epiſtolarum diuerſorum Philoſophorum, Oratorum, Rhetorum &c.* Romæ 1499, 4. Græce prodiit, *Henr. Stephanus* etiam Epiſtolas Græcas, ſed pau-

paucas tantum & ſelectas edidit in Syntagmate *Epiſtoliorum, Dialogorum, Oratiunculaꝝrum, & Poematiorum ex variis vtriusque linguæ ſcriptoribus*, Pariſ. 1577,8. *Cuiacio* autem tribuitur vulgo earundem, quas *Aldus* ediderat, epiſtolarum verſio Latina, quæ cum iis prodiit ex Biblioth. Pithœana Geneu. 1606, f. quod editor *Pyrrhus Caldoræus*, in præfat. id fide amicorum, qui manum ſcripturamque *Cuiacii* probe norant, affirmat. Siue tamen hos fefellerit ſcripturæ ſimilitudo, ſiue aliorum interpretationes *Cuiacius* collegerit ſuaque manu deſcripſerit, verſionem ſaltem *Cuiacio* indignam, adeoque ab eo minime profectam eſſe, cenſuit *Barthius* Aduerſ. L. XL. c. 19. & poſt eum *I. F. Gronouius* in Elencho Antidiatribes Mercurii Frondatoris ad Statii Siluas p. 99. Ab ipſo autem *Cuiacio* editas eſſe has epiſtolas, quæ triginta amplius poſt mortem eius annis exierunt, nemo hactenus, quod ſciam, auſus eſt aſſerere.

Animaduerſiones adc. 3

*Iſidori Peluſiotæ* Epiſtolas primus cum verſione ſua edidit *Iac. Billius* Pariſ. 1585, f. quibus in ſua edit. Heidelb. 1605, f. librum quartum cum verſione, ſuasque notas adiunxit *Conr. Rittershuſius*. Quintum epiſtolas 570. complexum ſeorſum euulgauit Græce *Andr. Schottus*, Antvv. 1623. Latine Rom. 1624. Gr. & Lat. Frf. 1629, f. Pariſienſis editio, Noſtro laudata, exiit an. 1638, f.

§. 30.

*Mureti* editio Epiſtolarum *Symmachi* laudatur p. 16.

Digitized by Google

Animaduersiones ad c.3.

datur in Sæculis IV. l. c. quod cum veritati non ſit conſentaneum, editorum id tribuendum putaui negligentiæ, nomenque *Franc. Iureti* ſubſtitui, cuius notæ habentur in editione Pariſina 1584, 8 & auctiores ib. 1604, 4. Ceterum primum Epiſtolæ *Symmachi*, vt obiter id moneam, prodierunt Argentorati 1510, 4. Id quod meo, credo, indicio retulit in Supplementis Bibliothecæ ſuæ Latinæ V. Cl. *I. A. Fabricius:* nam eodem loco corrigere omiſit, quod de prima hac editione, oculis nimium fidens alienis, aſſeruerat Vir doctus, nempe auctorem epiſtolarum ibi *non leui errore cum Symmacho Boethii ſocero confundi.* Quamuis enim in Bibliotheca Geſneriana, per *Simlerum* & *Friſium* aucta, legatur, eum, *qui primus epiſtolas has Argentinæ edidit, in eo aberraſſe, quod eundem* (cum Symmacho Boethii ſocero) *eſſe ſcripſerit*; en tamen ipſa primi editoris ex præfatione verba: *Qui* (libellus epiſtolarum) *cum vulgo ad alium auctorem*, Boëcii *ſocerum transferretur, - - - - - non ferendam exiſtimaui procacem illorum ignorantiam, ſed liberali iudicio prolem parenti ſuam reſtituens oſtendi, quam vana ſit eorum commentatio. - - - Neque enim* Symmachus *ille*, Boecii *ſocer, qui anno Dni 521. a Theodorico occiſus eſt, vllam Valentiniano epiſtolam, niſi vel in cunis ſcripſiſſe potuit.* Liberandus itaque ab hac culpa editor, ſiue alius is ſit, ſiue idem, cuius impenſis Epiſtolæ *Symmachi* ab interitu ſunt liberatæ *Georgius*

*Maxil-*

Digitized by Google

*Maxillus* alias *Vbelin*, I. V. D. & epiſcopalis curiæ Argentinenſis Signator.

Animaduerſiones ad c. 4.

## CAP. IV.

### §. 6.

P. 94. ORpheus, quantum ſcio, non editus eſt a *Vulcanio*, qui *Callimachi* tantum, *Moſchi* & *Bionis* emiſit Idyllia ex officina Plantin. Antvv. 1584, 12. *Callimachum* autem ante *Homerum* vixiſſe, nemo vnquam adſtruere eſt auſus: licet enim de tempore, quo vixit *Homerus*, non conueniat inter auctores, id tamen fatentur omnes, eum quingentis, aut quadringentis minimum annis *Callimachum* ætate anteceſſiſſe. Maluiſſem equidem *Linum* hic ſubſtituerere, & grauem iſtam, hallucinationem tribuere ſcriptori, qui mentem Noſtri non ſit aſſecutus, cum is in Comment. de Scriptoribus Græcis & Latinis longe aliter de ætate *Callimachi* ſtatuat, eumque Homero ſeptingentis annis iuniorem faciat; niſi obſtarent, quæ ſtatim ſequuntur de editione *Vulcanii*, quæ contra fidem prioris editionis non fuerunt mutanda. Ceterum neſcio vbi laudarit Noſter editionem *Callimachi* Baſileenſem anni 1556; quod Cl. *Fabricius* tradit, loco enim a me adiecto memoratur annus 1557. quem non dubito Noſtrum ex *Boldhuano* hauſiſſe.

*Muſæi* editio Barthiana prodiit Ambergæ 1608, 8. cum eius verſione & notis. Poema

eius

Animaduer-siones ad c.4

eius de Hero & Leandro, vt id in tranſcurſu moneam, præter *Scaligerum* Poet. L. V. p. 494. antiquum etiam credidit *Hier. Magius* Var. Lect. I. 8. contra ſentientibus, cum innumeris aliis, *Burtono* Hiſt. Gr. Linguæ p. 6. & *Fulu. Vrſino* Virgilii cum Græcis ſcriptoribus collati p. 101.

§. 7.

p. 96.

Scholia in *Homerum*, quæ ſub *Didymi* nomine ambulant, minus emendate & valde interpolata ſunt edita a *Schreuelio* Lugd. Bat. & Amſt. 1656, 4. vt oſtenſum Cantabrigienſibus in editione Iliadis optima 1689, 4. Editionem vero eorundem ſcholiorum primam Venet. 1521, 8. debere nos *Aldo* Romano, quod aſſerit Cl. *Fabricius* Bibl. Gr. L. II. c. 3. p. 288. ægre mihi perſuadeo, cum eundem an. 1516. obiiſſe ipſe fateatur Vir doctiſſimus Bibl. Lat. L. IV. c. 14. p. 889.

Scholiorum *Euſtathii* editio Veneta ſine dubio fictitia eſt, non exſtat enim eorundem ἔκδοσις præter Romanam V. Tomis an. 1542-1550, f. & Baſileenſem Frobenianam 1560, f. 12. Vol. Latine etiam conuerſa dicuntur per *Vincentium Marinerum* a *Nic. Antonio* in Bibl. Hiſpan. itemque per *Octauium Ferrarium* a nupero Operum eius editore Cl. *Io. Fabricio* T. II. in fine, inter affecta *Ferrarii*. Sed nihil horum hactenus editum eſt. Sperare tamen nos iubet verſionem Latinam *Caperonierius*, Theologus Gallus, in ſua *Euſtathii* editione ad Codices Regios emendanda

&

Digitized by Google

& obſeruationibus illuſtranda, de qua egi in Relationibus vernaculis de libris nouis P. III. p. 328. ſeq. Codicem autem Commentariorum *Euſtathii* in Odyſſeam ipſius auctoris manu ſcriptum cuſtodiri Venetiis in Bibliotheca D. Marci tradit *Lomeierus* de Bibliothecis c. 10. p.m. 190. teſtes tamen minus probatæfidei *Bolduanum* & *Draudium* laudans; ſed ego neque in *Draudii* Bibliotheca Claſſica aliquid eius generis inuenio, & *Tomaſini* librum de Bibliothecis Venetis MStis, cui tutius creditur, non habeo ad manus. Video autem in Cl. *Fabricii* Bibl. Gr. L. II. c. 3. §. 13. laudari ab eo p. 39. Iliadem cum ſcholiis Græcis ibidem aſſeruatam, qui codex forte errori anſam præbuiſſe potuit. Denique iuuabit & hoc addere, ſcholia illa vetuſta quantiuis pretii, quorum ſpecimen a *Io. Caſelio* ex Codice *P. Victorii* Florentiæ exſcriptum & a *Conr. Horneio* Helmſt. 1620, 8. editum ingens totius operis deſiderium apud viros doctos excitauit, integra quoad XVI. priores Iliadis libros ſeruari in Codice Bibliothecæ noſtræ Paulinæ, vti vtrumque librum inter ſe contendentibus patet. Animaduerſiones ad c. 4

## §. 9.

*Apollonio* verſionem Latinam non adiecit *H. Stephanus*, vt recte monitum in loco mox ſubiuncto. p. 102.

## §. 10.

*Apollinarium* neque a *Rob. Stephano*, neque Francofurti editum eſſe inuenio; editio autem p. 105.

Digitized by Google

Animaduersiones ad c. 4.

autem Parisiensis Græca 1552, 8. ap. Adr. Turnebum prodiit; Græco-Latina cum versione *Frid. Sylburgii* Heidelb. ap. Commelin. 1596.

*Constantinus Manasses*, qui Synopsin historicam versibus politicis concinnauit, vix ante annos 500. non 700, vixerat, cum auctor noster hæc scriberet. Rectius ætatem eius definit Noster in Comment. de Scriptoribus; qui locus relatus a me est infra in Historiæ vniuersalis scriptoribus Græcis.

*Ge. Pisidæ* Hexæmeron Basileæ editum videre me non memini. Edidit autem *Fed. Morellus* e bibliotheca Io. Sanctandreani Canonici Parisiensis Gr. & Lat. 1584. Commelinus item 1596, 8. ne de Bibliothecis Patrum, quibus plerisque insertum est, dicam.

In *Nonni* Dionysiaca edidit animaduersiones *Cunæus* Lugd. Bat. 1610, 8. ap. Elzeuir. quæ adiunctæ deinde sunt editioni Hanouiensi eod. anno: in qua comparent etiam, si *Hallervordio* fides, *Ger. Falckenburgii* coniecturæ & Var. Lect. antea cum textu Græco e bibl. Io. Sambuci producto ed. Antw. 1569, 4. & *Eilh. Lubini* versio Hanou. 1605, 4. cum auctore vulgata, item *Dan. Heinsii* dissertatio de hoc opere. Paraphrasis autem in Iohannem, nunquam a *Cunæo* edita, prodiit Græce Venet. ap. Aldum 1501. Hagenoæ 1527. Frf. 1541, 8. Gr. & Lat. per *Christoph. Hegendorphinum* Paris. 1542. per *Martin. Iuuenem* ibid. 1556. & Colon. 1588. Cum Versione & Notis

Io.

*Io. Bordati* ibid. 1561. & Colon. 1566. Cum Interpretat. *Erharti Hedeneccii* Basil. 1577. & 1598, 8. cum *Fr. Nansii* Notis Lugd. Bat. ap. Raphelenq. 1589,8 qui & Curas secundas in Nonnum ib. 1593, 8. addidit, quæ non facile reperiuntur. Cum *Fr. Sylburgii* Notis Heidelb. 1598, 8. Lipſ. 1618, 8. 1629, 8. Emendata, ſuppleta, ac Notis inſtructa a *Nic. Abramio* S. I. Pariſ. 1623, 8. Cum Ariſtarcho *Dan. Heinſii* Lugd. Bat. 1627, 8. & in Bibliothecis Patrum Pariſienſi & Colonienſi. Animaduerſiones ad c. 4

*Phile* neutiquam fœmina fuit, quod vel prænomen eius *Emanuel* oſtendit: neque Iambos eius edidit *Camerarius*, ſed ex illius an. 1574. defuncti ſchedis *Ge. Berſmannus* typo ſplendido apud Erneſt. Vœgelinum Lipſ. 1575, 4. quæ editio repetita Heidelb. 1596, 8.

## §. 12.

*AEſchylum* non edidit *Rob.* ſed *Henr. Stephanus* cum ſuis *Victoriique* curis, Græcisque ſcholiis 1557, 4. Geneuenſem illam puto indigitari, qua Tragicos, Comicos, Lyricos, Epigrammatariosque Græcos coniunxit *Iac. Lectius* 1614. f. Lugdunenſem autem video a nemine laudari. p. 109.

*Euſtathius* Scholiaſten *AEſchyli* in Commentariis ſuis in *Homerum* non commemorat, vt vel ex Indice Auctorum *Euſtathio* laudatorum, quem Cl. *Fabricius* ſuppeditauit, diſci poteſt: prouocat is tamen ad *Sophoclis* p. 110.



Digitized by Google

Animaduersiones ad c. 4

ὑπομνηματίσας, quod forte in errorem induxit Noſtrum.

*Brodæus Ariſtophanem* non emiſit, quare credo *Odoardum Biſetum* forte in animo habuiſſe Noſtrum, cuius induſtriæ debemus Scholia in vniuerſas, quæ extant, Comici Fabulas, vulgata in edit. Geneuenſi 1607, fol. *Nicodemus* autem *Friſchlinus* Gr. & Lat. edidit quinque tantum *Ariſtopharis* Comœdias Francof. 1586, 1597. & 1628, 8.

§. 15.

p. 112. De Scholiaſte *Pindari* aliis non idem videri quod Noſtro, notaui ſupra ad c. 2. §. 5.

§. 17.

p. 115. Quod *Stobæum* ediderit *Henr. Stephanus*, valde equidem dubito, cum nullibi eius rei mentio iniiciatur in Stephanorum vitis.

§. 19.

p. 117. De *Plauto* qua nam re bene meruerit *Ianus Lernutius*, fateor ignorare.

§. 20

p. 120. De ſuo *Terentio Bæclerus* ipſe ſcribit in Epiſt. Dedic. Comment. in Tacitum præmiſſa: *Si famæ voluiſſem velificari, non alia ſcribendi conſuetudine vſus eſſem hactenus, quam cuius in Terentium ſpecimen molitus ſum: Viris ſine controuerſia eruditis nulloque liuore abreptis ex vario terrarum cardine, ſi hoc modeſtia non inuita fateri licet, vltro applaudentibus.*

§. 21

Digitized by Google

§. 21.

Animaduersiones adc. 4. p. 121.

Nihil hucusque in *Phædrum*, neque a *Dousa*, neque a *Scriuerii* manu, vidi.

§. 24.

Quæ de Fastis Ouidianis Parisiis cum notis variorum editis dicuntur, vereor vt idoneo aliquo teste probari queant. Ceterum possem hic de aliis Poetæ editionibus vulgo non cognitis dicere, de quibus, vt & de reliquorum auctorum Latinorum plerorumque, antiquissimis præsertim, obseruata non pauca habeo; sed neque id huius loci, neque mei nunc otii est. Id vnum hic commemorare liceat, editionem Romanam anni 1471, f. quam primam ego credo, statim repetitam esse Augustæ per Gunnerum Zainer ex Reutlingen progenitum (vt additur ibidem) anno eodem 1471, fol. & in hac quidem omnia *Ouidii* pœmata haberi. Vidi etiam Vicentinam anni 1480, f. cui ad calcem hæc verba literis quadratis sunt adiecta: *Barnabas Celsanus, Vicentinus. Habes humanissime lector, Opera P. Ouidii a nobis, quam accuratissime potuimus, emendata, nec minus diligenter ab Hermanno Leuilapide Vicentiæ impressa M. CCCC LXXX. pridie Idus Aug. feliciter.* Plures alias sub tempora nascentis typographiæ impressas lubens prætereo. p. 124.

§. 27.

*Val. Flacci* editiones, tum eam, quæ *Vulcanii*, tum quæ *H. Stephani* cura prodi- p. 131.



Digitized by G

Animaduer-siones ad c. 4.

iſſe dicitur, fictitias pronunciare non dubito.

*Silium Italicum* a *Modio*, *Douſaque* editum eſſe valde dubito, quamuis non ignorem, quæ in hunc poetam ſcripſit *Modius* in Lectionibus ſuis nouantiquis. Pro *Douſa* autem ſubſtituendum puto *Claud. Dauſquium*, cuius editio Pariſ. 1618, 4. emiſſa hactenus eſt optima, quamuis multa etiam in ea deſideret *Caſp. Barthius* Aduerſ. MS. L. CLXIX. c. 17. De patria *Silii* erudite inquirit *Nic. Antonius* Bibl. Hiſp. Vet. T. I. L. I. c. 18. reinque tandem liquido determinari non poſſe fatetur. Auctoribus quos in vtramque partem magno numero adducit, poſſunt addi *Catanæus* ad Plin. L. VIII. Ep. 7. pro Italica Pelignorum, & *Proſper Mandoſius* in Bibl. Rom. Cent. III. n. 2. p. 148. Romæ natum atque educatum pronuncians.

§. 28.

*Caſp. Barthius* editioni ſuæ Pœtarum Ve-
p. 134. ſeq. naticorum & Bucolicorum Hanou. 1613, 8. excuſæ, addere non potuit Notas *Iani Vlitii*, quæ 30. fere annis poſt eam, Lugd. Bat. 1645, 12. prodierunt, & *Barthium* tam acriter ſæpe perſtringunt, vt *Matthæus Lagus* defenſionem eius aduerſus *Vlitium* ſuſceperit ſingulari Diſſertatiuncula Lipſ. 1659, 4. edita.

§. 30.

p. 137. *Petrus Apollonius Collatius*, Presbyter No-

Nouarienſis, videtur antiquis accenſeri a noſtro auctore, ſicut fecerunt etiam Collectores Bibl. Patrum aliique viri docti, cum tamen ipſe Poema ſuum ediderit Mediolani 1481. adeoque ad Sæc. XV. ſit referendus. Animadueriones ad c 4

§. 31.

Scholiaſtes *Perſii Cornutus* eſſe cenſetur aliis, aliis *Helenius Acron*, aliis denique *Probus*; ſed quæ hodie habemus Scholia ex diuerſis collecta ſunt. Qua de re videndus Cl. *Fabricius* Bibl. Lat. L. II. c. 12. p. 394. & in Supplementis ad eum locum p. 181. Erudite eadem emendauit *Barthius* in Aduerſariis ἀνεκδότοις L. CLI. c. 21. 22. & L. CLII. c. 2. Pariſienſem autem editionem aliquam cura *Io. Britannici*, Brixiani, prodiiſſe, non ſit mihi veriſimile, etſi in ed. Veneta 1491. epiſtola eius dedicatoria ad Senatum Populumque Brixianum legatur, qua is Commentarios hos in *Perſium*, quem publice prælegerat, primitias ſtudiorum ſuorum vocat, & Pariſienſis anni 1523, f. cum *Britannici* & aliorum notis ab eo tempore non adeo ſit remota. Sanea Cl. *Fabricio*, qui eam diligentius recenſet in Supplem. Bibl. Lat. p. 182. non video etiam memorari veterem Scholiaſten, qui eius primum meminit ad editionem Auguſtanam 1544, f. Vita *Perſii Suetonio Tranquillo* tribui ſolet.

§. 35.

Quæ de *Lambino* dicuntur, ad *Martialem* p: 144.



Digitized by Google

Animaduer-siones ad c.5.

trahenda non ſunt, quod is *Martialem* non ediderit; quamquam veriſſimum ſit id iudicium, & aliorum quoque virorum doctorum calculo probatum. Credo igitur ab auctore *Lambinum* ſimul cum *Radero* fuiſſe reprehenſum, alterius vero nomen excidiſſe.

## CAP. V.

### §. 2.

*Dacium*, Mediolanenſem Epiſcopum, per-
p. 150. peram hic cum *Dacio* ſ. *Hydatio* Lemicenſi confundi, oſtendi nuper in Hiſtoria Librorum vernacula P. I. p. 135.

### §. 5.

*Hipparchus* & *Achiles Tatius*, Scholia-
p. 154. ſtes vterque *Arati*, qui habentur in *Vranologio Petauii*, quod ipſe auctarium operis de Doctrina Temporum vocat luculentiſſimum, chronologi ſane dici non poſſunt. Forte Aſtrologos dixerat Noſter.

### §. 6.

*Caluiſius* vidiſſe multa ante *Scaligerum*
p. 156. cenſetur, cum tamen *Scaligeri* diſcipulum ſe ipſe profiteatur *Caluiſius* in Iſagoge ad Opus Chronologicum.

### §. 13.

*P. Bertius* in *Theatro Geographiæ veteris*
p. 159. neminem Græcum, præter *Ptolemæum* emiſit;

Digitized by Googl

emiſit; Latinos tamen eidem adiunxit, *Antonini* puta Itinerarium, libellum Prouinciarum Rom. Itinerarium a Burdigala ad Hieroſolymam, & alia. Prodiit autem opus Geographicum primum Græce Baſil. 1553, 4. non 1535. quo anno Tetrabiblos tantum cum Centiloquio ibidem Græce exiit in 8. De *Porphyrii* autem in *σύνταξιν Ptolemæi* ſcholiis quæ tradit noſter, de eiusdem, ſiue *Antiochi* in Quadripartitum ſ. *τετράβιβλον σύνταξιν μεγάλην* Iſagoge capienda ſunt, quæ cum *Demophili* in eundem librum ſcholiis prodiit Baſil. Gr. & Lat. 1559, f. Animaduerſiones ad c. 5.

*Strabonis Epitome* ab *Hier. Gemuſæo* Latine verſa prodiit cum *Dom. Marii Nigri* Geographiæ libris XI. Baſil. 1557, f. ſed ſine textu Græco, quem ibidem ediderat *Gelenius* iam an. 1533, 4.

## §. 14.

*Arriani* Periplum vtrumq; quem vt vnum idemque opus laudat Noſter, edidit *Stuckius* Lugd. 1577, f. Baſileenſis autem anni 1533. editio in 4. Græca tantum eſt, & *Sigiſm. Gelenio* debetur. p. 1.16

## §. 15.

*Stephanus Byzantinus* nunquam prodiit Auguſtæ Vindelic. edididit tamen ibidem minores Geographos *Dau. Hæſchelius*; quare de iis hoc pariter, & quæ ſequuntur



Digitized by Google

Animaduerſiones ad c. 5.

de annotatis Hœſchelianis, capio. Latinam *Stephani* verſionem, quam multi fuerant moliti, ac forte perfecerant etiam quidam, dedit tandem *Thomas de Pinedo* Amſt. 1678, f. aliamque *Abr. Berckelius* Lugd. Bat. 1688, f.

p. 162. Anonymi *Deſcriptio Orbis* Græce quidem & Latine lucem vidit Geneuæ 1628, 4. ſed vtrumque ex verſione. Latina quidem profluxit ex Græco textu dudum deperdito, & ex hac demum interpretatio, quæ additur, Græca: quam ab editore *Gothofredo* eſſe, etſi credant eruditi, affirmauit tamen mihi vir doctus, argumentis ſe non leuibus aliquando ad oculum demonſtraturum eandem cuidam in Occidente Sæc. IIX. vel IX. monacho eſſe tribuendam. Ceterum editor ille non fuit *Dionyſius Gothofredus*, quod Cl. *Fabricio* traditum in Indice Bibl. Lat. vt qui anno iam 1622. rebus humanis exemtus eſt; ſed *Iacobus*, *Dionyſii* filius, ad quem rectius refert idem Vir Clariſſ. Bibl. Gr. L. IV. c. 2. §. 17.

§. 17.

p. 163. *Auieni* carmen Geographicum Theſauro Temporum inſertum eſſe Noſter ait, nominatim propterea reprehenſus a Cl. *Fabricio* Bibl. Lat. L. III. c. 11. §. 3. Sed neque *Sigonii* editionem laudari vſpiam video, quare *P. Pithoei* nomen ibi ſubſtituendum exiſtimo.

p. 164. *Rutilii Itinerarium* edidiſſe *Sigonium* vix credo; *Pamuinium* forte voluit, qui tamen

Digitized by Google

men non in f. ſed in 8. emiſit cum Comment. ſuis de Ciuitate Romana, Venet. 1558. Animaduerſiones ad c. 5

## §. 18.

*Vibium Sequeſtrem*, quod ſciam, non edidit *H. Stephanus*, neque ſeorſum, neque in Collectione Geographorum, *Dionyſii Alex. Pomp. Melæ, AEthici, & Solini*, 1577, 4. excuſa.

## §. 24.

*Io. Laurenbergii Græcia* a *Sam. Puſendorfio* Amſt. 1661, 4. edita & T. IV. Theſauri Antiquit. Gronouiani repetita, non integra, ſed ex parte tantum ad nos peruenit. Qua de re *Io. Conr. Dietericus* in Lexilogia Heſiodea p. 380. „Græciam, inquit, deſcripſit in„genti tractatu *Io. Laurenbergius*: ſed hæc „Græcia fuit τριταλαινα. A piratis enim „Duinkerkenſibus ingenti cum damno rei „litterariæ direpta & dilacerata fuit.„ p. 168.

# CAP. VI.

## §. 5.

*Diodorus Siculus* cum *Rhodomanni* verſione prodiit, non Francofurti, ſed Hanouiæ 1604, f. vt ipſe Noſter agnoſcit loco infra addito. p. 178.

## §. 11.

*Mich. Glycæ Annales* prodierunt equidem an. 1572, 8. ſed Baſileæ ex interpretatione *Io. Leunclauii*, quam cum p. 186.



Digitized by Google

Animaduer-siones ad c.6

Græco textu coniunxit in editione Parisiensi 1660, f. *Phil. Labbeus*. Ingolstadii autem binas *Glycæ* disputationes Theologicas an. 1604. edidit *Iac. Gretserus*.

Quod de *Theophane* dicit Noster, eum Latine exhiberi a *Paulo Diacono* in *Historia Miscella*, id quidem non vsquequaque verum

p. 187. est. Res ita se habet: *Anastasius*, Bibliothecarius, ex *Georgio Syncello* & *Theophane* præcipue Historiam suam Ecclesiasticam hausit, vt ipse fatetur in Præfatione. Hanc itaque totam fere in Historiæ miscellæ libros postremos transtulit, non *Paulus Diaconus*, sed continuator eius *Landulphus Sagax*. Græco-Latina *Theophanis* editio Parisiensis cum versione & notis *Iac. Goari*, Animaduersioni-busque *Fr. Combefisii* prodiit 1655, f.

## §. 27.

De *Thuano* longe alia ex Bibliographia

p. 196 hac adducit verba *Io. Frid. Reinhardus* in Theatro Prudentiæ elegantioris ex Iusti Lipsii Politicis p. 397. lit. ggg. sed magnopere fallitur vir diligentissimus, secutus, vt credo, *Kœnigium*, qui in Bibl. Vet. & Noua ad verba ista Bibliothecam Polit. Curiosam laudat, cui succinit etiam *Th. Pope Blount* in Censura Auctorum p. 894. Laudari autem debebat Bibliotheca Politica Contracta Bibliographiæ Bœclerianæ subiuncta & a *Ge. Schubarto* emendatius auctiusque sub titulo Diss. de Prudentia ciuili comparanda, vna cum alte-

ra,

Digitized by Google

ra de comparanda Eloquentia ciuili Ienæ 1677. emiſſa, perque *Th. Crenium* inter Tractatus de Philologia an. 1696, 4. Lugd. Bat. adiectis notulis quibusdam repetita; ubi §. 38. (in locupletiori autem editione §. 37.) verba iſta de *Thuano* leguntur. Animaduerſiones ad c. 6

*Virum* illum *ſane elegantem*, cui in animo fuerit *Thuanum* continuare, ipſum *Bœclerum* eſſe, qua veritatis ſpecie aſſerat nuperus Gryphiani Apparatus de ſcriptoribus Hiſtoriam ſæc. XVII. illuſtrantibus editor p. 14. ipſe viderit. p. 203.

## CAP. VII.

### §. 2.

*Euſebius* cum reliquis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoribus Græcis non ab *Henrico*, ſed a *Rob. Stephano* editus eſt Pariſ. 1544, f. vt rectius infra traditur. p. 207.

### §. 3.

*Theodori Lectoris* Collectanea non Auguſtæ Vindelic. ſed Coloniæ Allobrogum i.e. Genevæ 1612, f. & prius apud *Robertum*, non *Henr. Stephanum*, Pariſ. 1544, f. inter Scriptores Hiſt. Eccl. reliquos prodiit. Nihil autem eius habetur int Scriptores Hiſtoriæ Conſtantinopolitanæ. p. 208.

CAP.

Digitized by Google

Animaduer. siones adc. 8.

## CAP. VIII.

### §. 1.

p. 222. *Iosephum* edidit *Gelenius* Basileæ 1534, f. & deinde aliquoties. Genevenses autem editiones an. 1595 & 1611. demum prodiere, adeoque non possunt a *Gelenio* esse, qui an. 1554. obiit.

## CAP. IX.

### §. 2.

p. 230. *Henr. Stephani Apologia pro Herodoto*, serio, & Latino sermone scripta, ipsisque *Herodoti* editionibus adiecta, confundenda non est cum *Præparatione ad Apologiam Herodoti*, scripto satyrico, ab eodem *Stephano* Gallice 1566,8 edito.

### §. 7.

p. 238. *Pausaniam* nunquam edidit *Henr. Stephanus*; prima autem Græco-Latina editio prodiit Francof. 1583, f. ap. Wechelios, cura *Frid. Sylburgii*, quæ nitidior longe & emendatior est altera Hanouiensi anni 1613, f. *Kuhnii* editionem perstringit, *Romulique Amasæi* versionem toties recudi indignatur *Iac. Perizonius*, nuper cum ingenti rei literariæ iactura extinctus, in Notis ad *AElianum* p. 792. *Petri Fabri*, *Petri Loyerii*, *Camerarii*, *Bourdelotii* in *Pausaniam* curas apud se habet, earumque editione propediem, vt spes est, eruditos sibi obstringet Vir Celeberr. *H. L. Schurzfleischius*.

CAP.

## CAP. X.

Animaduer. ad c. 10. p. 251.

### §. 2.

Omnia *Dionyſii Halicarnaſſenſis* edidit *Robert. Stephanus*, non *Henricus*, Pariſ. 1546, f. Græce tantum. Extare tamen etiam Antiquitatum editionem Latinam Geneuenſem *AEm. Porto* interprete, quæ annum quidem non habeat additum, epiſtolam tamen anno 1588. ſcriptam, inter libros *Henr. Stephani*, teſtatur *Mich. Maittaire* in Hiſtoria Stephanorum Tom. II. p. 46. vbi hunc eius eſſe titulum ait: *Dionyſii Halicarnaſſenſis Antiquitatum Romanarum libri XI. ab AEm. Porto Latine redditi & notis illuſtrati. Henrici Stephani operæ variæ & Iſ. Caſauboni Animaduerſiones. Excudebat Euſtachius Vignon ſibi & Henr. Stephano.*

*Appiani* editionem Aldinam non vidi, neque credo extare. *P. Colomeſius* in Catalogo MStorum Iſ Voſſii, cod. Gr. 211. hæc notat: *Appiani Illyrica ab Hæſchelio edita cum excerptis de legatt. quod viri docti neſciuere.* His verbis tangit *Alex. Tollium*, qui in nouiſſima *Appiani* editione horum Illyricorum, vnum tantum folium, *Stephanum* ſecutus, Græce dedit. Sed falſus eſt *Colomeſius*, quando ea iunctim edita eſſe cum excerptis de legationibus tradit; ſeparatim enim ea *Hæſchelius* Aug. Vindel. 1599, 4. tribus plagulis emiſit. p. 252.

### §. 3.

*Dionem Caſſium Rob. Stephanus* Græce tan-

Animaduer. sionesadc.10

tantum edidit Paris. 1548, f. *Henr. Stephanus* autem Gr. Lat. Genevæ 1592, f. Ne tamen quid dissimulem fateor mendum irrepsisse p. 253. lin. 20. legique debere: *Græc. Lat. Henr. Stephanus edidit. Et ex Wechel. officina in fol.* Sed p. 254. falso asseritur, Henr. Stephanum Græce solum edidisse *Dionem.*

*Xiphilinum* Græce edidit *Rob. Stephanus*

p. 255. 1551, 4. apud quem eodem anno eademque forma exiit quoque Interpretatio *Guil. Blanci. Henr. Stephani* autem editio Græco-Latina lucem vidit 1592, f. non 1552, 4. vt traditum Viro Celeberr. *Io. A. Fabricio* Bibl. Gr. L. IV. c. 10. p. 327. cum *Henr. Stephanus* nihil ante an. 1554. emiserit. Sed facile patet, errorem ex editione *Rob. Stephani*, de qua dixi, non recte inspecta profluxisse.

§ 4.

*Bæcleri* in *Henr. Stephanum* censura pro-

p. 256. batur etiam *Ant. Borremansio*, qui c. 11. Var. Lect. p. 120. seq. ita scribit: „Tres maximo „laudantur (scriptorum Græcorum inter„pretes) *Sigism. Gelenius*, *Guil. Xylander*, „& *Fredericus Sylburgius.* Hos tamen „omnes anteit *Angelus Politianus*, qui *He„rodianum* optimum scriptorem optime „ac supra quam dici potest eleganter „transtulit. Non ignoro *H. Stephanum* „multa in *Politiano* reprehendisse: sed id „minus ex merito tanto interpreti acci„disse luculenter ostendit *I. H. Bæclerus*,

cui

„cui res literaria, vt plurimum debet, ita quoque plurimum vult debere. Non plane aberraſſe a vero Vir hic Clariſſimus cenſendus eſt, cum ait, *Henricum Stephanum* tum alibi, tum in illa in *Politianum* cenſura præſertim prodidiſſe, ſe minus Latine quam Græce eruditum. Certe *Stephanum* multum in literis potuiſſe, tot ipſius monumenta teſtantur, quot nulli ferme poſt ſe reliquerunt. Verum enimuero non raro in id vitium incurrit, quod *Horatius* his verbis notat: Animaduerſionesad c.10

„*Quum tua peruideas oculis male lippus inunctis,*
„*Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,*
„*Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?*

„Hoc credo occaſionem dediſſe *Ioſ. Scaligero* Scaligeranis primis p.55. ita, quamquam paulo durius ſcribendi: *Lexicon Erotiani exſtat Genevæ apud Henricum Stephanum, apud quem inuenias auctores mire deprauatos, quippe qui Φιλαυτίᾳ laborans temere quicquid diſplicet immutat & corrumpit.* Male itaque vir doctiſſimus iſtam *Politiani* verſionem, cui ſimilem hactenus in nullo ſcriptore habemus, tot caſtigationibus non neceſſariis in ordinem redigere conatus eſt. Hæc *Borremanſius*.

Ex

Animaduerſiones ad c. 10. p. 258.

Ex præfatione *Bœcleri* in *Herodianum* video alia verba proferri a Cel. *Hanckio* de Scriptoribus Rerum Rom. L. I. P. I. c. 21. Ego poſtrema tantum vſus ſum editione Bœcleriana, in qua iſta non comparent. Sunt autem verba ſequentia: „Quodſi quis vtrumque velit comparare, *Dio* ſane amplitudine argumenti, copia expoſitionis, frequentia pragmaticæ informationis præcellere videbitur; ſed ſtili terſiſſima & temperatiſſima venuſtas, *οἰκονομίας* hiſtoricæ concinnitas, ſententiarum opportunitas & elegantia, iudicii grauitas & æquabilitas, compoſitionis vniuerſæ competentia in *Herodiano* longe lateque eminebit.„ Et ibidem poſt quædam: „Quod nonnulli in rebus Alexandri & Maximini fidem eius ſuſpectant, non magnis id videntur de cauſſis facere, ſicut in notis oſtendimus.„.

§. 5.

p. 260. *Zoſimus* omnino integer a *Frid. Sylburgio* eſt editus, is enim non modo libros poſteriores III. aut V. vt Noſter aſſerit, ſed libros VI. integros ſuis Hiſtoriæ Romanæ ſcriptoribus Græcis minoribus Francof. 1590, f. inſeruit.

§. 9.

p. 274. *Velleium* a *Gebhardo* editum hactenus mihi ignotum eſſe fateor.

§. 10.

p. 277. *Collationem Notarum Lipſii in Tacitum cum MS. Codice Mirandulano* ſub nomine ficti-

fictitio *Pompeii Lampugnani* Bergomi, vt habet titulus, editam 1602,8, nunc *Frehero*, nunc *Hippolyto a Collibus* tribuit Noster, aliis adhuc de vero auctore dubitantibus; cum tamen dubitare nos non sinat *Hippolyti a Collibus* ad Lingelshemium epistola in Monumentis pietatis & litterariis P. II. p. 110. scripta mense Iulio anni 1601. in qua hæc legas verba: „Quid tu interea? inquies. Dicam „vno verbo: Criticum ago. Hui Criti„cum? Ita sane. *Tacitum* emendo, illustro; „*Lipsium* rideo. Satin hæc audacter? „Profecto; modo satis feliciter. Tui id „erit iudicii, si audire voles quid post „discessum tuum tentauerim. Sequentibus XII. *Lipsii* emendationes sub examen vocat. Et constat præterea *Hippolytum* alias quoque a nominibus eiusmodi adscititiis non abhorruisse, quem aliquando sub *Io. Werneri Gebhardi* larua in publico comparuisse notat *Zeilerus* Epistol. Cent. V. ep 28. p. 182. Nihil itaque huc *Hier. Lampugnanus* I.V. Professor Mediolanensis *Allatio* commendatus in Apibus Vrbanis p. 182. ed. Hamb.

Animaduersiones ad c. 10.

*Beatus Rhenanus* non fuit primus *Taciti* editor; quamquam enim *Hankius* de Scriptoribus Rerum Rom. L. I. P. I. c. 14. editionem *Rhenani* Romanam anni 1515. referat sæpius tamen hic auctor ante illa tempora, et primum, vt creditur, iam an. 1468, adeoque septendecim ante natum *Rhenanum* annos prodierat.

P. 279.



Digitized by Google

Animadverſiones ad c. 10. p. 298.

Cum de cenſore quodam *Forſtneri* loquitur noſter, *Naudæum* procul dubio tangit, qui in Bibliotheca ſua Politica ſub finem libelli hæc habet: Gruterus & Forſtnerus *plus eruditionis ad hunc conatum attulere, quam Politicos deceat.*

§. 13.

p. 304. *Marcellinus* ille, Vitæ *Thucydidis* (quæ ſola hiſtoriæ *Thucydidis* præmittitur, non item Commentarii in *Hermogenem*) ſcriptor Græcus, longe diuerſus eſſe videtur viris eruditis ab Hiſtorico Latino *Ammiano Marcellino*, quamuis natione itidem Græco, eaque de cauſſa, *Geſnero* iudice, pro eodem habendo. Commentarii autem, quos eidem Græco ſcriptori tribuunt eruditi, quosque *Aldus Manutius* Tom. II. Rhetorum Græcorum Venet. 1508. 1509, f. edidit, *Hermogenis* libellum περὶ ϛάσεων explicat; vt nihil ſit, quod de libello eiusdem argumenti, a commentariis illis diuerſo, quem ipſe *Marcellinus* exarauerit, a Noſtro affertur.

## CAP. XI.

§. 1.

p. 307. *Wolfium*, *Rittershuſium*, *Camerariumque* vnquam in edendo *Procopio* elaboraſſe vix mihi perſuadeo. Ego ſane adhuc nihil eorum expiſcari potui.

§. 6.

p. 313. *Georgius Phranzes* nunquam Græce prodiit, ſed verſio tantum eius Latina a *Iac. Pontano*

*tano* concinnata, & a *Iac. Gretſero* peſſimo consilio mutilata, Ingolſt. 1604, 4. Falſum itaque eſt, quod de editione Græco-Latina Pariſienſi Noſter refert. Animaduersiones ad c. 12.

## CAP. XII.

### §. 1.

*Conradus a Lichtenau*, Abbas Vrſpergenſis, fruſtra quæritur in Collectione *Piſtorii*, vt monitum etiam ante nos V. Cl. *Io. Chriſtiano Neuo* in Mantiſſa ad *Wheari* Relectiones Hymeales p. 150. vbi tamen errorem non *Bœclero* docenti, ſed audienti & calamo excipienti diſcipulo tribuit. Quamquam id vix veriſimile fiat inſpicientibus, & lapſus hic præterea facile condonari queat feſtinanti & memoriter ſine dubio hæc repetenti. p. 314.

Noſtri de *Huldr. Mutio* iudicium contra virum quendam eruditum, *Io. Strauchium*, ſi bene coniicio, defendit *Caſp. Sagittarius* in Introductione ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam p. 96. his verbis: *Scio quidem magnum quendam ICtum & olim huius* (Ienenſis) *poſt alius etiam Academiæ ſplendidum lumen, in publica quadam diſputatione illud ipſum iudicium* Bœcleri *pupugiſſe: nec video tamen, quid vir κριτικώτατος hac in cauſſa ſcripſerit, quod non ab aliis omnibus qui antiquiores hiſtorias Germanicas paulo ſollicitius tractarunt, ex aſſe probetur.*

### §. 2.

In editionibus prioribus legitur: *Gunthe-*

Animaduersiones ad c. 12.

*rus Ligurinus*, quod ego calami festinantis sphalma esse existinans, leui immutatione scripsi, *Guntheri Ligurinus*; præcipue cum hunc multorum errorem mox ipse auctor corrigat. Video tamen priorem etiam scripturam defendi ab auctore doctissimo præfationis in Opera *Epiphanii*, quæ nunquam typis exscripta casu ad me peruenit. Is de Physiologo *Epiphanii* cum multa erudita monuisset, tandem addit: *Dederunt hoc consuetudini suorum temporum, vt, translato libri in ipsum scriptorem nomine, quemadmodum, pro* Ioanne Hantiuillensi, Archithrenium, *pro* Gunthero, Ligurinum; *sic pro* Epiphanio *nuncuparent* Physiologum. His verbis ille sequentem subiicit notulam: „*Gun-*
„*theri Ligurinus* seu de rebus gestis Impera-
„toris Friderici Poema X. librorum plus se-
„mel editum est. Hic *Guntherus, quia Li-*
„*gurinum scripserat, factus est Ligurinus*, ver-
„ba sunt *Sam. Dresenii* ad Lectorem *Iosephi*
„*Iscanii* de bello Troiano p. 3. Nempe non
„*Guntheri*, sed *Ligurini* nomine videbis eum
„passim citari a veteribus. Factum inde, vt
„*Guntheri* non recordaretur *Gesnerus* f. 482.
„Biblioth. hæc scribens: *Ligurinus quidam*
„*nescio quid carmine scripsisse fertur. Eius-*
„*dem historiam de Friderico Barbarossa citari*
„*inuenio &c.* Qui tamen sub *Gunthero* f 295.
„Ligurinum eius de rebus gestis Imp. Frideri-
„ci I. memorauerat. Ignotum hunc morem
„autoribus nomina ex ipsorum scriptis im-

po-

Digitized by Google

„ponendi etiam *Voſſio* fuiſſe apparet p. 431. de „Hiſt. Lat. *Guntherum* perperam vocari Li- „gurinum cenſenti.„ Hæc ille. Animaduerſiones ad c. 12.

§. 3.

Poterant de *Roſwitha* addi verba e *Bæcleri* Comment. de Script. Græcis & Latinis p. 90. *Witikindus & Roſwida. Edidit cum notis Reineccius in fol.* Sed iſta falſa ſunt quantum ad *Roſwitham* attinet; quamuis *Wittekindum* ediderit *Reineccius* Frf. 157. p. 318.

§. 5.

*Lud. ab Auila* ſeorſum editus eſt Latine, *Guil. Malinæo* Interprete, Antw. 1550, 8. & Argent. 1620, 12. quare de *Lamb. Hortenſio* tantum intelligendum, quod additur, haberi in Opere Schardiano. p. 321.

§. 6.

Quod Noſter notat *Nic. Mamerani* opus, de Diario eius, ſiue Ephemeride Itinerum Caroli V. a *Chytræo* edita in Appendice Saxoniæ, accepit Cl. *Neu* in Mantiſſa ad Wheatum p. 182. Sed id opus in Corpore Schardiano non extat, vbi legas tantum T. II. *Mamerani* opuſculum de inueſtitura regalium electoralis Saxoniæ dignitatis. Neque *Schraderus* etiam, quem nominant priores Bibliographiæ noſtræ editiones, tale quid edidit. p. 324.

§. 13.

Pro *Graſſeri*, ſcripſi *Gaſſari*, cum noſſem hunc eundem errorem in *Struuii* Bibl. Hiſto- p. 331.

Animaduerſiones ad c. 14.

rica commiſſum corrigi a Cel. *Tentzelio* Bibl. Curioſæ Repoſ. II. p. 247.

## CAP. XIV.

### §. 3.

p. 346. Inter Scriptores Anglicos neſcio quomodo prætermiſſa ſunt verba: *Taruiſinus de rebus Britannicis extat in Tomo a Wechelio edito.* Nuſpiam inuenias ſcriptorem hoc nomine inter Hiſtoricos Angliæ, multo minus in collectione Wecheliana, ſeu potius Sauiliana apud Wechelios Francof. 1601, f. recuſa. Deprehendi autem, indigitari hic *Ponticum Virunnium*, qui & *Virmius*, mendoſe tamen, vt coniicio, a *Geſnero* dicitur, patria Taruiſinum, virum omnis elegantioris doctrinæ peritum, qui exeunte ſæculo XV. clarus extitit, Hiſtoriæque Britannicæ Libros VI. reliquit Auguſtæ 1542. & 1534, 8. editos, Collectionique Commelinianæ Heidelb. 1587, minime vero Sauilianæ a Wecheliis repetitæ, inſertos.

## CAP. XVI.

### §. 4.

p. 363. *Stanislaus Orichouius* male vocatur ſenator Regni Polonici, vt monui etiam p. 52. Præfationis ad Hiſtoriæ Polonicæ *Io. Dlugoſſi* Tomum II. cui *Orichouii* Annales cum aliis quibusdam Hiſtoriæ Polonicæ ſcriptoribus rarioribus ſubiunxi.

*Lubienskii* Hiſtoria quæ qualisue ſit, fate-

Digitized by Google

fateor me ignorare, nisi respexerit auctor noster ad opera eius posthuma Antvv. 1643, f. edita, quæ maximam partem sunt historica.

Animaduersiones ad c. 18.

## CAP. XVIII.

De rebus Turcicis ipse *Bæclerus* Commentarium concinnauit, quem spes est proxime lucem visurum, emendatum & auctum cura nobilissimi cuiusdam amici nostri; cuius bona cum venia speciminis loco ea hic in gratiam Lectorum exhibemus, quæ ibi de Scriptoribus rerum Turcicarum agunt, vt tanto auidius ipsum opus expectent. f. 365.

„Historiam Ordinariam quod attinet, „ea est vel vetustior, vel recentior. Ve„tustiora reperire est in Saracenicis Græco„Latinis, a *Frid. Sylburgio*, Viro doctissi„mo, collectis inque vnum volumen con„ductis. Editum est opus hoc an. 95. supe„rioris sæculi Heidelbergæ. In hanc „classem referendi porro *Zonaras*, qui „Tom. III. historiæ de hoc argumento, „*Nicetas Choniates*, *Nicephorus Gregoras*, „*Laonicus Chalcocondylas* (qui & *Chalcon„dylas*) qui ex professo Historiam Turci„cam concinnauit sermone Græco, sed „sequioris æui: sæculo nimirum vixit „XV. Et quidem præterea ex Græcis ne„mo est, qui plenam historiam Turci„cam adornarit. Sunt & alia lingua „Turcica vel Arabica conscripta. Vide„

Animaduerſiones ad c. 18.

„ſis Sultanorum Annales a *Leunclauio* „editos.

„Recentiores ſcriptores occupantur „vel circa originem Turcarum, vel inſti„tuta, mores &c. vt *Sabellicus*, *Cæl. Augu„ſtinus Curio*, *Wolfg. Drechſlerus*, qui ſcri„pſit Chronicon Turcicum, quod in „Chronico Chronicorum recuſum fuit. „Incomparabilis eſt diligentiæ, magnique „iudicii, laudabilisque neruoſitatis, Hi„ſtoria Turcica *Loniceri*. Ceterum We„chelii in vnum opus aliquot rerum Tur„cicarum ſcriptores conduxerunt. Porro „alii Sultanos deſcripſerunt: quo perti„nent *Soranzii* Itali opus, quo nemo accu„ratius iconcs ſeu imagines æneas Impp. „Turcicorum repræſentauit. His adde „*Gilberti Cognati* Chronicon Imperato„rum Turcic. & *Geufræi* Aulam Turci„cam. Ad vltimum ſunt & qui ſcripſe„de moribus Turcarum in communi vi„ta; de Expeditionibus.

„Hactenus fuit prima diuiſio hiſtoriæ „ordinariæ, quæ ſumta fuit ab ætate. „Sequitur altera, qua diſpeſcitur ea in „Hiſtoriam Turcicam ex profeſſo talem, „& in eam, quæ aliis rebus eſt immixta. „Prioris generis hiſtoriam nobis dederunt „*Drechſlerus* et *Loniceruſ*, modo lauda„ti, alii mixtam, vt Itali ſcriptores, & qui „Hiſtoriam Hungaricam exarandam ſibi „ſumſerunt, aut Tranſyluaniæ hiſtoriam,

quam

„quam quidam appendicem faciunt hi- Animaduerſi-
„ſtoriæ Hungaricæ. Huc pertinent et- ones ad c. 18.
„iam rerum Polonicarum ſcriptores. In
„operibus *Pauli Iouii* plurima ad hiſtori-
„am Turcicam ſpectant, & altera quidem
„eius operis pars elogia Imperarotum
„Turcicorum continet.

„Hiſtoriam extraordinariam faciunt
„Itineraria, vt & relationes Legatorum ad
„Portam Ottomannicam. In Itinerariis
„multa ſunt, quorum in aliis hiſtoriis fru-
„ſtra quæſitor eris. Duo autem nomi-
„nanda hic ſunt præ ceteris itineraria.
„Primum eſt *Douſæ Iter Conſtantinopoli-*
„*tanum:* ſecundum *Epiſtolæ Busbequii,*
„quæ nihil ſunt aliud niſi expoſitio itine-
„ris in Turciam ſ. Conſtantinopolin.
„Tertium adhuc addi poteſt, valde noui-
„tium & incomparabile *Petri Vallenſis*, qui
„adhuc hodie viuit Romæ & vocatur il-
„luſtris Peregrinator, propterea, quod
„neminem hac in re parem creditur co-
„gnoſcere. Iter hoc ipſius, quod idio-
„mate Italico ſcripſit, in Gallicum quo-
„que ſermonem eſt translatum. Talia
„quidem plura hic idem ſub manu habet,
„quæ ſuo tempore reipubl. literariæ com-
„municaturus dicitur. Secundo loco
„ſuccedunt Relationes Legatorum ad
„Portam Ottomannicam a variis Princi-
„pibus miſſorum, eæque plerumque ſunt
„ineditæ. Variæ feruntur Legatorum

Animaduerſiones ad c. 18.

„Gallicorum, Hollandicorum, Venetorum. Hæc talia autem, quod probe notandum eſt, debent contendi compararique ad vetuſtiorem, quo plenius iudicium noſtrum ſuper hac re informemus. „Si exemplo agendum: *Busbequius* in Epiſtolis numerum Ianicerorum 12000. facit; idem ſi quis vellet iudicare de fide e. g. ſuperioris ſæculi, oppido quam falleret ac falleretur; ſiquidem tum numerata ſunt 80000.

De *Leunclauii Pandecte Turcico*, cum varia dixiſſet, addit: „Non opus eſt, vt verboſe iſte *Leunclauius* commendetur, audit vtique vir prudens & pragmaticus, pererudi-tus, nec literaturæ Græcæ ignarus; cuius „ſpecimen dedit in *Dione Caſſio* vertendo.

§. 2.

p. 366. Hiſtoria Saracenica *Erpenii*, mea quidem ſententia, non eſt alia, quam *Hiſtoria Saracen. Georgii Elmacini* latine reddita per *Thom. Erpenium* & Lugd. Bat. 1625, 4. vulgata; quam tamen poſteriorem tantum totius operis partem eſſe, cuius priorem ab initio Mundi incipientem neque editam, neque adhuc latine verſam poſſideat ipſe, affirmabat *I. H. Hottingerus* Biblioth. quadrip. L. II. c. 3. p. 245.

## CAP. XIX.

Rerum Hiſpanicarum Scriptores qui ſub

p. 367. titulo *Hiſpaniæ illuſtratæ* Francof. 1603, 1606.

&

Digitized by Google

& 1608. IV. Voll. fol. prodiere, *Andreæ Schotto* debentur, *Piſtorius* vero non niſi Tomi III. curam habuit. Ante *Schotti* collectionem iam prodierant Hiſpanicarum rerum ſcriptores ex Bibliotheca *Rob. Beli* Francof. 1579. Tomis II. quibus tertium addidit ibidem Io. Sambucus an. 1581, f. item, *Bolduano* teſte, De Hiſpanicis, Luſitanicis, Arragonicis, Indicis, & AEthiopicis rebus Damiani a Goes, Hieron. Pauli, Hieron. Planci & Iac. Teuii opera partim noua, partim aucta, Colon. 1602, 8.

Animaduerſiones ad c. 19.

## CAP. XX.

§. 3. P. 371.

Opuſculum illud Pariſiis 1627, 8. ab *Andr. duCheſne* editum Catalogum tantum continet Scriptorum Hiſtoriæ Gallicæ; ſcriptores autem ipſos idem edidit ibidem 1636, f. II. Tomis; quibus Tomos III adiecit filius eius *Franc. du Cheſne* ibid. 1641, 1647, 1649.

§. 6. P. 376.

*Bæcleri* diſſertatio nulla quidem in collectione diſſertationum eius reperitur ſub titulo: *de ſubtilitatibus aulicis*; habetur tamen eadem ibidem Tom. I. num. XIII. p. 475. cum hac inſcriptione: *De elegantia moris ciuilis & aulici.*

§. 7.

Eccleſiæ Gallicanæ Hiſtoria, quam laudat Noſter, eſt, ni fallor, *Claudii Roberti* Gallia Chriſtiana, quæ eodem anno 1626. Pariſiis prodiit.

Quodnam ſit illud Franc. Archiepiſcopi opus,

Digitized by Google

Animaduerſiones ad c. 20.

opus, iuxta cum ignariſſimis ſcire me fateor. Corruptum hunc locum eſſe facile patet. Et poſſet fortaſſe ſubſtitui *Franc. Pommeraye*, Benedictini, Archiepiſcoporum Rothomagenſium Hiſtoria, quæ Rothomagi 1667, f. prodiit. Sed fateor mihi ipſi non fatisfacere hanc coniecturam: quare paratus ſum audire meliora docentes.

## CAP. XXII.

### §. 9.

p. 387. *Gabr. Naudæus* non ſcripſit de Cæſena. ſed *quod Senæ nomen non Cæſenæ, ſed Senogalliæ conueniat*, idque opuſculum edidit Pariſ. 1642, 8.

### §. 10.

p. 389. Vereor ne ſub nomine *Elyſii* duo libelli in vnum confuſi ſint. *Io. Elyſius* non de AEnariæ tantum, ſed de totius Campaniæ balneis ſcripſit; de balneis AEnariæ autem egit *Io. Franc. Lombardus*.

## CAP. XXV.

### §. 2.

p. 397. *Lamprias* de ſcriptis *Plutarchi*, patris ſui, non Lugduni, ſed Auguſtæ Vindelicorum 1597, 4. a *Hæſchelio* eſt editus, indeque editioni Operum *Plutarchi* Pariſienſi 1624, adiectus, & denique Bibliothecæ Græcæ a Cel. *Fabricio* L. IV. c. 11. p. 334. ſqq. inſertus.

### §. 3.

p. 398. *Ant. Poſſeuini Apparatus Sacer*, duobus quidem conſtat voluminibus in editione Colonienſi

Digitized by Google

lonienſi ; & reprehendit *Clarmundus* Vita- Animaduerſi-
rum P. III. p. 153. *Kœnigium* huic operi tria ones ad c. 25.
Volumina tribuentem : puto tamen ad priorem editionem huius Apparatus Venetam reſpicere tam autorem noſtrum, quam *Kœnigium*, eam enim in tria Volumina eſſe diuiſam in præfatione etiam ſequentium editionum monetur. Ceterum non confundendus hic *Apparatus* cum eiusdem auctoris *Bibliotheca Selecta*, ille enim de Scriptoribus ordine alphabethico agit ; hæc docet quo ordine in quauis eruditionis parte comparanda ſit incedendum.

## CAP. XXVI.

### §. 4.

*Aur. Victor* perperam inter ſex illos Hi- p. 420.
ſtoriæ Auguſtæ ſcriptores numeratur, & neque ab *Iſ. Caſaubono*, neque a *Salmaſio* eſt illuſtratus ; quare in locum eius, aut *Vopiſcum*, aut quemuis alium ſubſtituendum puto.

### §. 5.

Cum laudatur a Noſtro *Reineccii* Hiſtoria p. 423.
Caroli M. intelligendos eſſe exiſtimo Anonymi Annalium de geſtis Caroli M. Libros V. primum a *Reineccio* Helmſt. 1599, 4. in lucem protractos, indeque a *Caniſio* & *Schiltero*, accuratiſſime vero ab Illuſtri *Leibnitio* inter ſcriptores Brunſuicenſes editos.

## CAP. XXVII.

### §. 2.

*Valerius Maximus* a *Colero* illuſtratus, an p. 445.
Colo-

Animadueiſiones ad c. 27.

Coloniæ prodierit, affirmare nunc non poſſum. Vidi ego Hanouienſem edit. 1614, 8. in qua quidem ea omnia iam habentur, quæ demum in Francofurtana 1627, 8. acceſſiſſe Cel. *Fabricius* tradit Bibl. Lat. Suppl. p. 135.

§. 5.

p. 450.

*Ant. Mizaldi*, Medici Galli circa medium Sæc. XVI, *Memorabilia* huc pertinere non videntur, cum varia naturæ arcana contineant, adeoque hiſtoriam parum iuuent. Prodierunt autem Pariſ. 1554, 8. hoc titulo: *Memorabilium aliquot naturæ Arcanorum ſyluula.*

*Lectiones memorabiles* hic laudatæ non *Hieron. Wolfium* Oettingenſem, ſed *Io. Wolfium* Conſil. Bipontinum auctorem habent, quare homonymos hic confuſos eſſe notat Vir. Cel. *Io. Mollerus* in Addendis ad P. II. c. 7. §. 141. Homonymoſcopiæ ſuæ, præfationi ſubiunctis.

## CAP. XXVIII.

§. 2.

p. 457.

*Lucianum Aldus* neutiquam primus edidit, cum ἔκδοσιν eius Græcam anni 1522, f. *Philoſtratis* iunctam præceſſerit Florentina anni 1496, f. Baſileenſes aliquoties *Lucianum* nobis dedere, Græce vero & Latine, non 1568, vt perperam excuſum in Comment. *Bœcleri* de Scriptoribus, ſed 1563. iterumque 1619, 8. IV. Voluminibus. Lugdunenſis anni 1549, f. Latina tantum eſt, non Græca. Pariſienſem *Fed. Morelli* nuſpiam inuenire licuit,

licuit, quare vix dubito, Bourdelotianam hic esse substituendam, quæ Paris. ap. Lud. Febvrier Gr. & Lat. 1615, fol. excusa est. Animaduersiones ad c. 28.

§. 15.

*Eustathium* de Ismeniæ & Ismenes amoribus primus edidit Græce *Gaulminus*, non Romæ, sed Paris. 1617, 8. suasque in eum notas & præfationem anno proxime sequenti. p. 482.

## CAP. XXIX.

§. 3.

*Nicomachi Gerasseni* vtrumque de Arithmetica librum explicuisse *Camerarium*, cum Logisticam suam Lips. 1569, 8. ederet, non priorem tantum, testatur Cel. *Fabricius* B. Gr. L. IV. c. 22. Wechelus autem non ipsius *Nicomachi* Θεολογούμενα, sed Anonymi ex eis excerpta vulgauit, *Nicomachi* opere dudum deperdito. *Iamblichi* in Arithmeticam *Nicomachi* Introductionem cum latina versione notisque suis Arnhemii 1668, 4. in publicum emisit *Sam. Tennulius*. p. 486.

§. 4.

*Diophantum* a *Bullialdo* editum esse falsum est, quamuis eundem errorem errauerint etiam *Kœnigius* & *Hendreichius*, reprehensi propterea a Cl. *Fabricio* l. c. Ceterum longe copiosior & emendatior *Diophanti* liber fuit MS. apud *Alex Syncliticum*, qui eum *Io. Broscio*, Mathematico Cracouiensi dederat, vt ipsius cura ederetur, referente *Tomasino* de Bibl. Patau. p. 121. *Maximi Planudis* autem p. 487.

Digitized by Google

Animaduerſiones ad c. 29.

tem Commentarios editioni ſuæ adiunxit *Guil. Xylander* Baſil. 1575, f. quos tanquam futiles & a ſenſu auctoris plerumque alienos ſpernit *Claudius Caſp. Bachetus*, qui *Diophantum* non 1613. vt erat in priori edit. neque 1623. ſed Pariſ. 1621, cum noua verſione ſua & eruditis commentariis emiſit, vt recte agnoſcit Noſter in Comment. de Scriptoribus Gr. & Lat.

## CAP. XXX.

### §. 2.

P. 495. *Apollonius Pergæus* Latine tantum huc vsque prodiit, editoribus *Io. Bapt. Memmio, Fed. Commandino* & *Cl. Richardo*, isque necdum integer, libri enim IV. poſteriores in Græcis Codicibus non reperiuntur. Itaque *Abrah. Ecchellenſis*, vt deſiderium eruditorum quodammodo leniret, ex Arabico, Matheſeos licet imperitus, adiutus tamen a *Io. Alph. Borello*, Mathematico excellentiſſimo, Latine tranſtulit Libr. V, VI, & VII. octauo ne in Arabum quidem codicibus exiſtente. Prodiit iſta translatio Florent. 1661, f. Eosdem libros tres ex alia verſione Arabica Latine dedit *Chriſt. Rauius* Kilonii 1669, 8. Idem quoque facere in animo habuit *Iac. Golius* ex codice quem ex Oriente nactus erat, teſte *Voſſio* de Natura Artium L. III. c. 16. §. 1. Ceterum cum textus Græcus IV. librorum priorum mire eſſet corruptus, reſtituere doctrinam *Apollonii*, eiusque Problemata ſoluere aggreſſus

aggreſſus eſt *Marinus Ghetaldus*, edito *Apollonio rediuiuo*, Venet. 1607 & 1613, 4. Animaduerſiones ad c. 34.

## CAP. XXXIV.

### §. 5.

*Cleomedem Pareus* non euulgauit; ſed cum auctorem hunc Pariſiis 1519, 4. primus Græce in lucem protulerit bibliopola *Conr. Neobarius*, *Parcum* inde auditores, vocem docentis non bene aſſecuti, exſculpſerunt. p. 520.

### §. 9.

De *Rogero Bacono* male traditur, eum alias etiam *Io. Cantuarienſem* vocari. Errorem ex indice operis Voſſiani de Natura Artium & Scientiarum in noſtrum hunc libellum manaſſe perſpicuum eſt. Ibi enim de *Rogero Bacono* in fine additur, eum alias dici *Io. Cantuarienſem.* Verum loco, ad quem ibidem prouocatur euoluto, patet, quod non *Baconus*, ſed *Io. Peccamus* id nominis ferat, quia tandem Cantuarienſis factus eſt Archiepiſcopus: quamuis, ſub voce *Io. Cantuarienſis*, idem error in eodem Indice repetatur. Obiter addo in *Conradi Lycoſthenis* pariter atque *Io. Iac. Friſii* Epitomis Bibliothecæ Geſnerianæ de *Io. Cantuarienſi*, *Io. Pechan*, & *Io. Peckam* tanquam de tribus diuerſis ſcriptoribus agi; quamquam vtrobique addatur, *Pechanum* & *Peckamum* eundem videri. p. 526.

### §. 11.

Reprehenditur Auctor noſter a Cl. *Crenio* Exerc. III. de libris ſcriptorum optimis n. 36. p. 529.



Digitized by Google

Animaduer-siones ad c. 34.

quod *Purbachii* Theoricas Planetarum *Io. Regiomontano* tribuerit, cum liber is tantum primus fuerit omnium eorum, quos *Regiomontanus* ediderit, quia viderat, cum passim prælegi & commentariis illustrari. Fatendum itaque, confundi a Nostro *Theoricas Planetarum Purbachii*, & eiusdem *Epitomen in Ptolemæi magnam σύνταξιν*. Videtur tamen ipse *Crenius* etiam huius confusionis reus esse. Scilicet *Theoricas*, vt vocantur, biennio ante obitum suum ediderat *Purbachius*; *Epitomes Ptolemæi* VI. tantum libros absoluerat, cum operi immoreretur, *Ioannique Regiomontano* discipulo suo lampada traderet, qui libros VII. posteriores addidit, opusque hoc titulo emisit: Io. de Monte Regio & Ge. Purbachii *Epitome in Cl. Ptolemæi magnam Compositionem.* Licet itaque duo hæc opera idem pertractent argumentum, illud tamen, monente ipso *Regiomontano*, inter vtrumque interest, quod in Theoricis τὸ ὅτι, in Epitome vero τὸ διότι doceatur.

§. 14.

P. 536. Post *Schonerum* memorari debuit *Reinholdus*, vbi Typographi vitio exciderunt hæc prioris editionis verba, ibidem inserenda: *Erasmus Reinholdus*, Wittebergensis Professor, *Obseruationes* suas *Prutenicas* ex *Copernici* hypothesibus deduxit.

## CAP. XXXIX.

P. 588. Est mihi ad manus Codex Bibliographiæ Bœcle-

Bœclerianæ, cui adſcripta ſunt, quæ vir quidam doctus Ienæ, vt coniicio, auditoribus ſuis explicando huic libello in calamum dictauerat. Fatendum tamen nihil iis contineri aliud, quam breuiores aliquas de diuiſione artium & ſcientiarum diſputationes ex *Voſſii* libro ſupra laudato deſumtas; de Scriptoribus vero nihil omnino addi. Cum tamen in priori editione Bibliographiæ deſideraretur caput hoc de Scriptoribus Logicis, conatus eſt vir ille doctus, quisquis is tandem fuerit, defectum hunc ſupplere. Volupe fuerit ea cum ipſius *Bœcleri* tractatione contendere, ſimulque mirari, eousque mentem Noſtri aſſecutum eſſe hunc eius interpretem, vt aliquando eadem prope verba habeat. Ea igitur bona cum lectoris venia hic placet ſubiicere; præcipue cum iis breuiuſcula ſane Noſtri hoc de argumento inſtitutio quodammodo ſuppleatur. Animaduerſiones ad c. 39.

„Poſt Diſciplinas Mathematicas debuiſ„ſet Auctor agere (quod & ſupra pollicitus „fuit §. II. *) etiam de *Logica*. Verum nihil „huius hoc loco occurrit. Igitur, cum & ad „πολυμάθειαν pertineat, & vel in primis ſtu„dioſæ iuuentuti tradatur in ſcholis, non im„merito defectum ſupplemus paucis. *Nunc C. II. §. I. p. 8.

„Igitur de *Logices* natura & conſtitutione, „tanquam παιδείας ergo, egit ſuo more, hoc „eſt ſatis accurate, ſæpe laudatus *Voſſius*.

„Inter Veteres perfectum opus Logicum „concinnauit magnus Stagiræ Alumnus,



Digitized by Google

Animaduer-siones ad c. 39.

„nempe *Aristoteles*, cui nomen *Organi* indi-
„tum fuit: & ipse primus fuit, qui Logicam
„in decentem artis formam redegit.

„Extat in *Organon* illud *Michaelis Piccar-*
„*ti* liber erotematicus, qui vice commentarii
„esse potest. Non male etiam de hoc opere
„meritus est *Matthias Flacius* & *Ludouicus*
„*Hauenreuterus*; *Heinricus* item *Hœpfnerus*,
„nisi quod totum *Organon* non absoluit,
„quem defectum tamen supplere quodam-
„modo potest Logica *Rhenii*. Laudatur hic
„non immerito *Io. Neldelii*, Professoris quon-
„dam Lipsiensis, institutio de vsu Organi Ari-
„stotelici in disciplinis omnibus.

„De Demonstratione V. libri egregii sunt
„*Barthol. Viotti*; omnium autem laudes su-
„perat *Melchioris Zeidleri* Analysis posteri-
„or, siue de variis sciendi generibus & medi-
„is eo perueniendi libri III. methodo scienti-
„fica ad mentem *Aristotelis*, & Græcorum eius
„Interpretum conscripti.

„In manibus vestris vulgo versantur In-
„stitutiones Logicæ *Bechmanni*: qui liber,
„quoniam multa hausit ex *Aristotele* eiusque
„Interpretibus, præstantissimus est, longe ta-
„men futurus præstantior, si (quod ipsum
„decreuisse, nisi ad Professionem Theologi-
„cam euectus fuisset, retulit aliquando hono-
„ratissimus affinis *Posnerus*) in duas Logicam
„partes, ex mente Philosophi, diuisurus fu-
„isset, nempe in Analyticam & Dialecticam
„siue Topicam. Pro diuersitate enim fini-

um

Digitized by Google

„um Logices, qui ſunt Veritas & Opinio, ac- Animaduer-
„curatiſſime Logica, quam vulgo vocant, in ſiones ad c.
„duas iſtas partes diuidi poſſet. 39.

„Ceterum turbas ingentes contra hanc di-
„ſciplinam excitauit ſuperiori ſæculo *Petrus*
„*Ramus*, Profeſſor Regius Pariſienſis. Sed
„ſi verum fateri velimus, inſignis ille quidem
„Mathematicus fuit, non vero æque præ-
„ſtans Philoſophus. Et quoniam peruer-
„ſam ingenii gloriam ſectabatur, in nouandis
„Philoſophiæ terminis præter modum occu-
„patus fuit.

„Sciens lubensque prætereo numero plu-
„res alios, qui Logicas ſcripſerunt. Illau-
„datum tamen prætermittere non poſſumus
„*Petrum Bertium*, cuius Logica Peripatetica
„neruoſe admodum, quicquid in *Ariſtotelis*
„*Organo* occurrit notabile, proponit. Et de
„noſtra *Medulla* Scharfiana non poſſumus
„non fateri, quod plerumque veſtigia *Ariſto-*
„*telis* premat, in ipſa etiam doctrina de de-
„monſtratione.„

## CAP. XL.

Idem ille, quem modo laudaui, præſentis libelli commentator, circa caput hoc de Philoſophis etiam monita quædam addit non inutilia, quæ hic deſcribere non pigrabor. Obſeruandum autem, ea iterum reſpicere priores editiones, in quibus nihil de ſingulis Philoſophiæ partibus legebatur.

„Hactenus Auctor conſiderauit Diſciplinas



Digitized by Google

Animaduer-
siones ad c.
4°.

„Propædeuticas, hoc eſt eas, quæ a veteribus
„ſtudio Philoſophico præmitti ſolebant, &
„hodienum præmitti merito deberent, ſi ad
„eam Philoſophicæ eruditionis laudem per-
„uenire vellemus, ad quam peruenere quon-
„dam veteres. Nunc agendum ipſi fuiſſet
„de Philoſophia non ſolum in genere, ſed
„& de partibus eius in ſpecie; nec non de
„Auctoribus, qui in quauis parte excellue-
„runt. Verum Auctor paucis admodum
„rem, quæ maiorem omnino prolixitatem
„poſcit, abſoluit hoc loco, & præterea non
„ſufficienter pertractat. Neque enim huic
„rei ſufficit iuniorum Philoſophorum, quam
„tradit, bibliotheca.* Inter Philoſophos
„certe vetuſtiores plerumque meliores ſunt:
„præcipue enim *Ariſtotelis* veſtigiis inſiſtunt.
„Auctori autem noſtro placuit promiſcue re-
„centiores quoslibet in medium afferre ſine
„vllo ſelectu; quod tamen, ſi & hanc partem
„libri ſui recte tractare voluiſſet, & in emo-
„lumentum ſtudioſæ pubis, facere omnino
„non debuiſſet. Igitur nonnihil de Philo-
„ſophia in genere, & quæ huc pertinent, di-
„cturi ſumus. Nam ſpecialiora, quoad ſin-
„gulas eius partes, alii reſeruamus occaſioni.

* De veteribus tamen Philoſophis etiam in vet. ed tractatio annectitur§. 26.

Sequuntur hic nonnulla de Philoſophiæ præcipue apud *Ariſtotelem*, diuiſione, quæ lubens prætereo, cum legi commodius in opere Voſſiano poſſint. Addo tantum ſequentia de Scriptoribus Philoſophicis:

„De Philoſophorum Sectis & ipſa Philo-

ſophi-

„ſophia vtiliſſimus liber eſt, quem *Ger. Io.* Animaduer-
„*Voſſius* ſub hoc titulo edidit. Ad cognoſcen- ſiones ad c.
„dum Hiſtoriam Philoſophiæ veteris prod- 40.
„eſt etiam *Heurnius* de Philoſophiæ Barba-
„rica. Huc & *Ge. Hornius* pertinet; cuius
„extat Hiſtoria Philoſophica, qualem &
„*Grauius* ſcripſit; nec non *Ionſius*, cuius li-
„ber extat de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſo-
„phicæ.

„In ſpecie magni nominis quondam Phi-
„loſophus fuit *Plato*, quem multi poſtea ſe-
„cuti ſunt, præcipue Latini. Philoſophiæ
„eius inſtaurator fuit *Marſilius Ficinus* in
„Operibus ſuis, *Beſſarionis* Cardinalis in affe-
„ctu erga *Platonem* hæres.

„Ex *Scepticis* eminet *Sextus Empiricus* li-
„bro aduerſus Mathematicos, in quo ex Sce-
„pticorum ſententia (non ex ſua, quod ſæpe
„monet) diſputat, omnia incerta eſſe, & ni-
„hil omnino ſciri.

„*Epicuream* Philoſophiam præcipue in
„rebus naturalibus affert *Lucretius* Poeta.
„Eandem ſcripſit, & peculiari libro reſuſci-
„tauit *Petrus Gaſſendus*.

„*Democritea* Philoſophia hauri poteſt ex
„*Io. Chryſoſtomi Magneni* Democrito redi-
„uiuo.

„Philoſophiam *Stoicam* reducere in or-
„bem literarium ſuo tempore conniſus eſt
„*Iuſtus Lipſius*.

„Nec deſunt hodie, qui ab inferis reſuſci-
tant quaſi Philoſophiam *Pythagoricam*.

Animaduer-
siones ad c.
40.

„De Philoſophia & doctoribus *Scholaſti-*
„*cis* extat liber ſingularis *Adami Tribbechouii*,
„vt & *Binderi* ; quorum hic magis Theo-
„logice, ille hiſtorice magis rem pertractat.

„Inter *nouos* Philoſophos magnum ſibi
„pepererunt nomen, quamuis minime pro
„dignitate, *Lobkowizius*, *Thomas Hobbeſius*
„Anglus, & *Renatus des Cartes* ſ. *Carteſius*.
„Hi omnes ſpernunt Veteres, *Ariſtotelem*
„præcipue, quem tamen vix recte legerunt.
„Nam hic Coryphæus Philoſophorum non
„immerito cenſetur eſſe, cui tantum tri-
„buimus cum *Thomaſio*, quantum vel genti-
„lium veterum, vel noſtri temporis nouato-
„rum nemini.

„Ex editionibus Operum *Ariſtotelis* eminet
„*Iſaaci Caſauboni*, & *Duuallii*. Commen-
„tarii veteres in libros *Ariſtotelis* ſunt *Philo-*
„*ponus*, *Ammonius*, *Simplicius*, *Alexander*
„*Aphrodiſienſis*, & *Themiſtius*, qui omnes
„Græce ſcripſerunt. Ex Arabibus multum
„operæ impendit in explicationem Ariſtote-
„lis *Averroes*. Inter recentiores ſunt *Cæſalpi-*
„*nus*, *Cremoninus*, *Schegkius*, *Piccartus*, *So-*
„*nerus*, *Scherbius* & alii. Nam Scholaſtici
„nec *Ariſtotelis* mentem vbique aſſecuti
„ſunt, nec recte interpretati.

„Ceterum de recte conficiendo curriculo
„Peripateticæ Philoſophiæ egregium eſt Con-
„ſilium *Petri Ioannis Nunneſii*. Quam in
„rem etiam liber extat *Sebaſtiani Foxii*. In
„ſpecie commendationem meretur, imo
omnem

Digitized by Google

„omnem ſuperat Iſagoge *Michaelis Piccarti* „in lectionem *Ariſtotelis*, notis hodie illu- „ſtrata & ad vſum Theologicum applicata a „*Io. Conr. Durrio*, Philoſopho Altorfino ce- „leberrimo. Huc merito refertur Philoſo- „phia, vt vocant, Altorfina a *Felwingero* edi- „ta, nec non Theſes Philoſophicæ *Phil. Scher- „bii*„ Hæc ille. Animaduerſiones ad c. 40.

§. 6.

De *Campanella* inuenio ſequentia in *Bæcleri* Commentario MS. de rebus Turcicis: Thomas Campanella, *vanus homo, non eſt ſtilendus hoc in loco. Hanc is theſin habuit, vt diceret, ad monarchiam conſtituendam opus eſſe noua religione cudenda: id ſe ex ipſis Patribus habere. At enim ex Muhammede id habet. Hic eſt magiſter, quo hac in parte vti voluit.* p. 606.

## CAP. XLIII.

§. 5.

Iudicium Noſtri de *M. Antonini* libris ad ſe ipſum, quod habetur in Hiſtoria Sæculorum IV. omnino improbat, nolletque eidem excidiſſe Cl. *Fabricius* Bibl. Gr. L. III. c. 23. p. 24. *Iohannis vero Henrici Bæcleri acerbiori*, inquit, *cenſuræ, qui hos libros tanquam ſcopas diſſolutas contemnit, & Antonino indignos iudicat, pauci, vt mihi perſuadeo, qui illos legerint, aſſentientur.* Poſſent tamen forte quædam etiam in defenſionem *Bæcleri* proferri. Primum enim tenendum, non ipſius hæc eſſe p. 627. ſq.

Animaduerſiones ad c. 43.

*Bœcleri*, ſed auditorum eius, ex ore docentis iſta excipientium, verba, qui ſubinde quædam mutare, addere etiam aut demere, pro captu cuiuslibet, ſolent. Quare æquum eſſe videtur, vt hic non tam verba, quam ſenſum eorundem, ſpectemus. Sententia autem *Bœcleri* ad tria hæc capita reuocari poſſe videtur; opus illud non eſſe *Antonini*, ſed tantum fragmenta aut excerpta eius operis; tum, non cohærere inuicem ſingula huius ſcripti monita; denique, nimiam, ex more Stoicorum, eſſe auctoris de opere ſuo iactantiam, qua etiam ſeducti quidam de eo pronunciarint, quam par erat, magnificentius. Iam prior illa ſententia non eſt adeo abſurda, vt non venerit eius in mentem etiam ante noſtrum aliis, *Xylandro*, *Ionſio*, *Voſſio*, *Barthio*: at quantis viris! Totum autem opus ſtilo contexto non eſſe conſcriptum, neque ipſe Cl. *Fabricius* inficiatur, & res ipſa docet. Iactantiam denique non ſoli *Antonino*, ſed vniuerſæ Stoicorum ſectæ propriam, quis quæſo æquo hodie ferat animo? Ceterum non diſſimulauit *Bœclerus*, præclara etiam in Commentariis illis reperiri; tantum, ne omnia ſtatim pro talibus arripiant, Lipſioque & aliis Philoſophiæ Stoicæ admiratoribus nimiis faciles ad omnia præbeant aures, præmonere voluit improuidos iuuenes. Hanc Noſtri fuiſſe mentem, ex aliis eius ſcriptis patet: quæ ſi verbis paulo durioribus exprimatur, condonandum id puto feſtinanti audito-

Digitized by Google

ditorum eius calamo, non vero ipsi auctori imputandum.

Animaduersiones ad c. 44.

## CAP. XLIV.

*Boterum* perperam reprehendisse dicitur Noster in Bibliotheca Politica contracta, quæ Bibliographiæ Bœclerianæ in prioribus editionibus est adiecta, vbi §. 63. hæc verba legun- p. 672
„tur: Bœclerus *Boterum* incusat, quod quidem „scripserit tractationem, cui titulus, *de ratio-* „*ne status*; sed modo titulum esse, in ipso „opere plane nihil de ratione status haberi, „nisi quod varias rerumpubl. formas descri- „bat. Sed videtur *Bœclerus* se lectione & se- „stinatione confudisse. Scripsit enim tracta- „tum de plurimarum rerumpubl. formis. Fa- teor me locum *Bœcl.* ad quem hic respicitur, nondum inuenisse, verba enim hoc capi[illegible]a me adducta tum nondum erant edita, & præterea alium quoque videntur sensum admittere. Notandum interim, ista in repetita Bibliothecæ huius contractæ editione emendatiore, quæ sub titulo Dissertationis Isagogicæ de comparanda prudentia ciuili Ienæ 1678 4. præfixo *Bosii* nomine prodiit, omissa est

## CAP. XLVI.

### §. 4.

Referamne huc, ad Theologiam Polemi- p. 694.
cam, libros duos pestilentissimos, qui omnem euertere religionem conantur, adeoque impugnari præ ceteris a Theologis debent? Alter est *Io. Bodini Colloquium Heptaplomeres*, cuius

Animaduerſiones ad c. 46.

cuius Noſter meminit in Inſtitutionibus Politicis p. 259. his verbis: *Bodinus* in ampliſſimo *de abditis rerum ſublimium arcanis*, „opere nunquam edito, ſub initium, cum cadaueris conditi (Mumiam vocant) iactu „tempeſtatem ſedatam retuliſſet, dæmonibus & geniis nimis multa videtur attribuere „in his rebus„.

Alter eſt nefandus ille *de tribus impoſtoribus* liber, de quo in Commentario Bœcleri, quem ſupra non ſemel laudaui, de rebus Turcicis MSto hæc reperi notata: „Scripſit „quidam, *Poſtellus* nomine, librum peſtilentiſſimum, cuius tamen hodie præter nomen „nihil ſupereſt. In hoc Moſen, Chriſtum, „atque Muhameden in æquo poſuit, omnes „tres impoſtores nominans & pronuntians, „qui thyrſo religionis miſeros homines infatuarint, vt ſub hac pietatis præſcriptione „ipſos ad nutum & pro lubitu circumagerent, eisque imperitarent: hoc enim vnum „ipſos ea re quæſiſſe. Scilicet has ipſis excogitatas fuiſſe ſuperſtitiones, vt iisdem pro „inſtrumento continendorum hominum, atque coaguli inſtar vterentur. At ſunt tamen, qui, extiteritne liber in rerum natura „vnquam, in dubio ponunt. His dubitationem facile ſit eximere, ſi doceantur, qua „ratione vir quidam genere nobilis in id ſcriptum inciderit, cuius ex lectione incredulus plane factus, ſtatuerit, Moſen, Chriſtum, „& Muhameden tres maximos impoſtores

fuiſſe

Digitized by Google

„fuiſſe (ita enim habebat id ſcriptum: plura „alia inibi perſcripta poterat is idem recitare) „& quemque pro ſe ſub ſingularis pietatis „prætextu hominibus illuſiſſe. * Ita ille ſen- „ſit, quoad memorabili caſu ex inſania illa „reſipuit, vi morbi lecto affixus, poſt ſerias ſa- „ctas adhortationes, ſolatiisque adſtantium „atque ipſum viſentium Theologorum con- „ſcientiæ terrores ac anguſtias fugauit.„

Animaduerſiones ad c. 46.

## CAP. XLVII.

### §. 5.

p. 272.

Non de *Grotio* ſolum & *Seldeno*, ſed de *Pufendorfio* etiam ſententiam dixit Noſter, requirente id Illuſtri *Boineburgio* & epiſtolam a *Pufendorfio*, quem poſt edita Elementa Iurisprudentiæ Vniuerſalis ad plenius Iurisprudentiæ Naturalis Corpus elaborandum hortatus fuerat, reſpõnſi loco ſcriptam transmitteute. Edita eſt hæc epiſtola *Bæcleri* ad Ill. *Boineburgium* vna cum aliis huc pertinentibus in *Io. Grõningii* Bibliotheca iuris Gentium Europæa L. III. c. 9. nunc autem a me ex MS. in locis quam plurimis emendata.

*Io. Henr. Bæcleri ad Illuſtr. Baron. Boineburgium Epiſtola.*

Illuſtriſſime Domine, Mæcenas Maxime.

De Scripto Pufendorfiano liberanda eſt fides tibi adſtricta, quamquam alias excuſari in vniuerſo hoc negotio mallem; ſed tuum erit, Illuſtr. Domine, obſequendi ſtudio audacem, venia proſequi, & libertatem beni-

Animaduerſ. ad c. 47.

nignius interpretari. *Pufendorfii* Ingenium habile, promtum, ad magna iturum, ſi modeſtiam magiſtram adſciuerit, amo & æſtimo; ſincerius id quidem candidiusque quam hodie fieri ſolet. Deum habeo huius animi teſtem; cuius me adeo non pœnitet, vt malim de omnibus omnia bona dicere, ipſorumque dotes liberalius extollere, quam cenſura ad alios exitura vti. Verum tua iuſſa mihi ſanctiora ſunt, quam vt audeam quicquam de ſententia mea obtegere, certa ſpe fretus, te non minus vbi errauero, veniam daturum, quam ſi quid recte iudicauero, tua vlteriore cenſura & examine ad limam reuocaturum eſſe. Principio ergo mirari ſubit, quod apud Te tantum Mæcenatem, cui in ratione ſtudiorum nihil ignotum aut obſcurum eſſe poteſt, iactantius agere inſtituit, & quaſi ſibi primum obſeruata venditat, quæ publice nota erant, non dicam antequam *Pufendorfius*, ſed pæne antequam *Theognis* naſceretur. Imperitæ Iuuentutis aures crebro his acroamatis demulcentur: ſed apud viros graues talis oratio minime fuerit morata. Huius generis eſt, quod tanquam ſingulares Obſeruationes ſuas ponit:

1. Intolerandum eſſe, quod moralibus certa ſcientia denegetur. Ergo *Horneium* ſaltem non legit, (ne de aliis plurimis dicam in hac quæſtione ſerio & vehementer verſatis) qui pro certitudine, quam vocant, moralis Philoſophiæ tanquam pro aris & focis depu-

pugnat. Denique inter viros cordatos hæc theſis ſemper certa & firma fuit: certam hic quoque & firmam ſcientiam dari.

Animadverſiones ad c. 47

2. Eodem pertinet querela de libellis nihil præter XI. virtutum nomina continentibus. Iam olim in Commentario Nepotis moueram iſtam querelam; quæ tamen quo deſinat, *Pufendorfius* valere non poteſt. Errant enim, qui ex talibus libellis habitum v. g. Ethicum comparari poſſe putant. Sed qui nouit cum *Pufendorfio* contemnere eos, facile inuenit meliores autores, vtinam veteres! in quibus tamen certum eſt, non tam verſatum eſſe *Pufendorfium*, quam iactitat. Conſtat mihi ea de re inuictis argumentis. Omnibus votis ego exoptarem, tantam *Pufendorfio* cum Veteribus Græcis Latinisque vnquam contrahi poſſe familiaritatem, quantam ille vult videri iam coniunctam. Nemo me facile hic decepit, nimis diu hoc ſaxum volui. Et longe alia iamiam veſtigia talis peritiæ extarent in Opere Pufendorfiano, ſi compos eſſet huius faculatis: quam ne in *Grotio* quidem ſatis intelligere eum aut æſtimare perſuaſiſſimum habeo. Scis, Illuſtriſſime Domine, melius quam alii verbis poſſunt exprimere, rariſſimam huius decoris, quod verbotenus affectant omnes, laudem eſſe. Quid mihi de antiqua Philoſophia venditet, qui Græca cum *Pufendorfio* perfunctorie attigit, qui *Ariſtotelem*, *Platonem*, & alios, non niſi alieno ore loquentes intelligit, qui Interpre-

Animaduersiones ad c. 47.

pretes ipsorum Græcos infinita doctrina plenos, qui Poetas cum doctissimis Scholiastis Græcis, omne denique scriptorum Græcorum genus ne a limine quidem salutauit? Pauca sunt, quæ de Latinis habemus; at Græcorum thesauri immensi & inexhausti sunt. Quouis pignore deposito audeam certare, *Pufendorfium* in alio orbe erraturum, si huc vocetur. Et mirum mihi videtur, quod non verecundatur, apud Te, Illustr. Domine, qui in luce rerum viuis, iactare ea, de quibus nescit rationem reddere. En res miseta! Eruditionis simulatio artibus iactantiæ instructa plerumque se, vt vulgaris fœmina, pro Matrona venditat. Progredior

3. ad commendationem Operis de iusti iniustique scientia fundamentali: qua nihil opus est. Vino vendibili non opus est suspensa hedera. Et hanc cogitationem primum in capite *Pufendorfii* natam, cur non credere queam, parum eget demonstratione. Et nescio quomodo etiam post *Grotii* rectissima consilia minus mihi sapiant commenta eorum, qui *Grotio* sua debere dedignantur, & post *Homerum* Iliada rectius elaborasse videri volunt.

4. Maxime ingenuum est, quod fatetur *Pufendorfius*, se in *Grotio* & *Hobbesio* lecta in ordinem digessisse. Hoc adeo verum est, (legi enim non perfunctorie, & loca locis comparaui) vt Elementa Pufendorfiana, si quæras, quid præter Grotiana habeant, non possint

Digitized by Google

poſſint folium magis oſtentare. Hinc perueniendum eſt.

Animaduerſiones ad c. 47.

5. Ad vnicum illud & maximum Problema: Quid ergo poſt & ſupra *Grotium Pufendorfius* vel præſtiterit, vel præſtiturus ſit? InElementis ſane ſummo ſtudio anniſus eſt, vt Grotiana ſua faceret, non ſine ingenio, id enim ſemper dixi; ſed nec ſine ambitione. Quid ergo tandem præſtitit ſupra *Grotium*? Ε *σωματοποίησεν*, Corpus fecit huius doctrinæ, & methodo digeſſit liberius a *Grotio* diſpoſita. Hinc plura quæri poſſent. (1) Si *Grotius*, vt ipſe fatetur inProlegomenis, (adeo non opus erat a *Pufendorfio* inculcari) nom totam Iuris prudentiam vniuerſalem & perpetuam exhauſit, ſed aliis nobiles partes tractandas reliquit, qui fit quod inElementis *Pufendorfii* ea non ſupplentur? Imo vix quicquam (ſcio & fidenter ſuſtineo hanc theſin) præter *Grotio* tradita attulit. (2) Si methodi gloria vnice quæſita eſt, an putet *Pufendorfius*, eam ſe adeptum? Negabunt hoc illi, qui non poſſunt methodum eruditam agnoſcere & Mathematicorum exemplis dignam in eo, qui in primo libro toties ad ſua Principia prouocat, quæ vtique præmitti debebant, neque tamen niſi in parte poſſeriore comparent. Quid? quod contextus (ad *σωματοποίησιν* ſcilicet aptus,) in toto opuſculo plurimis dubitationibus locum & cauſſam relinquit. Nam quod in materia de pœnis, *ἀκαίρως* vtiq; oſtendere voluit, ſe *Weigelio* & Mathematicæ

Animaduersiones ad c. 47.

operam dediſſe, quale ſit, vix inter eruditos dubitabile fuerit. (3) An exiſtimet *Pufendorfius*, *Grotio* illa de Ethica, (talia enim ſunt) ignorata fuiſſe, & non potius eum illa in actu exercito poſuiſſe, quæ *Pufendorfius* in actu ſignato oſtendere voluit? (4) Et quoniam ita ſe res habet, an hæc Iuris prudentia vniuerſalis recte appelletur, & bona fide? (5) An vero Iuris Prudentia rectius illa appelletur, quæ ex iſtis moralibus principiis ſuas concluſiones per argumenta ſeu materias ſui Syſtematis deducit? vt fecit *Grotius*. Hactenus de eo quod præſtitit *Pufendorfius*; nunc de eo quod præſtiturus videtur. Hic primo mirari ſubit, quod Tibi, Illuſtr. Dne, tam oculato iudici enumerat tanquam nouam methodum, ac nunc demum proviſam, ac in futuro Opere adhibendam, quæ ipſiſſima eſt Elementorum methodus. Breuius ergo dici poterat: Vtar ea methodo, qua me vſum eſſe in Elementis vides; neſcio an etiam candidius. Denique vident hic aliquid plerique, i. e. poſſe corpus quoddam plenum Iuris vniuerſalis methodo & ratione concinnari. Sed (memineris olim vatis non vani) neque *Pufendorffus*, neque *Feldenus* conſummati huius operis laudem qui ferant, idonei forte fuerint. Canſſæ in alto receſſu, neque mihi incognitæ. Iuro tibi, Illuſtr. Dne, nemo hominum eo gloriæ procedet in hoc opere, quo proceſſit *Grotius*. Manet, manebitque incomparabile opus; quod qui vlla in par-

Digitized by Google

parte ſuperare contendet, is poſteris ludibrium debebit, imo fortaſſe (quod de plerisque non credo tantum, ſed cur credere debeam ſcio) quam non perceperit rationes *Grotio* meditatas, patefaciet. Hæc ad ſummam quæſtionis puto pertinere. Addam quæ extra rem accedunt. 1) Iudicium de Opere *Grotii*, quaſi non pleno(monuit ipſe, vt antea dixi)& in quo poſuerit pro certis, quæ dubitationem admittunt, (hoc æque *Pufendorfius* fecit, & vbi *Grotiana* in dubium vocat, haud raro fortiter repelli poteſt) denique quod ingenii humani labem non effugerit. Ergo *Pufendorfius* effugiet, qui de liberorum debito erga parentes cultu, pæne Cynica impudentia loquitur: ne de Polygamia & aliis dicam. Sed id nunc agendum non eſt. 2) De Legiſtis & ICtis veteribus nouisque vel arguendis, vel in ſubſidium vocandis puto me ſatis deprehendere, vaga & incomperta loqui *Pufendorfium*. 3) De ſcholaſticis parum ad palatum facientibus, & ſcriptoribus Caſuum conſcientiæ itidem alieno iudicio, autoritate ſua pronunciat. 4) De duplici methodo Mathematicorum ſeu a priori, & Exemplorum, ſeu a poſteriori, cur vt noua & nunc obſeruata afferuntur, quæ vel *Grotius* in Prolegomenis & alibi monuerat? 5) Quæ de diſſenſu Gentium in Capitibus Iuris habet, ex *Seldeno* ſumta ſunt, cuius conſilium ſcribendi operis parum dextre hariolatur. 6) Methodum illam a priori neſcio an ſatis can-

Animaduerſionesad c. 47.



Digitized by Google

Animaduerſiones ad c. 47.

dide opponat methodo autoritatum & exemplorum; cum & *Grotius* vtramque coniunxerit, & veterum ſententias in practicis disiungi non debere ſtatuerit. Hæc, quia iuſſiſti, & parere decet iuſſis. Si placet meam ſententiam *Conringio* noſtro examinandam dare, me id non fiet nolente. DEUS Eminent. & Sereniſſ. Electorem noſtrum & Te ſoſpitet. Scrib. Argent. d. 26. Ian. 1663.

Illuſtriſſ. T. Excell.

devotiſſimus

I. H. Bœclerus.

Hanc ſecuta eſt mox altera ad eundem eodem de argumento *Bœcleri* epiſtola, qua defenſioni Pufendorfianæ aduerſus priores ſuas literas reſpondere videtur, quamque itidem *Græningius* loco citato exhibet.

Illuſtris Domine, Mæcenas Maxime.

De foliis noſtris propediem plura recipies. *Pufendorfii* epiſtolam remitto. Et controuerſiam quidem cum *Fabricio* callide expediuit, & diſſimulata vera cauſſa, ob quam *Fabricius* publicæ cenſuræ optaret tales inſcriptiones expungi. In ceteris vult ſuperbiſſime feſtiuus videri, i. e. geminat velut de plauſtro iniurias in viros innocentes & longe diuerſis moribus a *Pufendorfii* ingenio præditos. Scilicet quæ de polygamia & diuortiis temere, de liberorum aduerſus Parentes debito impie ſcripſit, ideo reprehendent Viri graues, quia muliercularum offenſiorem animum metuunt? Credisne, Illuſtr. Domine,

ne, (oportet enim vt, depoſito in omnes ſtudio, rem ipſam iudices) aliquid potuiſſe impudentius & nequius dici? Tantus hic homo ſibi videtur, vt alios cerebrum in calcaneo geſtare arbitretur. Poteſtne homo mediocriter bonus & doctus (appello Tuam fidem!) vel per ſomnium huiusmodi quicquam ſuſpicari de bonis viris? Si ad mulierum conſilia reſpiciunt quoties philoſophari volunt, iam quid illud, quod profaniſſime de parentibus & liberis effudit, ad fœminas ſeorſum pertinet? Sed & falſum eſt, ex mero Iure Naturæ rem ita ſeſe habere, niſi ex mero Iure Naturæ mera velis commenta *Pufendorfii* facere. De Polygamia ſcio diſputari poſſe: de Divortiis maiori cautione opus eſt: de liberis & parentibus ne γρὴ quidem ad minuendam *Pufendorfii* improbitatem dici poteſt. Quod nihil ſe a bonis ſcriptoribus iuuari poſſe in ſuo inſtituto ſcribit, in eo valde mireris, ſi non cognoſcas, ingenium a Grotianæ doctrinæ rationibus i. e. optimis, immane quantum diuerſum: & vbi machinam ſuam abſoluerit, ſupereſt, vt ornatum expectes ab hoc homine, *Grotio* longe illuſtriori. Si Socialitas Naturæ humanæ (vtitur hac voce *Plinius*) primum *Pufendorfii* principium eſt, primum ſcire debebat, non ipſius hoc ingenio deberi; ſed *Ciceronem* in officiis & alios, vel ante quam *Theognis* natus eſſet, omnia iuris & officii præcepta ab ea origine repetiuiſſe. Deinde quærebatur de methodo. Si ſecu-

Animaduerſiones ad c. 47.



Digitized by Google

Animaduersiones ad c. 47.

tus est methodum, quam prioribus literis descripsit, cur postremo loco posuit & post definitiones, cum definitiones hanc præcedant. Quod *Hopperi* scientia ab ipso Auctore tum hypotheseos causſa assumta sit, nemo dicere, aut credere potest, qui *Hopperum* legit. Itaque hic quoque nugatur *Pufendorfius*. Quod eo confidentius possum dicere (quamquam, quid euidentius est verbis *Hopperi* serio loquentis & serio intelligi volentis?) quia scio *Hopperum*, cum in Galliam venisset, a *Petro Gassendo* & aliis monitum, vt errores manifestos emendaret, obfirmasse animum, & in notis sua commenta denuo communiuisse. Quid clarius? De immortalitate animæ & pœnis quæ habet *Pufendorfius*, satis ostendunt, eum veram rationem iuris (quam, quia in veteribus hospes est, *Seldenus* eum docere potuit) ignorare. De Conringianis quæ addit, non possum satis intelligere, quia puto eum de Propolitica loqui. Illud miror, quod quod tam secure de *Hoppero* pronuntiat, & auctoritatem magni ICti sibi circumdat in rebus, quarum in solidum expertem esse, nemo ignorat. Nam quod ipsum *τὸ πάνυ Conringius* quoque censura superbiore prosequitur, ea res pæne litem in nasum conciuisset, si cuiquam irasci vacaret. Dixi satis in superioribus meis literis. Sed & Græcus ille (ita huic Philosophastro per contemtum audit *Aristoteles*, quem nemo Philosophorum satis admirari potest) prurientis censu-

ras

ras calami & intemperiem non potuit effu- Animaduer-
gere. Quaſi vero ceteri Viri eruditi fera pe- ſiones ad c.
cora eſſent, & tantum auctoritate *Ariſtotelis* 74.
ducerentur, non rationibus. Iterum miror, quod non eſt reuerentior Tui iudicii *Pufendorfius*. Non ignoras, Illuſtr. Domine, illum demum poſſe dicere: Non iuro in huius magiſtri verba, qui intelligit & ſcit, quid magiſter dicat. Aſt, ſi quis, illis diligenter ignoratis, nihil ſibi cum magiſtro illo commune eſſe dicat, ineptiſſime arrogans & ſtolidus habebitur. Sed nolo noctuas Athenas portare. Vnum eſt, quod Te ſemper & ſummo rogare opere non deſiſtam, vt me Tuo fauore porro digneris. Deus cum Eminentiſſimo & Sereniſſimo Hero noſtro Te ſoſpitet ſeruetque. Scrib. Argent. d. 3. Febr. an. 1663.

*De Appendice.*

Prodierunt *Erici Mauritii*, vt putatur, cu- p. 78
ra Spriæ an. 1683, 8. *Nic.* quem vocat, *Danckwerthi* Inſtitutiones Iuris Publici, quibus ſubiuncta eſt Conſignatio de ſcriptoribus Iuris Publici, ante plures annos, vt habet titulus, a Viro Clariſſ. p. m. cum ſuis auditoribus I. P. ſtudioſis priuatim communicata. Eſt ea hæc ipſa, quam hic exhibemus, *Bœcleri* noſtri commentatio, quæ iam an. 1675, 8. cum *Bœcleri* Notis ad Ottonis Ius Publicum, cura *Vlr. Obrechti*, plenius & emendatius prodierat. Spirenſis enim editio adeo mendoſa eſt, vt ex Obrechtiana vicenis aliquot locis emendari, & integræ ῥήσεις omiſſæ (cuius rei exemplum



Digitized by Google

Animaduerſiones ad c. 47.

habes, vbi de familia Brandenburgica ſermo eſt) reſtitui queant. Nihilominus ita inemendate repetiit, *vt habetur in exemplari Spirenſi, ſine omni correctione*, vt ſub initium ipſe fatetur, *Phil. Reinh. Vitriarius*, cum iſtas Iuris Publici Inſtitutiones ψευδωνύμως antea, inſcio ſe atq; inuito editos, ſibi vindicaret, non in prima tantum Lugd. Bat. 1688. ſed omnibus etiam ſequentibus editionibus, ne poſtrema quidem, quæ Lugd. Bat. 1708, 8. comparuit, excepta. Quid quod *Vitriarii* illuſtrator ſollertiſſimus *Io. Frid. Pfeffingerus* etiam in ſua editione Friburgenſi 1691, 8. & in Gothana vberioribus commentariis inſtructa anni 1699, in 4. easdem mendas ſine omni correctione retinuit. Nos non tantum ἔκδοσιν vtramque, ſed exemplum etiam MStum contulimus, quo factum eſt, vt plura loca in hac noſtra editione legantur aut plenius, aut emendatius.

§. 12.

p. 796. In culpando *Hippolyto a Lapide* modum exceſſiſſe præ ceteris Noſtrum, cenſet nuperus Methodi ſtudii Hiſtorici architectus *Langletus du Freſnoy* p. 135. edit. Lipſienſis Neminem tamen mouerit forte hæc cenſura, cum dudum in vulgus notum ſit, Gallos partibus Imperatoriis nunquam fauere.

§. 32.

p. 817. De Lanſiana de Academiis diſſertatione in Editione huius Conſignationis Spirenſi ſequens additur Parentheſis: *Notandum ſecundum editam eſſe illam diſſertationem Helmeſtadii, 1661.* Verum anno potius 1666, 4 ibidem ſecundum eſt edita, vt ocularis inſpectio docet. Hanc repetitam editionem *Conringii* auſpiciis prodiiſſe, minus tamen emendatam eſſe, queritur *Th. Crenius* Animaduerſ. Parte XV. p. 120

INDEX

Digitized by Google

# INDEX AVCTORVM.


ABbo 524
Abdias Babylonius 717. 718
Ablauius 359
Car.Franc.Abra 607
Nic. Abramius 849
Abulfeda 567.568
Abumaſar 523
Felix Accorambonus 605
Achilles Tatius 154. 482. 520. 854
Alex.Achillinus 609
Achmes 479
Eman. Acoſta 393
Ioſephus Acoſta 393
Helenius Acron 26.853
Iac. Adamæus 339
Adamantius 595
Adamus Bremenſis 322
Melch. Adamus 435. 695
Ado Viennenſis 187
Adraſtus 506
Adr. Adrichomius 167. 390
AElianus 441.577
Paulus AEmilius 372
AEmundus 342
AEneas 576. 593
AEſchines 52.685.
AEſchylus 166. 109. 828. 849
AEſopus 639
Aetius 823
AEthicus 857
Iul. Africanus 563. 578. 727
Agapetus 629
Agatharchides 566. 567
Agathemerus 566. 567
Agathias 309. 359
Aggenus Vrbicus 515
Andr. Agnellus 755
Sueno Agon. 358
Georg. Agricola 589
Rodolph. Agricola 32
Henr. Cornel. Agrippa 608. 618
Henr. Agylæus 580
Aimoinus 755
Mich. Aitzingerus 337
Albategnius 523
Fabius Albergattus 661
Salom. Alberti 76
Franc. Albertinus 381
Albertus M. 499. 507. 516. 765
Leo Bapt. Albertus 883
Leander Albertus 379. 434
Flaccus Albinus Alcuinus 523. 752
Petrus Albinus 323

Ant. Albizius 173. 810
AlbohazenHaly 558
Albumasar v. Abumasar
Alcæus 113
Achabizius 511. 558
Alchindus 498
Andr. Alciatus 589. 638
Auitus Alcimus 749
Alcinous 595
Alcuinus v. Albinus
Aldelmus 317. 522
Hier. Aleander. 473
Nicol. Alemannus 307. 308
Alexander Alensis 765
Alex. ab Alexandro 447
Alexander Aphrodisiens. 593. 888
Muhammedes Alfraganus 157. 489. 533. 546
Algerus 764
Alhazen 511. 512. 524.
Iac. Alkindus 526
Leo Allatius 40. 836. 157 313. 553. 520. 556.
Petrus de Alliaco 526. 532
Almannus 761
Io. Ianss. ab Almeloueen 837.
Petr. Alonsus 395
Alphonsus R. 526
Io. Henr. Alstedius 7. 608.
Ant. Dadinus Alteserra 808.
Altfridus 757
Andr. Althammerus 320
Io. Althusius 657. 677
Franc. Aluaretius 394
Immanuel Aluarus 23
Pelagius Aluarus 641
ALVREDVS R. v. Elfredus
Alypius 504.
Iodocus Amannus 474
Romulus Amasæus 76. 860
Ambrosius 86. 564. 632 642. 742
Ammianus Marcellinus 290. 301. 304. 669. 866.
Scipio Ammiratus 662
Ammonius Alexandrinus 732. 888
Amphilochius 743
Anacreon 113.
Anastasius Bibl. 427. 757. 858
Anastasius Nicenus 750
Anastasius Sinaita. 749
Anatolius 563.
Alex. Anderson 502.
Petr. de Andlo 786.
Andocides 52. 53.
Ant. Andreæ 641

Andre-

Digitized by Google

Andreas Cæſarienſ. 740
Andres Presbyter 330
Valer. Andreas 399
AndronicusRhodius 594. 621. 623. 624.
Andromachus Cretenſis 518
Iac. Androuetius 584.
Dan. Angelocrator 158. 475
Angelomus 757
Alex. de Angelis 560
Andr. Angelus 325
Iac. Angelus 569
Io. Angelus 530
Petr. Martyr Anglerius 90
Anianus 563
Anianus Flander. 190
Ioh. Annius Viterb. 236. 451
Ambroſius Ansbertus 761
Anſelmus Laudunenſ. 763
Valentinus Anshelmus 157
Petrus Anteſignanus 119
Anthelmus 751
Anthemius 579
M. Antonius Antimachus 239. 835. 836.
Antiochus 855
Antipater Boſtrenſis 753
Antiphon. 52.
Antiſthenes 653
Antoninus AEpiſc. 190
Antoninus Imp. 164. 627 855. 889.
Antonius Abbas 735
AElius Antonius Nebriſenſis 570
Antonius de Padua 765
Petrus Antonius 367
Aphthonius 39. 833
Pet. Apianus 532. 574. 587
Philippus Apianus 329. 572.
Apollinarius 105. 738. 847
Leuinus Apollinius 395
Apollodorus 160. 171.
Guil. Apollonius 686
Petrus Apollonius v. Collatius
ApolloniusPergæus 495. 880. 502
Apollonius Rhodius 102. 828. 847.
Michael Apoſtolius 21
Appianus 252. 861
Apſines 40. 836.
Apuleius 460. 488
Apulienſis v. Guilielmus.
Aquila Ponticus 731

Aqui-

Digitized by Google

Aquila Romanus 46
Io. Aquila 477
Henricus Aquilius 344
Franc. Aquilonius 513
Thom. de Aquino 640. 651. 770
Ahmed Arabſchiades 392
Arator 135
Aratus 510. 517. 524. 536
Arcanda 558
Sixtus Arcerius 440. 441. 578
Archimedes 496. 510. 576
Aretæus 822. 823
Guido Aretinus 507
Leonh. Aretinus 387. 465
Bened. Aretius 379
Marius Aretius 368
Thom. de Argentina 641
Petr. Argentoratenſis 332
Iſaacus Argyrus 497. 514. 520. 568
Bened. Arias, Montanus 226. 572
Gregorius Ariminenſ. 641
Ariſtæas 397
Ariſtarchus 517. 543
Ariſtænetus 78
Ariſtides 54. 839
S. Ariſtides 718
Ariſtides Quintilianus 504. 505.
Ariſtophanes 110. 850
Ariſtoteles 33. 91. 106. 287. 490. 551. 576. 589. 590. 605. 610. 616. 619. 621. 636. 650. 653. 664. 666. 691. 884. 887. 888.
Ariſtoxenus 504
Ioh. Bapt. Armeninus 7
Io. Arndius 698
Henningus Arniſæus 656. 658. 664. 678. 689
Arnobius 724
Arnobius iunior 747
Arnoldus Carnotenſ. 764
Arnoldus Lubecenſis 317
Io. Arnoldus 366
Petrus Aron. 508
Arrianus 161. 273. 255. 296 567. 566. 578. 625. 855.
Arſenius 829
Artemidorus. Epheſius 162. 479
Georgius Arthurus 220
Gothardus Arthuſius 365 560.
Dominic. Arumæus 782. 789. 790. 818.
Arzahel 524. 531
Rogerius Aſchamus 87
Aſclepiodotus 582
Aſclepius 486
Aſconius Pedianus 24. 10
Io.

Digitized by Google

Io. Eſtwodus de Ashenton. 528
Aſpaſius 621. 623. 624
Aſteſanus Aſtenſis 641
Aſtrampſychus 479
Athanaſius Epiſc. 736
Athanaſius Rhetor 40. 837
Athelardus 499. 524
Athenæus 14. 111. 455. 576. 512
Athenagoras 719
Germ. Audebertus 320
Io. Auentinus 319. 812.
Auerroes 525. 888. 591
Auguſtinus 506. 745. 726
Anton. Auguſtinus 174. 368. 383. 466. 704. 768
Auicenna 824
Petr. d' Auidi 165
Feſtus Auienus 163. 522 567. 856.
Ludou. ab Auila 321. 869
Ludou. Aurelianenſis 277. 280. 281.
Aurelianus 507. 824
Cornelius Aurelius 343
Iulianus Aurelius 478
Ioſephus Auria 516. 518. 546
Auſonius 145
Iulius Anſonius 823
Antolycus 516. 546.
Balth. A yala 776

B.

Io. Baazius 361
Bacchius 506
Bacchylides 113
Bacharius Maccæus 522
Cl. Caſp. Bachetus 487. 880.
Reinerus Bachouius 619
Fr. Baco de Verulamio 341. 607. 665. 638
Ioh. Bacondorpius 527
Rog. Baconus 507. 511. 526. 881. 569. 588.
Iod. Badius Aſcenſius 468
Henr. Baerſius 533
Mahomed Bagdedinus 498
Ioh. Baierus 548. 560
Adr. Bailletus 827. 830. 832
Io. Bainbridge 520
Io. Balæus 399. 431
Io Balantyne 570
Balduinus 189
Franc. Balduinus 426
Bern. Baldus 572. 584. 568
Io. Balinus 339
Theod. Balſamo 765. 760
Io. Ludou. Balzac. 148
Henr. Bangertus 317
Alb. Bannius 509

Re-

Redemtus Baranzanus 549
Dan. Barbarus 465. 512
Hermol. Barbarus 465. 500. 530
Moſes Barcepha 757. 763
Io. Barclaius 140. 483. 484. 562. 604. 642
Guil. Barclaius 678. 679
Barlaamus 491. 497. 564
Caſp. Barlæus 76. 147. 396. 573
Hadrianus Barlandus 320. 341. 343.
Martinus Barletius 366
Guil. Barlowe 571
Barnabas 713. 715
Rob. Barns 431.
Fr. Barocius 492. 497. 501. 514
Cæſar Baronius 211. 385 702
Laurentius de la Barre 209
Garſias Barrionueuo 77
Gabr. Barrius 389
Lud. Barthemannus 395
Caſp. Barthius 94. 130. 133. 164. 374. 737. 748. 763. 852.
Thom. Bartholinus 474. 615. 616. 618.
Car. a Baſilica Petri 385
Baſilius Epiſc. 739
Baſilius Imp. 629
Baſilius Patricius 582
Io. Baſſantinus 548
Henr. Baſſeus 324
Caſſianus Baſſus 692
Guil. Batecumbus 528
Rud. Battingius 541
Io. Bauarus 539
Dominicus Baudius 76. 87. 340
Laz. Bayfius 474
Petr. Beaufardus 490. 544
Lupoldus de Bebenburg. 786
Io. Goropius Becanus 469. 693
Phil. Bechius 488
Frid. Bechmannus 884
Beckerus 782
Io. Chriſtophorus Beckmannus 469. 840
Beda 355. 488. 507. 523. 565. 752.
Iac. Bedrotus 512
Io. de Beka 343.
Martinus Bellaius 375
Rob. Bellarminus 399. 686. 694. 699
Bellator 756
Petr. Bellonus 450

Iul.

Digitized by Google

Iul. Bellus 662
Rob. Belus 875
Petrus Bembus 384. 466
Beneuenutus Imolenſ. 421
Beniamin Tudelenſis 164
Paulus Benius 177
Hier. Benzonus 395
Abr. Berckelius 567. 856
Berengoſus 750
Franc. Bergomas 422
Philippus Bergomenſis 195
Claud. Berigardus 515
Marſil. Berlingerus 569
Anton. Bernardus 561
Io. Bapt. Bernardus 605
Ianus Bernartius 129
Matthæus Berneggerus 76. 14. 180. 181. 182. 293. 364. 408. 415. 663. 445. 548. 787
Bernhardus 764
Berno Abbas 507
Phil. Beroaldus 416. 460 465. 466.
Beroſus 236
Georg. Berſmannus 849
Io. Bertelius 478
Bertharius 760
Chriſtoph. Bertholdus 431
Petrus Bertius 159. 166. 320. 384. 573. 885. 854
Bertramus Corbeienſis 760
Bertramus Pesbyter 756
Bernh. Bertramus 818
Bonauent. Corn. Bertramus 226. 664
Petr. Bertrandus 765
Phil. Beſchlerus 367
Iacobus Beſni 158
Petr. Beſodnerus 399
Chriſtoph. Beſoldus 4. 396. 452. 671. 809
Beſſario 602. 887
Bethem. 558
Io. Betlenius 365
Io. Betſan. 511.
Nicol. Betſius 820
Xyſtus Betuleius 725
Michael Beutherus 157 541
Laurentius Beyerlinck 32. 448. ſeq. 642.
Io. Hartmannus Beyerus 503
Iod. Beyſſelius 468
Theod. Beza 674
Iac. Biæus 477
Theodorus Bibliander 3. 467.
Emericus Bigotius 17
Iac. Billius 843. 741
Iac. de Billy 503

Chri-

Digitized by Google

Christoph. Binderus 888
Bion. 114. 115. 845
Biondi 484
Vannocius Biringucius 583
Lælius Biſciola 450
Odoardus Biſetus 850
Bito 582
Caſp. Bitſchius 64. 204
Pet. Bizarrus 386. 391
Guil. Blaeu 166. 574. 551
Io. Blanchinus 530. 533
Ioſ. Blancanus 489
Guil. Blancus 862
Niceph. Blemmidas 594. 610. 616
Ditmarus Bleskenius 359
Dauid Blondellus 158. 174. 212. 218. 429
Flauius Blondus 379
Th. Pope Blount 858
Io. Blum. 583
Io. Boccacius 465
Traian. Boccalinus 140. 298. 452. 662
Io. Bocerus 324. 325. 358
Sam. Bochartus 167.
Io. Bodinus 177. 657. 785. 891
Io. Henr. Bœclerus 4. 134. 255. 274. 360. 408. 859. 863. 871. 903
Io. Boemus 452
Hector Boethius 357
Boethius 41. 837. 488. 498. 506. 750
Io. Iac. Boiſſardus 436. 478
Paulus Bolduanus 399
Io. Bollandus 432
Raph. Bombellus 491
Guid. Bonatus 527. 561
Fed. Bonauentura 641. 668. 672
Iac. Bonfadius 682
Antonius Bonfinius 364
Iac. Bongarſius 87. 180. 182. 391
Bonifacius 752
Balth. Bonifacius 481
Fr. Bonnæus 3. 484
Herm. Bonnus 335
Carharina Boot. 360. 361.
Io. Bordatus 849
Franc. Bordinus 543
Mart. Boregk 326
Io. Alph. Borellus 880
Martinus Borrhæus 34
Anton. Boſius 382
Io. Andr. Boſius 829
Donatus Boſſius 190. 386
Rudolphus Botereus 375
Io. Boterus 452. 664. 667. 672. 891
Guil. Botoner 529.

du

Digitized by Google

du Bouchet 174
Car. Bouillus 489. 500
Iac. Bourdelotius 878. 860
Marcus Zuerius Boxhornius 194. 304. 340. 401. 417
Thomas Bozius 379
Iac. Bracellus 386
Campanus de Brachiis 380
Tycho Braheus 543. 544
Sebaſt. Brand 140. 332
Io. Brando 189
Georg. Brautlachtius 783
Simon Bredonus 488. 528. 565
Georg. Pontanus a Breitenberg 367
Brenlanlius 528
Ed. Brerewodus 475
Rob. Brettus 567.
Phil. Brietius 573
Henr. Briggius 492
Barnabas Briſſonius 30. 236 391. 454. 467. 664. 684
Io. Britannicus 137. 853
Barthol. Brixianus 380
Io. Brodæus. 110. 116 850
Mart. Broniouius 392
Io. Broſcius 879
Hieremias Brotheiel 539
Erneſtus Brotuffius 324
Chriſtoph. Browerus 335
Henr. Brucæus 542
Henr. Bruningius 817
Andr. Brunnerus 329. 812
Mart. Brunnerus 478
Bruno 324. 763
Otto Brunsfelſius 400. 532
Mich. Brutus 87
Theodorus de Bry 381
Manuel Bryennius 506
Guil. Bucanus 693
Gabriel Bucelinus 174
Georg. Buchananus 146 357. 677. 679
Mich. Buchingerus 431
Aug. Buchnerus 28. 83
Abrah. Bucholzerus 155
Guilielmus Budæus 20. 462. 476. 449
Iul. Cæſ. Bulengerus 6. 203. 382. 391. 469. 475. 481.
Iſmael Bullialdus 553. 487. 879. 518. 519. 520. 568. 675. 795
Chriſto. de Buon del montibus 569
Franc Burcardus 792.
Lambertus van der Burch 377 (761
Burchardus Dorceſtrius
Andr. Bureus 357
Luc. de Burgo 491 (422
Nicol. Burgundus 339. 807.



Digitized by Google

Augerius GisleniusBuibequius 366. 873
Io. Buteo 491. 501. 515. 583
Georg.Buteus 348
Claud. Buxerius 492
Gerlacus Buxtorfius 790
Io. Buxtorfius 559
Iustus Byrgius 544
Abrah.Bzouius 212. 431

C.

Nic.Cabasilas 766
Aloysius Cadamustus 395
Georg. Cælestinus 331
Lud. Cælius, Rhodiginus 448. 466
Andr.Cæsalpinus 604. 888
Cæsar Germanicus 521
Iulius Cæsar 53. 54. 76. 235. 262 275.405.413
Cæsarius 748
R. Abrah.Cai 488.525.538
Cæl. Calcagninus 463
Domitius Calderinus 131. 465
Pyrrhus Caldoræus 843
Manuel Caleca 766
Ambrof.Calepinus 26
Georg. Calixtus 216. 698. 429. 747
Callimachus 94. 845
CalpurniusFlaccus 73.838
T. Calpurnius 133
Io. Caluinus 29
Sethus Caluisius 155.854
Camariota v. Camerites
Guil. Camdenus 345. 348
Ioach Camerarius 18. 32. 40. 836. 87. 96 849. 106. 109. 114. 215 233.307.331. 366.441. 476. 491.497. 533. 486. 879. 492. 519. 557.621 623.625.638 691. 860. 866.
Ludou.Camerarius 366
Phil. Camerarius 450
Matth.Camerites 40.837
Thom.Campanella 606. 889.
Campanus Nouarienſ.525
Io. Campanus 499. 493
Symphor. Campegius 400. 607
Florianus a Campo 367
Fr. Foxius Candalla 494
Pantaleon Candidus 367
Petr. Canisius 467
Phil. Cannaius 671
Pet. Andr. Canonher 668
Io. Cantacuzenus 312
Guilielmus Canterus 54. 109. 124 468. 839
Theod. Canterus 468
ThomasCantipratenſ.641
Claud.Cantiuncula 684
Carolus Cantoclarus 58. 341. 581 Ga-

Digitized by Google

Galeatius Capella 381
Marcianus Capella 23. 832. 462. 498. 506. 522.
Iac. Capellus 191. 475
Caper 21
Caperonierius 846.
IuliusCapitolinus 304. 412. 418.
Hier. Cardanus 489. 540. 602.
Io. Cario 191. 533
Hugo de S. Caro 765
CAROLVS M. 523
Bened. Carpzouius 791
Lud. Carrio 467
Renat. des Cartes 513. 608. 888
IsaacusCasaubonus 60. 841 61. 87. 137. 139. 148. 159. 160. 176. 211. 232. 245. 248. 255. 259. 293. 408. 410. 414. 416. 417. 436. 437. 445. 455. 456. 456. 474. 479. 588. 576. 568. 590. 591. 624 861.
Mericus Casaubonus 113. 627. 628
Ioh. Caselius 39. 90. 96. 655. 836. 847.
Petrus Leo Casella 380
Simon de Cassia 766
Io. Cassianus 746
Cassiodorus 85. 183. 498. 506 418
Cassius 823
Iosephus Castalio 468
Seb. Castalio 695
Petrus Castellanus 436. 469. 522
Bonauentura Castilioneus 368
Matth. Castritius 434
Petr. Ant. Cataldus 492. 502
Io. Maria Catanæus 83
Catecuuius 624
Cato 114
Catullus 142
Barth. Caualcantius 583
Io. Bapt. de Caualleriis 382
Bonauentura Cauallerius 503. 560
Lud Cauitellus 385
Nicol. Cauſſinus 47. 481. 638
Cebes 629
Georg. Cedrenus 150. 184. 186
Balth. Cellarius 656
Corn. Celsus 823. 588. 822
Conradus Celtes 318
Hieron. Conneſtaggius 368
Censorinus 151. 522
Ludou. de la Cerda 122. 123



Digitized Google

Cerealis 748
Petr. Ceronus 509
Petrus Ordonnez de Ceuallos 395
Chæroboſcus 9
Chalcidius 594.
Demetr. Chalcocondyl. 9
Laonicus Chalcocondylas 311. 393. 871
Daniel Chamierus 87. 693
Soſipater Chariſius 23
Petr. Charron. 485
Vinc. Chartarius 478
Nic. Chaſſanæus 816
Boguſlaus Phil. Chemnitius 359
Martin. Chemnitius 693. 694. 699
Andr. du Chesne 371. 875.
Franc. du Chesne 371. 750. 875
Io. Iacobus Chiffletius 158. 174. 377. 812
Io. Chokier 476
Choniates v. Nicetas
Iacobus Chriſtmannus 157 501. 522. 546.
Io. Chriſtophorſonus 207
CHRISTVS 708. 716
Georg. Chryſococcas 567. 568
Petr. Chryſologus 747
Manuel Chryſoloras 9
Io. Chryſoſtomus 62. 111. 745 767
Dauid Chytræus 323
Alph. Ciacconius 431 473
Pet. Ciacconius 473. 475
Ant. Cicarellus 420
Cicero 41. 49 63. 75 79. 83. 120. 282 296. 521. 611. 629. 654. 655. 683 684. 685
Chriſt. Cilicius 324. 358
Cinnamus 313
Petrus Ciruellus 493 532
Arn. Clapmarius 655
Scipio Claramontius 668
Ad. Clarmundus 877
Claudianus 129
Claudius Taurinenſ. 753
Chriſtoph. Clauius 490. 494. 497. 545 547. 587
Clemens Alexandr. 726
Clemens Langthonienſis 525
Clemens Romanus 713. 715. 717
Cl. Clemens 753
Nicol. Clemens 328
Cleomedes 506. 520. 881
Cleonides 504
Iod. Clichtoueus 489
Io. Climacus 749
Ioach. Clutenius 783 427
Philipp. Cluuerius 166. 167. 320. 333.



Digitized by Google

Io. Cluuerus 193
Mich. Coccinius 381
Iodocus Coccius 427
Io. Cochlæus 500. 508
Io. Cocinus 833
Rob. Cocus 699
Georg. Codinus 309. 310
Gilbertus Cognatus 366. 377. 609. 872
Christ. Colerus 445. 655. 665 877
Petrus Apollonius Collatius 137. 852
Pandulfus Collenutius 387
Hippolytus a Collibus 279. 280. 668. 865
Georg. Collimitius 532
Paulus Colomesius 861
Pet. Coluius 460
Christoph. Columbus 395
Columella 692
Io. Columna 188
Franc. Combefisius 858
Natalis Comes 196. 204. 478. 616.
Petr. Comestor 764
Philipp. Cominæus 245. 374
Fed. Commandinus 494. 496. 498. 517. 519. 543. 578. 584. 880
Anna Comnena 311
Hier. Connestagius 268
Conradus 318. 763
Conradus Episcopus 334
Herm. Conringius 650. 655. 665. 678. 782. 800. 805. 817. 904.
Constantinus Porphyrog. 313. 443. 580
Rob. Constantinus 19. 831. 388. 588
Casp. Contarenus 383
Franc. Contarenus 387. 665
Vinc. Contarenus 383. 468
Ad. Contzenius 657
Nic. Copernicus 535
Leonh. Coquæus 431
Franc. Fernandus de Cordoua 484
Corippus 137
Thomas Cormerius 375
Ianus Cornarius 475
Cornificius 41
Cornutus 26. 137. 853
Andr. Corsalius 573
Laur. Coruinus 569
Messala Coruinus 304
Cosmas Pragensis 326
Franc. Costerus 693
Nic. Cragius 244. 513. 664. 685
Henr. Audr. Cranius 792



Digitized by Google

Io. Craſſotius 605
Iun. Paul. Craſſus 823
Cæſar Cremoninus 605. 888
Th. Crenius 833. 882
Lud. Creſollius 46
Petr. Crinitus 448. 449
Io. Criſpinus 37. 834
Martinus Cromerus 363
Caſp. Cropacius 326
Frid. Croſnerus 332
Emericus Cruceus 128
Franc. Crucimannus 399
Petr. Crugerus 492
Martinus Cruſius 313. 331
Paulus Cruſius 542
Cteſias 232
Cteſibius 514
Quirinus Cubachius 790
Iacobus Cuiacius 78. 843
Petrus Cunæus 59. 226. 664. 848
Ioach. Curæus 327
Cælius Auguſt. Curio 366. 872
Cælius Secundus Curio 27. 465
Curtius 76. 239. 276.
Nic. Cuſanus 492. 499. 529
Io. Cuspinianus 151. 327. 365 421. 811
Mart. Cuthenus 326
Paulus Cypræus 325
Cyprianus 723
Iul. Cyrenius 561
Cyrillus 738. 746
Cyrus Sophiſta 837

D.

Dacius 150. 854
Daimachus 582
Iac. Dalechampius 611
Nic. Damaſcenus 666. 752
Damaſcius 594
Damaſus 741
Damianus Philoſ. 511
Iac. Damianus 433
Nic. Danckwerth 903
Henr. Dandalus 384
Petrus Daniel 122
M. Egnatius Dantes 510. 584
Conr. Daſypodius 493. 497. 512. 516. 540
Aug. Dathus 387
Cl. Daufquius 852
Conradus Decius 327
Io. Dee 481
M. Ant. Delrio 469
Demades 52

De-

Digitized by Google

Demetrius Phalereus 39. 834. 653
Halicarnaſſeus 836
Democrates 21. 831
Ludou. Demontioſus 584
Demophilus 21. 831. 855
Demoſthenes 48. 75. 682 684. 685. 838
Io. Demſterus 381
Pet. Denaiſius 463. 819.
Dexippus 594
Paulus Diaconus v. Paulus
Diadochus 745
Dicæarchus 162. 566
Io. de Dicaſtillo 640. 771
Dictys Cretenſis 408
Didymus Alexandrinus 10. 96. 737. 846.
Didymus Tarrhæus 20
I. C. Dietericus 693. 422
Richardus Dieterus 796
Thom. Diggeſſeus 544
Leon. Diggs 584
Io. Mich. Dilherrus 657
Wilhelm. Dillichius 325
Dinarchus 52. 53. 839
Richardus Dinothus 339
Dio Caſſius 253. 256. 290. 861. 864. 874
Dio Pruſæenſis 60. 841. 236
Diocles 506
Diodorus Siculus 178. 857
Diogenianus 21
Diomedes 23
Dionyſius Alexandrinus Epiſc. 733
Dionyſius Areopagita 715
Dionyſius Byzantinus 567 568
Dionyſius Exiguus 564. 565
Dionyſius Halicarnaſſenſis 37. 54. 233. 251. 682. 835. 836. 861
Dionyſius Periegetes 161 163. 567. 733. 857
Diophantus Alexandr. 487. 879
Ditmarus Merſeb. 316. 422
Petrus Diuæus 336. 342
Henr. Dodwellus 566
Stephanus Doletus 375
M. Antonius de Dominis 513. 686. 688
AElius Donatus 24. 119. 122.
Ant. Franc. Donius 508
Io. Bapt. Donius 509
Nic. Donis 569
Hier. Donzellinus 840
Caſpar Dornauius 365. 484
Dorotheus Epiſcopus 733
Io. Georg. Dorrſchæus 794
Doſitheus Magiſter 32
Io. Andr. Doſius 382

Franc. Douſa 137
Georg. Douſa 310.311. 873
Ianus Douſa 117.121. 133.143. 343.571. 851. 852
Georg. Draudius 398. 450
Wolfg. Drechslerus 366. 872
Matthæus Dreſſerus 195
Io. Druſius 209
Chriſti. Druthmarus 753
Io. Dryander 536. 570. 587
Io. Dubrauius 326
Fronto Ducæus 208
Andr. Dudithius 834
Alb Durerus 500. 583
Io. Conr. Durrius 889
Io. a Duſſeldorf. 391
Io. Duns Scotus 641
Guil. Durandus 641
Iac. Durantius 468
Guil. Duuallius 888
Apollonius Dyſcolus 442

E.

Paulus Eberus 157. 226
Abr. Ecchellenſis 880
Edmundus Cantuarienſ. 765
Egeſippus v. Hegeſippus
Eginhardus 412. 423. 751
Ioh. Bapt. Egnatius 366. 416 421
Elias Ehingerus 57
Io. Eichlius 307
Laur. Eichſtadius 552
Guilielmus Eiſengrein 214. 400
Elbodus 564
ELFREDVS R. Angl. 355
R. Elias 488. 498
Eligius 750
Georg. Elmacinus 874
Geuer. Elmenhorſtius 460. 461. 723. 724. 725.
Ionas ab Eluerfeld 324
Io. Elyſius 389. 876.
Io. Emboſſius 32
Vbbo Emmius 158. 173. 344. 664
Empedocles 516
Georg. Acacius Enenckel 233. 256. 259. 669.
Arn. Engelbrechtus 790
Ennodius 748
Caſp. Ens 359. 365. 375. 452. 664. 667
Chriſtianus Enzelius 327
Mich. Epheſius 594. 490. 621. 623. 624
Ephræmus 738
Epictetus 625
Epiphanius 217. 741. 868
Boetius Epo 216
Deſiderius Eraſmus 31. 87. 140. 416. 591. 636. 700. 723. 724. 725. 736. 742. 744. 767

Era-

Digitized by Google

Eratosthenes 496
Daniel Eremita 169
Ernestus Eremundus 337
Henr. de Erfordia 189
Io. Erigena 756
Ermenoldus 755
Henr. Ernstius 22. 642. 725
Erotianus 863
Th. Erpenius 366. 874
Ianus Nicius Erythræus 140. 435. 562. 642
Nicol. Erythræus 123
Esaias Abbas 750
Io. d' Espieres 157
Estwodus v. Aschendon.
Etherianus 764
Euagrius 206
Euanthius v. Eugraphius
Nicol. Euboicus 366
Eucherius 746
Euclides 486. 493. 499. 504. 510. 512. 517. 525. 546.
Eugippius 748
Eugraphius 24. 119.
Eumenius 71. 842
Eunapius Sardianus 439
Euodius 718
Euripides 126. 107. 829
Ernestus de Eusebiis 794
Eusebius Cæsareens. 150. 206. 426. 563. 734. 859
Eusebius Emesenus 747
Eustathius 10. 96. 846. 98. 161 482. 879. 594. 567
Eustratius 490. 621. 623. 624
Euthymius Sardensis 750
Euthymius Zigabenus 764.
Eutocius Ascalonita 495. 496
Eutropius 305
Iulius Exsuperantius 304
Io. Ezler 532

F.

Basilius Faber 28
Iac. Faber 508. 488.
Io. Faber 473
Petrus Faber 5. 32. 33. 64. 468. 860
Tanaquillus Faber 121. 124 172. 639
Franc. Fabricius 182
Georg. Fabricius 119. 135. 323. 381. 432. 807
Io. Alb. Fabricius 829. 830. 839. 844. 845. 846. 878. 856. 862
Car. Annibal Fabrottus 428
Barth. Facius 388
Gabriel Faernus 119
Hugo Falcandus 389
Ger. Falckenburgius 848
Octauianus Fanensis 387
Rhemnius Fannius 588



Digitized by Google

Thomas Farnabius 124
Andr. Faui:: 816
Fauſtinus 741
Fauſtus 671
Thom. Fazellus 389
Io. Bern. Felicianus 490 500
Io. Paul. Felwingerus 889
L. Feneſtella 382
Fulgent. Ferrandus 748
Octauianus Ferrarius 381
Octauius Ferrarius 474 840
Arnoldus Ferronus 118. 120. 372. 373
Feſtus Pompeius 21. 22
Marſil. Ficinus 530. 592. 597. 608. 887
Chriſtianus Fidelis 794
Orontius Finæus 489. 493. 511. 533. 570. 587
Finnanus 564
Iul. Firmicus 531. 557. 558. 559.
Siculus Flaccus 515
Matthias Flacius 29. 30. 33 433. 884. 590. 758
Gommanus Flinsbachius 173
Andreas Dominicus Floccus 382
Flodoardus v. Frodoardus
Alex Florauantius 587
Lud. Florianus 508
Florus 299 304. 761
Rob. Fludd de Fluctibus 552. 618
Valent. Fœrſterus 766
Vbertus Folieta 177. 366. 386. 435
Herm. Follinus 492
Petr. Fonſeca 605
Stephanus Forcatulus 371
Chriſtoph. Forſtnerus 87. 253. 297. 866.
Ioach. Fortius 490
Leonh. Fortius 583
Curius Fortunatianus 46. 838
Georg. Fournier 166
Sebaſt. Foxius 607. 888
Hieron. Fracaſtorius 534
Freculphus 755
Andr. Maximilianus Fredro 364
Marquardus Freherus 277 315. 326. 329. 333. 389. 476. 790. 803. 807 428. 430. 786. 787. 804. 865
Thomas Freigius 68
Io. Freinshemius 77. 121. 239. 268. 273. 284. 296. 299. 300. 416. 804
Wolfg. Freymonius 768

Andr.

Digitized by Google

Andr. Fricius 659
Nicodemus Frischlinus 94 544. 850
Io. Iac. Frisius 400. 881
Frodoardus 376
Io. Froissardus 373
Libertus Fromondus 550
Iul. Frontinus 515. 577
Sam. Fuchsius 560
Io. Iacobus Fuggerus 328. 422
Fulbertus 763
Fulco 761
Fulgentius 748
Bapt. Fulgosus 450.
Io. Herburtus de Fulstin 363
Andr. Fuluius 381
Io. Funccius 155
Frid. Furius 668
Bern. Gerbrandus Furmerius 343
Dan. Furlanus 625

G

Gabrias 639
Franchinus Gafurius 508
Alex. Gaguinus 362
Robertus Gaguinus 372
Andr. Gailius 793. 820
Cl. Galenus 615. 821
Galilæus de Galilæis 548. 552
Vinc. Galilæus 509
Petrus Gallandius 42. 43
Io. Bapt. Gallus 198
Paschalis Gallus 591
Ioh. Paulus Gallutius 158. 547
Io. Gamurinus 339
Dinus de Garbo 588
Ioh. Garcæus iunior 540 559
Balth. Garthius 19
Thom. Garzæus 562
Io. Garzo 323
Thomas Garzonus 2
Achilles Gassarus 331. 869
Petrus Gassendus 3. 124. 157. 440. 449. 514. 551. 554. 614. 887. 591
Th. Gatackerus 627
Gaudentius 505. 745
Gilb. Gaulminus 482 879
Luc. Gauricus 500. 529. 533.
Theodorus Gaza 9. 366. 465. 828
AEneas Gazæus 718
Geber 523
Io. Gebhardus 143. 408. 408. 864
Io. Wernerus Gebhardus 865
Iustus Gebhardus 790
Hieron. Gebwillerus 321. 327. 332. 812

Ge-

Digitized by Google

Gelaſius 748
Gerh. Geldenhaurius 343
Sigiſm. Gelenius 111. 222. 567. 568 855. 860
A. Gellius 180. 458. 633 635
Henr. Gembergius 87
Geminus 497. 5 8. 594
Georgius Gemiſtus Plethο 239. 564. 594
Cornel. Gemma 538. 544
Reinerus Gemma 538. 574 609
Geor. de Gemmingen 582
Hieronymus Gemuſæus 159 568. 607. 855
Gilbertus Genebrardus 155
Gennadius 748
Innoc. Gentilettus 680
Albericus Gentilis 479. 668 670. 678. 776
Scipio Gentilis 199. 461
Georgius Logotheta 311
Georg. vid. Chryſococcas
Nicol. Gerbelius 243
Io. Gerhardus 663. 689. 693 694. 695. 697. 699
Paulus Gerhardus 488
Germanicus Cæſar 134 521
Germanus Epiſc. 751
Georg. Germanus 157
Io. Gerſon. 529
Conr. Gesnerus 398. 442. 835. 567. 628. 868
Timannus Geſſelius 216
Car. Geſualdus 509
Caſp. Geuartius 468. 421
Geufræus 872
Chriſt. Gewoldus 790. 804. 805
Marinus Ghetaldus 502. 511. 881
Balth. Gibertus 834. 835
Obert. Giſanius 31. 123. 124
Gildas Cambrius 761.
Gildas Sapiens 748
Victor Giſelinus 31
Io. Glaudorpius 29. 174
Henr. Glareanus 119. 377 416. 508. 570. 589
Mich. Glycas 186. 857
Io. de Gmunden 528
Iac. Goarus 858
Io. Gobelinus 205
Io. Goclenius 561
Rod. Goclenius 29. 607
Ad. Goddam 641
Godefridus Viterbienſis 188. 314
Guil. de S. Godialdo 527
Nic. Godignus 394
Franc. Godwinus 356
Damianus a Goe- 874
Melchior Goldaſtus 32. 87 316. 321. 322. 331. 363. 686. 794. 800. 803. 806.

Nic.

Nic. Goldmannus 585
Iac. Golius 636 880. 523
Hub. Golzius 465. 477. 421
Franc. Gomarus 693
Abrah. Gorlæus 475. 477
Io. Gorræus 822
Dionyſius Gothofredus 28. 832. 809
Iac. Gothofredus 56. 168 207 568. 769. 779. 856
Io. Lud. Gottfried. 192. 193. 452
Gottfr. Vindocinenſ. 764
Io. Georg. Græuius 68. 99. 102. 182
Io. Bapt. Grammaye 335. 341. 390. 394
Bartholomæus Grammondus 375
Franc. Marius Grapaldus 30
Richardus Grasdale 189
Conradus Graſerus 210
Io. Iac. Graſſerus 362
Theodorus Graswinckelius 319. 385. 810. 778
Gratianus 764
Gratius 133
Abr. Grauius 887
Io. Grauius 568
Nicephorus Gregoras 311. 871
Gregorius II. 751
Gregorius Aneponymus 595
Gregorius Bæticus 737
Gregorius M. 750
Gregorius Nazianzenus 62. 740
Gregorius Neo-Cæſarienſis 733
Gregorius Nyſſenus 539. 743
Gregorius Turonenſis 750
Petrus Gregorius v. Tholoſanus.
Iac. Gretſerus 212. 310. 312. 433. 670. 685. 716. 858. 867
Guil. Griſauntus 499. 528
Gregorius Groitſchius 324
Gromatius 745
Iac. Gronouius 248. 567. 568
Io. Frid. Gronouius 74. 87. 120. 128. 129. 268. 270. 476. 633. 842
Paſcaſius Groſippus 8
Hugo Grotius 45. 87. 115. 132. 134. 135. 147. 183. 225. 307. 308. 333. 340. 341. 343. 352. 358. 392. 772. 462. 517 521. 619. 623. 630. 687. 690. 739. 769. 898. 899.
Stanisl. Grſepſius 475



Digitized by Google

Nic. Gruchius 383
Ianus Gruterus 32. 52. 839. 68. 69 71. 84. 195. 265. 268. 281. 298. 304. 416. 419. 466. 595 642. 663. 842
Simon Grynæus 327. 500. 519. 534
Io. Gryphiander 808
Seb. Gryphius 490
Io. Gualterius 156. 195
Bernh. Gualterus 530
Ant. Guevarra 424. 636. 638. 669
Franc. Guicciardinus 380
Ludou. Guicciardinus 168 335
Guido Carmelita 766.
Guido Rauennas 359.
Melch. Guilandinus 481
Guilielmus Antissiodorens. 765
Guilielmus Apulienſis 388
Ianus Guilielmius 68
Franc. Guillimannus 328. 378. 811. 422
Paul. Guldinus 585
Guntherus 315. 868
Iac. Gutherius 670. 685
Franciſcus Guyetus 120
Petr. Gyllius 567. 568
Lilius Gregorius Gyraldus 93. 463. 583
Syluester Gyrellus. 384

H.

If. Habrechtus 549
Hadrianus Papa 752
Florens van der Haer 337
Thaddeus Hagecius 544
Wenceslaus Hagecius 326. 807
Hagenus 813
Halitgarus 756
Io. Halleruordius 840
Haly 525
Haly Rodoham 531
Mart. Hamconius 344
Hanno 566. 567
Fanc. Haræus 342
Io. Harduinus 840.
Claud. Hardy 494
Harpocration 14
Nicol. Harpsfeld 356
Georg. Hartmannus 512. 583
Valent. Hartungus 551
Petr. Haſchardus 540
Elias Haſenmullerus 434
Henr. Hauallæus 158
Lud. Hauenreuterus 590. 616. 884
Arnoldus Hauenſius 341
Haymo 755. 761
Haytho Armenus 392
R. Iſaac Hazan 527
Erh. Hedeneccius 849

Caſpar

Caſpar Hedio 188.195.215
Chriſtoph. Hegendorphinus 848
Hegeſippus 209. 720
Iodocus van der Heiden 54
Reinholdus Heidenſtein 363
Chriſtoph. Heidmannus 167.244.390
Dan. Heinſius 15.830.32. 40.836.76.77.87.92.99. 100. 102. 114. 118. 121. 124.126.131.132.133.138. 139. 143. 148. 300. 340. 414. 415. 465. 848.849. 591.595.596. 611. 621. 624. 625.634. 650. 651. 652.726.
Nicol. Heinſius 124. 125. 126.130
Heliodorus 482
Heliodorus Lariſſæus 510
Helmoldus 317
Hugo Heltilius 539
Chriſtoph. Heluicus 157
Georg.Helwichius 334
Simon ab Hemminga 534
Hemoaldus 522.
Mich. Hempelius 323
Chriſtoph. Hendreich.836 879
Nicol. Henelius 327
Georg. Heniſchius 476. 490. 823
Hieronymus Henninges 172
Marc. Henningus 392
Henricus de Haſſia 766
Henricus Hoſtienſis 765
Hephæſtio Alex.9.827.
Heph. Thebanus 534. 556
Heraclides Ponticus 236. 664. 666
Deſiderius Heraldus 725
Sigismundus ab Herberſtein 362
Bened. Herbeſtus 490
Io. Herburtus v. Fulſtin
Chriſtianus Herlinus 512
Hermannus Contractus 498. 507. 524. 565
Ammonius Hermeas 593
Hermes Triſmegiſtus 531. 534. 557. 596
Hermannus Hermes 784
Hermogenes 35. 833. 304. 866
Hero, ſenior 496. 576
Hero, iunior 512.514.580
Herodes Atticus 52. 595
Herodianus 76. 255. 862. 864
Herodotus 227.235. 860
Ant. de Herrera 395. 572

Io.

Digitized by Google

Bernh. Hertzog. 332
Io. Georg. Herwartus 481
Hesiodus 99. 691
Io. Hesronites 569
Eobanus Hessus 146
Hesychius 17. 439
Io. Heuelius 553
Otto Heurnius 609. 887
Pontus Heuterus 336. 377. 477. 811.
Hierocles 113. 629
Hieronymus 150. 700. 743. 563. 730. 737. 745.
Hilarius 736. 737
Hildebertus 764
Andr. Hildebrandus 360
Hildephonsus 750
Hilduinus 755
Nic. Hill. 609
Hilpericus 322
Himerius 61
Hincmarus 757
Hipparchus 154. 517. 854
Hippocrates 821
Hippolytus vid. a Collibus
Hippolytus a Lapide v. a Lapide
Hippolytus Portuensis 734
Guil. Hirsaugiensis 524. 586
A. Hirtius 265
Io. Hispalensis 558
Th. Hobbesius 513. 608. 690. 888
Heinr. Hœpfnerus 884
Dauid Hœschelius 161. 162. 307. 311. 443. 629. 760. 837. 855. 861. 876
Rob. Holkoth. 527. 766
Lucas Holstenius 21. 597. 598. 625. 626
Homerus 95. 644. 845. 846.
Ant. Philotheus de Homodeis 389
Iodocus Houdius 481
Nicol. Honigerus 365
Honorius Augustodunensis. 765
Phil. Honorius 452. 665. 667
Io. Honterus 572
Andreas Hoppenrodius 175
Ioach. Hopperus 902
Theod. Hoppingius 809
Horatius 92. 112. 138. 642
Octauius Horatianus 823
Io. Hornbeckius 794
Conr. Horneius 608. 636. 847
Erasmus Horicius 509
Georg. Hornius 348. 356. 887

Lam-

Digitized by Google

Lambertus Hortenſius 321
Martinus Hortenſius 550. 551
Fridericus Hortlederus 321. 791
Horus Apollo 481
Rod. Hoſpinianus 434
Michael Hoſpitalius 87
Matth. Hoſtus 451. 477
Franc. Hotomannus 369. 674. 675. 677. 677. 680
Ioh. Henr. Hottingerus 214. 377. 392
Hroswit v. Roswita
Io. Huartus 484
Io. Hudſonus 566. 568
Marcus de los Huertos 606
Hugbaldus 507. 761
Ludolphus Hugo 785
Herm. Hugo 3. 340. 396. 480
Haraldus Huitfeldius 358
Io. Hulſemannus 693
Leuinus Hulſius 365. 585
Humbertus 765
Humenus 524
Wiguleius Hund 329
Nic. Hunnius 693
Henr. Huntingtonienſis 346
Io. Huttichius 421
Th. Hyde 840
Ranulphus Hygdenus 189
Iul. Hyginus 515. 521
Hyperides 52
Hypſicles 496

I.

IACOBVS R. Angl. 348. 679
Iamblichus 440. 486. 879
Thomas Iames 356
Ianſſonius vid. Blaeu
Franc. Iacquetius 607
Ibycus 113
Icaſia 756
Idacius 149. 743. 854
Idiota 762
Paulus Iennifius 324
Ioh. Ieſſenius 609
Ignatius 712
Gonſalvus Ileſcas 431
Stanislaus Ilouius 836
Innocentius III. 765
Iobus 701
Cornel. de Iode 572
Io. Antiochenus 184
Io. Biclarienſis 149
Io. Cantuarienſis 881
Ioannes Diaconus 761
Ioannes II. Dux Sax. 87



Digitized by Google

Iohannes Euangel. 703. 767
Iohannes Hierosolym. 745. 753
Iohannes Hispalensis 524
Iohannes Sarisberiensis 561
Arngrimus Ionas 359
Ionas Aurelianens. Episc. 756
Io. Ionsius 887
Io. Ionstonus 637
Rob. Ionstonus 348
Iornandes 183. 304. 359
Iosephus 210. 221. 860
Iosippus Gorionides 224
Paul. Iouius 434
Irenæus 720
Franc. Irenicus 320. 787
Io. Isaac, Leuita 559
Isæus 52. 53
Balduinus Ischanus 839
Isidorus Characenus 162. 566
Isidorus Hispalensis 22. 183. 506. 750
Isidorus Pelusiota 56. 78. 843
Isocrates 50. 654. 684. 839
Michael ab Isselt 196. 334
Nicolaus Isthuanfius 365
Iulianus Imp. 58. 841
Iulianus Episc. 750
Franc. Iunctinus 544
Godofr. Iungermannus 262. 482
Ioach. Iungius 590
Iunilius 749
Franc. Iunius 6
Hadrianus Iunius 4. 31. 572
Melchior Iunius 76. 663
Patricius Iunius 714
Franc. Iuretus 86. 844
Augustinus Iustinianus 386
Fabianus Iustinianus 398
Petrus Iustinianus 384
Iustinus 179. 296
Iustinus Martyr 718
Iustus Orgelitanus 749
Wolffg. Iustus 175. 327
Iuuenalis 139. 642
Guido Iuuenalis 119
Io. Iuuenis 389
Mart. Iuuenis 848
Iuuencus 135

K

Iac. Kæbelius 536
Petrus Kærius 335
Barth. Keckermannus 244 436. 573. 584. 607. 664. 642. 656

Hen-

Digitized by Google

Henricus Kelnerus 384
Corn. Kempis 344
Io. Keplerus 157. 492. 503. 549. 551
Rob. Keuchenius 824
Ioh. Killingworth 528
Athanaſ. Kircherus 392. 505. 509. 513. 585. 615 670.
Io. Kirchmannus 383. 474
Herm. Kirchnerus 818
Heinr. Kitſchius 474
Caſp. Klockius 671. 672
Andr. Knichen 820
Phil. Knipſchildius 817
Georg. Matth. Kœnigius 858. 877. 879
Ionas Koldingenſis 358
Iac. a Kongelshofen 332
Albertus Krantzius 322. 357
Leonh. Krentzheim 195
Ioach. Kuhnius 860
Guil. Kyriander 334

L.

Phil. Labbeus 398 822. 858
Iac. Labittus 768
Lactantius 618. 725
Diog. Laertius 436
Io. de Laet. 395. 577
Eraſm. Mich. Lætus 331. 359
Matth. Lagus 852
Petr. Lambecius 325. 458
Dionyſius Lambinus 68. 144. 853
Iac. Lampadius 781. 783. 803
Lamprias 397. 876
Lampridius 256. 304. 407. 418. 419
Hier. Lampugnanus 865
Pompeius Lampugnanus 277. 279. 280. 865
Leontius 749
Landulphus Sagax 304. 858
Ioſephus Langius 144. 145. 448. 549 641
Ianus Langlæus 469
Climitonus Langleius 528
Langlet du Freſnoy 904
Hubertus Languetus 87. 141. 369. 674
Philip. Lansbergius 503. 550
Th. Lanſius 817. 904
Io. Lantz 491
Hippolytus a Lapide 668. 673. 796. 904
Andr. Ian. Laſcaris 582
Conſtantinus Laſcaris 9
Io. Laſitius 362
Orlandus Laſſus 509

Herm. Latherus 668 671.
Latinus Pacatus 71. 73
Martinus Laudenſis 776
Bern. Lauinhetta 607
Io. Launoius 591. 724
Io. Laurenbergius 168. 490 857
Petr. Laurenbergius 549
Iac. Laurus 381
Rich. Lawinghamus 528
Wolfg. Lazius 174. 244. 327. 381. 450. 571. 664. 755. 811
Iac. Lectius 76. 77. 849
Chriſtoph. Lehmannus 333. 787. 792
Io. Gerbrandus de Leidis 343
Ioh. Lenſæus 561
Arn. de Lentz 494
Leo Africanus 94
Leo Imp. 480. 580
Leo M. 747
Leo Marſicanus 763
Ambroſ. Leo Nolanus 388
Alb. Leoninus 545
Leontius 517
Cyprianus Leouitius 540
Herm. a Lerbeke 325
Io. Lerius 396
Ianus Lernutius 117. 850
Lesbonactes 52
Leonh. Leſſius 640. 770. 771
Leuita Germanus v. Iſaac
Io. Leunclauius 234. 261. 366. 393. 857. 872. 874
Io. Leznerus 422
Libanius 40. 55. 685
Liberatus 749
Fortun. Licetus 474. 609
Conradus a Lichtenau 188. 314. 867
Aloyſius Lilius 545
Georg. Lilius 346. 431. 421
I. Limnæus 782. 788. 790 791
Thom. Linacer. 463. 520. 531
Lucas de Linda 165
Io. Antonides van der Linden 400
Petrus Lindenbergius 205
Erpoldus Lindenbrogius 316. 358. 423
Frid. Lindenbrogius 119. 151. 301. 303. 469
Nic. Linnenſis 528
Hugo Linſchotanus 395
Linus 94. 715. 717
Iuſtus Lipſius 5. 33. 69. 85. 121. 239. 250. 268. 274. 275. 279. 293. 416. 463 479. 458. 459. 463. 479. 621. 661. 685. 633. 634. 865. 887.

Mich.

Digitized by Google

Mich. Lithuanus 362
Liuius 75. 76. 239. 240. 241. 268. 290. 296. 411. 662. 682. 684
Io. Caramuel Lobkowitzius 608. 794. 888
Io. Loccenius 359. 779
Logotheta v. Georgius
Io. Franc. Lombardus 388 876
Petr. Lombardus 639
Io. Lomeierus 847
Dionyſius Longinus 37. 833. 834
Chriſtoph. Longomontanus 550
Longus 482
Phil. Lonicerus 366. 872
Lucas Loſſius 325
Io. Petr. Lotichius 139. 140. 320
Petr. Lotichius 147. 400
Petrus Loyerius 860
Stanisl. Lubienski 364. 870
Eilhardus Lubinus 138. 848
Lucanus 132
Lucas Euangel. 703. 705
Lucianus Hieroſol. 746
Lucianus Samoſatenus 731
Lucianus Sophiſta 176. 456 878
Io. Lucidus 156
Lucifer 736
Lucilius 137
Lucillus Tarrhæus 828
Lud. Lucius 27. 216. 434
Io. Iac. Luckius 477
Lucretius 123. 614. 887
Luctatius 26. 129
Io. de Lugo 640. 771
Io. Lunckerus 512
Franc. Luiſinus 92
Raimundus Lullius 609
Caſp. Lundorpius 321. 795
Procopius Lupacius 326
Vincentius Lupanus 371
Ottomarus Luſcinius 508
Mart. Lutherus 695
Lycophron. 111
Conradus Lycoſthenes 32. 447. 881
Lycurgus 52. 53
Thom. Lydiat 156
Io. Mart. Lydius 431
Nicol. de Lyra 765
Io. Lyſcander 358
Lyſias 52. 53. 685

M.

Macarius 735
Seb. Maccius 177. 247
Nicolaus Machiauellus 279 387. 480. 606. 662
Macrobius 25. 461
Mæcenas 654

L. Volusius Mæcianus 476
Mich. Mæstlinus 540
Mart. Magerus 586. 820
Io. Ant. Maginus 379. 549
Io. Magirus 616
Io. Chrys. Magnenus 887
Io. Magnus 358
Olaus Magnus 358
Mich. Maierus 321. 396
Io. Mailrosius 753
R. Maimonides 559
Io. Mainus 370
Simon Maiolus 450
Mich. Maittaire 828
Car. Malapertius 491
Malbranus 336
Malchus 440
Guil. Malinæus 869
Bernhardus a Mallincrot 4. 481. 866
Guil. Malmesburiens. 346
Mamertinus 71. 72. 73. 842
Nicolaus Mameranus 324 808. 869
Constant. Manasses 105. 187. 848
Manetho 236. 237
Anton. Manettus 583
Manilius 134. 521. 557
Marcus Mantua 436
Aldus Manutius sen. 17. 21. 35. 40. 61. 78. 238. 457. 842. 846. 656.
Paulus Manutius 31. 68. 87. 134. 381
Io. Petr. Maphæus 93
Iac. Corn. a Marca 466
Petr. de Marca 686. 690
Marcellinus 35. 833. 866
Marcellinus Comes 149
Marcellinus Presbyter 751
Marcellin. v. Amminanus
Marcellus Burdegal 823
Petrus Marcellus 384
Iacob. Marchantius 342
Marcianus Heracleota 162. 566. 567
Theod. Marcilius 841
Marcus Euangel. 702
Dominicus Maria 529
Iohannes Maria 539
Io. Mariana 475
Marianus Scotus 565
Vincent. Marinerus 846
Marinus 440. 494. 520
Barth. Marlianus 381
Tob. Marmorarius 539
Frid. Marselaer 668. 671
Petrus Marsus 131
Martialis 144. 854
Martialis Episcopus 718
Martinus Martinius 28
Petr. Martinius 841
Martinus Dumiensis 749
Martinus Polonus 421. 430

Cornel.

Digitized by Google

Cornel. Martinus 620
Iac. Martinus 607
Petr. Martyr 390. 395
Io. Bapt. Maſculus 388
Didacus Maſius 605
Domin. Maſſarius 476
Papyr. Maſſonus 373.572
Io. Fr. Mateneſius 220.328
MatthæusEuangeliſta702
Matthæus Weſtmonaſterienſis 189
Io. Matthæus 396
Petrus Matthæus 375
Antonius Matharellus369
Chriſtian. Matthiæ 193
Petr. Matthieu 659
Frid. Alb. Maulius 792
Mauritius Imp. 580
Ericus Mauritius 903
Andr. Maurocenus 384
Franc. Maurolycus 490. 500. 512
Phil. Iac. Mauſſac. 14. 568
Maxentius 749
Georg. Maxillus 845
Maximus Martyr 563
Maximus Maurus 32
MaximusTaurinenſis746
Maximus Tyrius 595
Michael Mayerus 31
Franc. Mayronis 641
Scipio Mazzella 388
Mich. Medina 561. 640
Petr. Medina 584. 770 771
Megaſthenes 237
Meginhartus 761
Hieron. Megiſſerus 31.328
Henr. Meibomius 157. 193. 316.318.322.325.326
Io. Henr. Meibomius 441
Marcus Meibomius 504
Ger. Meierus Hymmelingius 503
Iac. Meierus 343
Pomponius Mela 163. 571. 857
Philipp. Melanchthon 87. 96. 191. 195. 697
Anton. Meliſſa 752
Melito 718
Franc. Mellietus 663
Lud. Meltzius 480
Io. Bapt. Memmius 880
AEg. Menagius 436.830
Menander 111
Cl. Menardus 713
Balth. Mencius 423
Io. Gonſaluus de Mendoza 392
Petr. Hurtadus de Mendoza 605
Menelaus 518
Iac. Mentelius 4
Balth. Mentzerus 697
Gerh. Mercator 541. 575



Digitized by Google

Hieron. Mercurialis 4. 468. 821
Mercur. Trifmeg. v. Hermes
Matthæus Merian 166. 206.
Arnoldus Mermannus 220
Mar. Merfennus 509. 513. 518. 585. 615
Gaudentius Merula 368
Paulus Merula 161. 165
Meffehalah 531
Io. Meffenius 360. 361
Enan. Meteranus 337
Methodius 756
Adr. Metius 502. 515. 552
Iac. Metius 552
Theodorus Metochita 261. 266. 594
Io. Meurfius 5. 105. 121. 187. 209. 237. 244. 313. 337. 358. 469. 664. 684. 439. 442. 479. 480. 492. 504. 577. 580. 582. 594. 625. 653. 766
Antonius Meyerus 342
Iac. Meyerus 342
Io. Math. Meyfartus 818
Georg. Chriflo. Meyfifch 796
Michael Monachus 756
Thomas Michaelis 819
Io. Micrælius 29. 134. 573
Iac. Micyllus 421. 491. 494. 522
Iac. Middendorpius 817
Matthias Miechouius 362
Milo 761
Io. Miltonus 676
Mindanus 819
Alphonfus Miniatus 52
Minutianus 40
Minutius Felix 722
Dom. Nanus Mirabellus 468
Aubertus Miræus 156. 167. 336. 434. 569
Picus Mirandula 603
Rolandus Mirteus 340
Ant. Mizaldus 450. 878
Franc. Modius 131. 181. 390. 852
Io. Molanus 342
Lud. de Molina 368. 640. 770. 771
Carolus Molinæus 368
Io. Alph. Molinenfis 503
Bernh. Mollerus 333
Monaldus 641
Enguerrandus Monftreletus 373
Rich. Montacutius 760
Io. Bapt. Montalbanus 365
Petrus Montaureus 493

Ro-

Digitized by Google

Robertus de Monte 188
Anton. Montecatinus 605
Ludou. de Montesperato 794
Humbertus Montismozellanus 386
Fed. Morellus 56. 57. 437. 438. 457 841. 848. 878. 735
Guil. Morellius 439. 827
Dan. Georg. Morhofius 835
Io. Bapt. Morinus 513
Cl. Barth. Morisottus 124 125. 126
Io. Morisottus 490. 779
Philipp. Mornæus 369 674
Io. Mercur. Morsheimerus 538
Christiernus Morsian. 490
Alexander Morus 152
Thomas Morus 665
Emanu. Moschopulus 9. 100. 827
Moschus 114. 115. 845
Moses 700
Nic. Mullerius 548. 564.
Io. Mullerus 496. 499 529 532. 536. 541. 569. 589. 882
Phil. Mullerus 551
Seb. Munsterus 164. 525. 536. 587
Valens Muntzerus 335
Hieron. Munnos 544
M. Ant. Muretus 76. 87. 119. 278. 468. 843
Ben. Mula 498
Musæus 94. 845
Wolffg. Musculus 248
Albertinus Mussatus 380
Marcus Musurus 9. 111
Huldric. Mutius 314. 319. 867
Chrystoph. Mylæus 1
Nic, Mylerus 783
Tilem. Mylius 226

N.

Franc. Nansius 830. 849
Thom. Naogeorgus 841
Petrus de Natalibus 432
Herueus Natalis 641
M. Ant. Natta 93
Io. Nauclerus 195
Gabr. Naudæus 387. 876. 480. 665. 489. 602. 603. 866
Paulus Nauius 842
Nazarius 71. 73. 842
Nearchus 566. 567
Io. Neldelius 884
Nemesianus 133
Nemesius 594
Iordanus Nemorarius 488 499. 510. 511. 525. 588



Digitized by Google

Io. Neperus 492
Corn. Nepos 263. 402. 413. 683
Io. Christ. Neu 867. 869
Salomon Neugebauerus 363
Edo Neuhusius 484
Nicander 822
Nicephorus Callistus 207
Nicephorus CPtanus 183
Nicetas Choniates 312. 872
Nicetas Dauid Paphlagus 760
Nicetas Serron 741
Nicomachus Gerasenus 486. 504. 879
Domin. Marius Niger 569 855
Nigidius Figulus 521
Nilus 747
Augustin. Niphus 603. 636.
Nithardus 755
Marius Nizolius 27. 68
Nonius Marcellus 22
Petr. Nonius 537. 583
Nonnus 106. 848
Lewoldus aNortholff 326
Notgerus 507. 757
Numenius 594
Petrus Io. Nunnesius 15. 16. 330. 888

O.

Georg. Obrechtus 668. 671
Vlr. Obrechtus 903
Iulius Obsequens 447
Vincentius Obsopœus 94
Guil. Occam 641
Adolph. Occo 477
Ocellus Lucanus 611. 645
Petrus Opmeerus 196
Odington. 527
Odo. 762
Io. Franc. Offusius 589
Phil. Andr. Oldenburger 788
Adamus Olearius 325. 392
Olympiodorus 594
Omar 558
Onosander 579. 580
Oppianus 103
Oppius 265
P. Optatianus Pophyr. 136
Optatus 737
Henr. Oræus 481
Ordonnez v. Ceuallos.
Oresienfis 735
Oribasius 823
Stanisl. Orichouius 363. 870
Origenes 727
Nic. Orlandinus 433
Cæs. Orlandus 387
Paulus Orosius 182

Orpheus 94.845
Abrah. Ortelius 29. 166. 478. 574. 575
Osbernus 507
Andr. Osiander 214
Luc. Osiander 694
Felix Osius 380
Hieron. Osius 423
Arn. Ossatus 671
Petrus Osterm. 668 793
Otfridus 758
Otto Frisingensis 314. 315
Daniel Otto 782
Io. Otto 32
Ouidius 124. 142. 851
Io. Owenus 147

P.

Pacatus v. Latinus
Pachonius 735
Georg. Pachymeres 296. 487. 594
Pacianus 737
Iul. Pacius 606
Cosmus Pactius 596
Hieremias Paduanus 398
Io. Paduanus 587
Pæanius 300
Luc. Pætus 468. 476
Palæphatus 477
Ant. Palazzo 672
Palladius 209. 692
Petr. Paludanus 641
Iacobus Pamelius 721
Guido Pancirollus 164. 396. 670. 685
Henr. Pantaleon 216. 434
P. Pantinus 840
Onuphrius Panuinius 5. 94. 151. 215. 382. 385. 421. 430. 857
Guido Papa 765
Andr. Papius 509
Pappus Alex. 517. 519. 543
Io. Pappus 215
Theophrastus Paracelsus 328. 610. 618. 624. 653
Guil. Paradinus 345. 377
Dan. Pareus 42. 44. 73. 520 881
Matthæus Parisiensis 346
Parmenides 596
Paul. Paruta 662
Iustus Pascasius 475
Blasius Paschalius 400
Carolus Paschalius 379. 634. 638. 668. 670
Paschasius Radb. 748. 761
Georg. Pasor 100
Io. Passeratius 26. 142. 467
Ioach. Pastorius 669
Guil. Pastregicus 396
Marsil. Patauinus 787
Carolus Patinus 90
Franc. Patricius 177. 608
Paulinus AEp. Vpsal. 361

Pau-

Digitized by Google

Paulinus 752
Paulus Paulli 511
Paulus Apoſtolus 705
Paulus Diaconus 22. 187. 304. 858
Hieron. Paulus 874
Tob. Paurmeiſterus 783
Pauſanias 160. 238 860
Io. Peccamus 511. 881
Io. Pediaſimus 497. 506
Pedo Albinouanus 143
Nic. Claud. Peireſcius 443
Blaſ. Pelacanus 511
Iac. Peletarius 538
Io. Pena 407. 504. 510
Henr. Penia 391
de Pennaforti v. Raymundus
Bened. Pererius 562
Ioach. Perionius 432. 685.
Petr. Perondinus 392
Nic. Perottus 27. 248 466
Petr. Io. Perpinianus 76
Iac. Dauy Perronius 671
Perſius 137. 642. 853
Gobelinus Perſona 190
Dionyſius Petauius 54. 55. 58 105. 153. 154. 183. 517. 518. 519. 520. 595 693 731. 741. 746. 839. 840. 841. 854
Io. Peterſen 324
Io. Ant. Petramellarius 430
Franc. Petrarcha 465. 636. 638
Petronius 139
Petrus Aponenſis 561
Petrus Diaconus 748
Suffridus Petrus 344
Caſp. Peucerus 191. 436. 539. 608
Conr. Peutingerus 451 475
Chriſtoph. Pezelius 167. 194
Io. Frid. Pfeffingerus 904
Io. Henr. a Pflaumern 379
Iul. Pflug 667
Phædrus 121. 639. 851
Phil. Phantonius 541
Phil. Phaſianinus 478
Varinus Phauorinus 18
Phauorinus Philoſ. 596
Guil. Philander 577
Philaſtrius Brixienſis 216. 742
Eman. Phile 106. 849
Franc. Philelphus 465
Philo Byzantius 576
Philo Carpathius 742
Philo Iudæus 224. 684. 701 730
Gratianus Philœcus 804
Io. Philoponus 486. 594. 888
Philoſtorgius 207

Phi-

Digitized by Google

Philoſtratus 437
Philoxenus 18
Phlegon Trallianus 237
Phocylides 113
Phœbadius 737
Photius 397. 760
Georg. Phranzes 312. 866
Paul. Conſt. Phrygion 196
Phrynichus 15. 830
Phurnutus 639
Paulus Piaſecius 205. 364
Mich. Piccartus 76. 590. 650. 652. 663. 884 889
Iac. Piccolomineus 205. 637
Io. Picus 530. 561
Io. Pierius, Valer. 481. 638
Phil. Pigafetta 395
Alb. Pighius 532. 561
Stephanus Vinandus Pighius 381
Io. Bapt. Pigna 386
Laur. Pignorius 473
Io. Pincierus 469
Pindarus 111. 830. 850
Th. de Pinedo 856
Federicus Pintianus 571
Vinc. Pinzonus 395
Bilibaldus Pirckheimerus 378
Leonh Piſanus 491
Io. Piſanus 512
Georg. Piſides 105. 848
Io. Piſtorius 314. 363. 367. 875
Franc. Pithœus 838
Petr. Pithœus 45. 46. 136. 164 467. 838. 588. 856
Barth. Pitiſcus 502 513. 548
Io. Pitſeus 356
Hieron. Plancus 874
Maximus Planudes 262. 487. 596. 879. 639
B. Platina 430
Plato 611. 638. 642
Plautus 117. 850
Scipio du Pleix 373
Pletho v. Gemiſtus
Plinius maior 162. 537. 611. 571. 616
Plinius iun. 69. 83 655
Plotinus 596
Plutarchus 290. 401. 506. 566. 568. 611. 638 652. 682
Poggius Florent. 387
Polemon. 61. 841
Angelus Politianus 42. 113. 255. 258. 259. 415 463. 625. 626. 862
Io. Politus 329
Franc. Polletus 473
Iulius Pollux 11. 635
Polyænus 578
Polybius 76. 231. 245. 272. 290. 374. 480. 682

Po-

Digitized by Google

Polycarpus 717
Franc. Pommeraye 876
Arnoldus Pontacus 150
Georg. Bertholdus Pontanus 326
Io. Iouianus Pontanus 93. 388. 529. 556. 602. 779
Iac. Pontanus 866
Isaacus Pontanus 25. 333. 343. 344. 358. 370. 461
Pontius 723
PontiusPaulinus 136
Ausonius Popma 31
Porphyrius 440. 506. 556. 589. 597. 855
Porphyrius v. Optatianus.
Henr. Porsius 392
Io. Bapt. Porta 481. 501. 513. 519. 545. 608
Durandus de S. Portiano 641
Ioach. Portius 158
AEmiliusPortus 16. 17. 475. 831. 861
Fr. Portus 36. 831. 833. 334
Posidonius Rhodius 582
Io. Posselius 19. 32
Antonius Possevinus 362. 398. 876. 562. 601
Pet. Possinus 841
Guilielmus Postellus 365. 451. 571. 891. 568
Mich. Prætorius 509
Paul. Prætorius 421
Balth. Praspergius 508
Claud. Prevotius 685
Vincentius Pribeuius 317
Io. Pricæus 460. 461
Silvester Prieras 640. 770
Primasius 749
Matth. Prionæus 167
Priscianus 23. 164. 567. 588
AEmilius Probus 402
Valerius Probus 22. 853
Prochorus 715. 717
Proclus 100. 497. 510. 520. 531. 594. 536. 553. 556. 592. 747
Procopius 141. 307. 359. 866
Procopius Gazæus 749
Theodor. Prodromus 594
Propertius 142
Prophatius 527
Tyro Prosper Aquitanicus 149. 747
Nic. Prucknerus 559
Prudentius 135. 757
Io. Prusæus 546
Mich. Psellus 487. 506. 594
Ptolemæus 59. 505. 510. 519. 524. 529. 531. 533. 534. 535. 538. 545. 556. 567. 569. 573. 578. 597. 854
Sam. Pufend. 168. 857. 893

Theod.

Digitized by Google

Theod. Pulmannus 416
Georg. Purbachius 499. 529. 537. 542. 882
Erycius Puteanus 76. 87. 240. 380. 386. 477. 481. 585. 684
Petr. Puteanus 669. 686
Elias Putschius 22
Pythagoras 113. 597

Q.

S. Quadratus 718
Matthæus Quadus 166
Ant. Quærengus 623
Franc. Quaresmius 391
Quintilianus 42. 838. 73. 458. 633. 635. 685

R.

Rabanus Maurus 745. 755
Radbodus 762
Matth. Raderus 144. 145. 151. 239. 329. 432. 854
Radeuicus 315. 316
Georg. Raguseius 562
Raherius 762
Hannibal Raimundus 544
Beneu. de Rambaldis 421
Iac. Rammingus 584
Rampertus 757
Petrus Ramus 43. 501. 512. 590. 604. 885
Henr. Ranzouius 547. 560
Petrus Ranzanus 190
Franc. Rapaldus 539
Io. Rastallus 532
Christ. Rauius 495. 880
Raymundus de Pennaforti 765
Petr. Rebuffus 569
Rob. Recordus 490. 501. 571. 587
Iul. Cæs. Recupitus 388
Honorius Reggius 356
Regiomontanus v. Io. Mullerus.
Euerardus Reidanus 337
Reinerus Reineccius 175 177. 192. 316. 324. 390. 423 808. 812. 814. 869. 877
Thom. Reinesius 467
Io. Frid. Reinhardus 858
Erasmus Reinholdus 882
Theodor. Reinkingius 782. 784. 803
Reinbertus 761
Remigius 761
Georg. Remus 55. 840. 595
Iustus Reuberus 314
Elias Reusnerus 195. 810.
Nic. Reusnerus 31. 166. 173 320. 364. 379
Rhegino Prumiens. 187
Beatus Rhenanus 274. 279 319. 842. 721. 758. 864
Io. Rhenius 884
Georg. Ioach. Rheticus 537

Rho-

Google

Rhodiginus v. Cælius.
Ambrof. Rhodius 494
Io. Rhodius 385. 824
Laur. Rhodomannus 178. 179. 216. 857.
Petr. Ribadeneira 355. 400
Io. Bapt. Ricciolus 158. 574
Auguſt. Riccius 527. 530
Ioſephus Riccius 320
Io. Richardſonus 217
Claud. Richardus 494. 880
Chriſtoph. Richerius 366
Georg. Richterus 76
Nic. Rigaltius 71. 479. 842. 515. 522. 577. 579. 580. 692. 721. 722
Io. Fortius Ringelberg. 535
Laurentius Riſeberg 375
Henr. a Riſenberg. 422
Frid. Riſnerus 512
Mich. Ritius 427
Conr. Rittershuſius 78. 103. 104. 121. 173. 307. 315. 425. 440. 843. 598. 629. 747. 866
Georg. Rittheymerus 571
Dau. Riualtus 496
Zach. Riuander 324
Andr. Riuetus 699
Thom. Riuius 307. 585. 779
Iuſt. Reinh. Robbigius 468
Robertus Lincolnienſ. 565
Claud. Robertus 875
Franc. Robortellus 828
Angelus Roccha 399
Dux Rohanæus 169
Io. de Roias 537
Wernerus Roleuinc 190. 325
Adr. Romanus 502. 546. 573. 584
AEgid. Romanus 641
Gerh. de Roo 327. 421. 812
Hier. Rorarius 442
Franc. de Roſieres 175
Io. Roſinus 685
Roſwitha 318. 757. 869
Chriſtoph. Rothman. 544
Io: Rothmannus 560
Valent. Rotmarus 103
Ægidius de Roya 336
Alb. Rubenius 474
Phil. Rubenius 468
Hier. Rubeus 386
Rudolphus Brugenſis 524
Rudolphus Fuldenſis 757
Rufinus 209. 745
Rufus Epheſius 823
Gerardus Rufus 488
Sextus Rufus 304. 305
Mich. Ruizius 137
Mart. Rumelinus 790
Rupertus Tuitienſ. 764
Chriſtoph. Ad. Rupertus 194

Ia-

Digitized by Goo

Ianus Rutgerſius 239. 466
Ruthardus 757
Rutilius Lupus 45
Rutilius Numant. 164. 856
BernhardinusRutilius 436
Anton. Ruuius 605

S.

Eman. Saa 694
M. Ant. Sabellicus 195. 416. 872
Georg. Sabinus 147
Bern. Saccus 386
Io. de Sacroboſco 525. 532. 538. 544. 547
Iac. Salianus 210
Bernh. Salignacus 491
Bernh. Salinus 502. 547
Franc. Salinus 509
Io. Saliuanus 328
Rod. Bapt. a Salis 348
Salluſtius 76. 240. 265. 290 296. 411. 598. 654. 667. 683 684
Cl. Salmaſius 20. 114. 116. 148. 163. 319. 349. 401. 416. 417. 420. 428. 429. 445. 451. 470. 476. 480. 482. 612. 614. 626. 629. 676. 724. 747
Salonius 747
Saluianus 747
Io. Sambucus 874
Henr. Samerius 216
Scæu. Sammarthanus 146. 435
Caſp. Sanctius 23. 832
Felinus Sandæus 389
AntoniusSanderus 342. 355
Anton. Sanfelicius 388
Iac. Sannazarius 146
Sanſon d' Abbeuille 575
Franc. Sanſouinus 366
Dan. Santbech 542
Sappho. 113
Torell. Sarayna 385
Matth. Caſim. Sarbieuius (147
Alex. Sardus 452
Io. Sarisberienſis 462. 636. 642
Io. Sauaro 146
Io. Saubertus 87
DidacusSaauedra 638
Henr. Sauilius 62. 494. 580. 767
Hieron. Sauoranola 561
Saxo Grammaticus 357
Io. de Saxonia 558
Ant. Scainus 650. 651
Barth. Scala 387
Paul. de Scala 469
Ioſ. Scaliger 22. 87. 114. 134. 142. 143. 145. 149. 152. 476. 639
Iul. Cæſ. Scaliger. 23. 76. 87. 93. 122. 132. 148. 481. 503. 602
Io. Scapula 19

Bernh. Scardeonius 385
Occo Scarlensis 344
Mich. Schaffererus 805
Simon Schambergius 370
Sim. Schardius 313. 803. 805
Io. Scharffius 620. 885
Hartm. Schedel 190
Io. Schefferus 6. 121. 480. 441. 442
Iac. Schegkius 605. 888
Io. Scheibelius 491
Balth. Scheidius 258
Christoph. Scheinerus 549
Herm. Schelius 248. 250. 479. 522
Io. Georg. Schenckius 400
Phil. Scherbius 889
Guil. Schickardus 226. 354. 552. 568
Iacobus Schickfusius 327
Io. Schildius 445
Io. Schiltbergerus 393
Io. Schilterus 333
Erasmus Schmidius 94. 112
Io. Schmidius 4
Vinc. Schmuckius 769
Mart. Schœdelius 364
Georg. Schœnbergerus 587
Georg. Schœnborner. 656
Andr. Schonerus 541. 587
Io. Schonerus 157. 536
Laz. Schonerus 501
Sigism. Schorckelius 317
Henr. Schorus 431
Franc. à Schoten 503
Andr. Schottus 21. 49. 74. 78. 164 168. 182. 307. 397. 399 468. 477. 439. 842. 843. 760. 875
Christoph. Schraderus 156
Ad. Schragius 4. 397
Io. Oswaldus Schreckenfuchsius 483. 525. 538
Corn. Schreuelius 122. 8 6
Andr. Schrieckius 335. 468
Io. Schrœterus 539
Georg. Schubartus 156. 859
Corn. Schultingius 214
Balth. Schuppius 157
Henr. Leonh. Schurzfleischius 860
Schutzius v. Sinold
Casp. Scioppius 8. 23. 832. 141. 278. 284. 286. 340. 386 469. 477. 655. 811.
Hannib. Scotus 277. 280
Ioh. Scotus v. Erigena
Octauianus Scotus 531
Car. Scribanius 342
Scribonius Largus 822. 824
Petr. Scriuerius 4. 120. 121. 144. 147. 343. 480. 577. 579. 851.
Barthol. Scultetus 542
Scylax Caryandensis 162. 566



Digitized by Google

Io. Scylitzes 313
Scymnus Chius 566. 567
Wolfg. Seberus 11. 13
Io. Secundus 147
Sedulius 136. 755
Io. Seldenus 156. 226. 345. 346. 478. 772. 809
GVSTAVVS SELENVS 475. 481
Hugo Sempelius 489
L. Ann. Seneca 74. 83. 120. 296. 633. 611. 638. 669
M. Seneca 73. 685. 842
Andr. Sennertus 615
Lud. Septalius 668. 672
Io. Gen. Sepulueda 650. 651
Vibius Sequester 164. 857
Serapio 736
Nicol. Serarius 334
Serenus Antinsensis 498
Serenus Sammonicus 824
Sergius 756
Sebast. Serlius 512
M. Attilius Serranus 382
Io. Serræus s. Serranus 373. 592
Io. Seruilius 473
Seruius 24. 122
Claudius Sesellius 369. 454. 674. 675
Sextus Empiricus 598. 611. 887
Sibrandus Siccama 344
Sidonius Apollinaris 146
Sigebert. Gemblac. 188. 524
Car. Sigonius 151. 163. 164. 209. 226. 270. 380. 382. 383. 467. 664. 684. 685. 856. 857
Silhon 669. 793
Io. Mart. Siliceus 489
Silius Italicus 131. 851
Iacob. Simanca 385
Simeon Stilita 747
Iosias Simlerus 378
Simmias Rhodius 114
Theophyl. Simocatta 309
Io. Simonetta 386
Io. Simonius 175
Simplicius 594. 625. 888
Nic. Simus 540
Iustus Sinold Schutzius 789. 803
Gabr. Sionita 569
Vict. Sirius 205
Iac. Sirmondus 149. 376
Franc. Sitius 548
Sixtus Senensis 399
Paulus Sleuogtius 620
Io. Sleidanus 193. 196. 220. 373. 374. 802
Thom. Smithus 665
Rudolph. Snellius 606
Willebr. Snellius 476. 502 545. 550. 573. 585.
Reinerus Snous 343



Digitized by Google

Socrates 206. 644. 645
Iulius Solimannus 326
Solinus 162. 612. 614 857
Io. Somerius 528
Ern. Sonerus 888
Fridericus Sonnius 341
Eman. Sonthomb 698
Sopater 35. 833. 40. 837
Nic. Sophianus 243. 520
Sophocles 106. 108. 829
Sophoclis Scholiastes 828
Sophronius 750
Soranus 323
Laz. Soranzius 872
Robertus Sorbona 765
Dominicus a Soto 640. 770. 771
Dan. Souterius 475
Sozomenes 206
Israel Spachius 400
Cyriacus Spangenberg. 323
Ezech. Spanhemius 804. 841
Spartianus 304. 409. 417
Io. Speedæus 345
Iac. Spiegelius 315
Henr. Spondanus 211. 212
Io. Spondanus 96. 98
Fortunatus Sprecher a Berneck 379
Ioh. Theod. Sprenger 782
Iustus Sprengerus 791
Antonius Squarcialupus 507
Io. Stabius 328. 586. 811
Io. Stadius 538
Dan. Stahlius 620
Wolfg. Stalerus 560
Io. Stampiœnus 492
Richardus Stanihurstig 357
Sim. Starouolscius 177. 363
Statius 128
Carolus Stengelius 331
Steph. Io. Stephanius 357
Stephanus Byzant. 162. 572. 855.
Stephanus Eduensis 763
Car. Stephanus 29. 68
Henr. Stephanus 18. 19. 831 61. 74. 78. 94. 100. 101. 102. 109. 110. 113. 114. 115. 116 117. 131. 161. 163. 164. 207. 227. 233. 234. 236. 237. 239. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 258. 259. 260. 459. 464. 469. 493. 567. 592. 597. 601. 719. 821. 839. 840. 842. 849. 850. 851. 857. 859. 860. 861. 862. 863
Paul. Stephanus 10. 51. 108. 828. 829
Rob. Stephanus 27. 105. 109. 161. 489. 704. 707. 847. 849. 734. 859. 861. 862
Stesichorus 113

Michael

Digitized by Google

Michael Stetlerus 378
Sim. Steuinus 492. 501. 513. 547. 572. 584
Godeſch. Stewechius 31. 480. 577. 579
Andr. Stiborius 586
Io. Stierius 637
Georg. Stiernhielmius 359
Mich. Stifelius 490
Ioh. Stigelius 535
Io. Stobæus 111. 115. 850
Io. Stobniza 570
Eraſm. Stockmannus 542
Io. Stœflerus 532. 570
Strabo 159. 567. 568. 571 855
Walafridus Strabo 755
Famianus Strada 339
Iac. Strada 421
Octau. Strada 174
AEgid. Strauchius 156
Io. Strauchius 453. 776. 804. 819. 867
Rich. Streinius 174. 383
Victorinus Strigelius 195. 490. 538
Cyriacus Strozza 650
Georg. Strubius 474
Burc. Gotth. Struuius 869
Guil. Stuckius 161. 475 560. 626. 855
Theodorus Studites 752
Io. Stumpfius 378
Snorro Sturleſonius 359
Io. Sturmius 1. 34. 36. 833. 655
Franc. Stypmannus 779
Suetonius 296. 304. 403. 408
Io. Henr. Suicerus 378
Suidas 16. 184. 830
Io. Suitzer 491
Sulpicia 133
Sulpicius Seuerus 209
Laur. Surius 196. 432
Henr. Suſo 768
Euſtathius Swartius 469
Franc. Swertius 336. 478
Frid. Sylburgius 17. 18. 260. 301. 848. 849. 860. 864. 871
AEneas Syluius 451. 569. 422. 810
Symeon Metaphr. 433. 761
Symmachus 85. 86. 843
Symmachus Iudæus 731
Symonides 113
Georg. Syncellus 150. 186
Syneſius 654. 746
Syrianus 35. 833. 594
P. Syrus Mimus 639
Petr. Syringus 791

T.

Tacitus 76. 245. 254. 275. 277. 411. 662. 663. 864
Taraſius 753
Tarrhæus 20



Digitized by Google

Nic. Tartalea 490. 584
Tatianus 720
Frid. Taubmannus 117. 122 465
Io. Taulerus 766
AEgid. de Tebaldis 525. 558
Io. Teiſnierius 560
Dominicus Tempeſta 431
Io. Temporarius 158
Sam. Tennulius 568. 879
Terentianus Maurus 22. 46. 838
Terentius 118. 460. 850
Franc. Tertius 422
Tertullianus 720
Wernerus Teſchenmacherus 326
Iac. Teuius 874
Thebitius 527
Theganus 318. 755
Themiſtius 55. 594. 840. 888
Zach. Theobaldus 326
Theocritus 114. 115
Theodoretus 217. 746
TheodorusLector 208. 859
TheodorusPresbyter 747
Theodorus v. Prodromus
- - - vid. Studites
- - . v. Metochita
Theodoſius 254
Theodoſius Tripolites 497. 518. 546
Theodotion 731
Theodulphus 753
Theogerus 506
Theognis 114. 691
Theon. 40. 828. 836
Theon Alexandrinus 497. 517. 519. 534 545
TheonSmyrnæus 487. 518
Theophanes 187. 858
Theophilus 563.
Theophraſtus 624. 653
Theophylactus 763
Theorianus 764
Theoſtrictus 756
Thioto 760
Thius 520
Petr. Gregorius Tholoſanus 508. 562. 609. 657. 658
Thomas Magiſter 9
Hubertus ThomasLeodius 335. 336
Iac. Thomaſius 637
Georg. Fred. Thryllitius 829
Iac. Aug. Thuanus 147. 196. 375. 449. 665. 858. 859
Thucydides 76. 228. 233. 235 266. 296. 682. 683
Antiochus Tibertus 560
Tibullus 142
Frid. Tilemannus 177. 608

Clem.

Digitized by Google

Clem. Timplerus 608. 616. 656.
Andr. Tiraquellus 447
Titus Boſtrenus 737
Franc. Toletus 684
Alex. Tollius 861
Corn. Tollius 477478
Jac. Tollius 313
Lud. Tomaſinus 435
Cuthbertus Tonſtallus 489.
Io. Tornæſius 548
Auguſt. Torniellus 214
Leuinus Torrentius 366. 416 445
Paul. Toſſanus 694
Diego de Toſto 395
Trallianus 822
Georg. Trapezuntius 463.519. 556
Trebellius Pollio 304. 417
Nicol. Clemens Trelæus 332
Eman. Tremellius 695
Abdias Trew 553
Ad. Tribbechouius 888
Nic. Trigaultius 392. 395
Iac. Triglandius 688.
Io. Franc. Trincauellus 102
Nic. Triuetus 347
Trogus Pompejus 179
AEgidius Tſchudius 378. 571
Lud. Tubero 366
Io. Tucherus 391
Ger. Tuningius 32
Petrus Turellus 369
Hieron. Turlerus 357
Adr. Turnebus 225. 466. 515. 625. 738.
Io. Turpinus 317
Franc. Turrianus 218
Horat. Turſellinus 31. 195.
Aben Tybbon 559
Iac. Typotius 482
VVilh. Tyrius 391
Io. Tzetzes 100. 106. 111

V.

Ioach. Vadianus 166. 468. 614
Vettius Valens 557. 534
Valerius Flaccus 103. 131. 851
Valerius Maximus 444. 450. 877.
Cornelius Valerius 540
Lucas Valerius 503. 585
Franc. Valeſius 562.
Hadrianus Valeſius 373. 670
Henr. Valeſius 206. 253. 301. 303 617. 685. 443. 581. 734.
Laur. Valla 43. 233. 463
Petrus Vallenſis 873
Alanus Varenius 508
Saluator Varo 388
M. Terent. Varro 21. 22. 488. 692.
Fernandus Vasquius 771. 809. 810.
Mich. Vaſtouius 361
Guido Vbaldus 512 584.
Conr. S. Vdalrici 189.
Vdalricus Aug. Epiſcop. ſenior 760
VdalricusAug. Epiſc. iunior 761
Hier. Vecchietti 155
Cæſ. Vecelius 474
Conr. Vecerius 389
Nic. Vedelius 686. 713
Vegetius 480. 578. 580
Velleius Paterculus 273. 296. 304. 864
Hubertus Velleius 372
Marcus Velſerus 136. 329. 331. 568. 762
Henr. Velſtenius 658.

Venantius

Venantius Fortunatus 749
Claud. Verderius 469
Polydorus Vergilius 346. 396
Vgolinus Verinus 387
Io. Vernerus 570
Verrius Flaccus 22
de Verulamio v. Baco.
Io. Bapt. Verus 385.
Veſtritius Spurina. 133
Americus Veſputius 395
Barthol. Veſputius 532
Vibius v. Sequeſter
Victor Africanus 749
Victor Capuanus 749
Victor Tunnunenſ. 149
Victor Vticenſis 748
Aur. Victor 304. 305. 877
P. Victor 382
Marius Victorinus 46. 736. 838
Hugo de S. Victore 764
Richardus de S. Victore ib.
Petrus Victorius 34. 39. 91. 518. 467. 828. 836. 849. 621. 623
AEneas Vicus 473
Franc. Vieta 501. 546
Nic. Vignerius 377. 734
Iac. Barocius da Vignola 512
Alex. de Villadei 488. 526
Alphonſus a Villadiego 367
Nic. Villagagnon 394.
Gregorius a S. Vincentio 503
Vincentius Bellouacenſ. 188
- - - - - Lirinenſis 728
Bernardinus Vincentius 481
Vindicianus 823
Eraſmus Vindingius 568
Petr. de Vineis 87
Elias Vinetus 145. 416. 526. 588.
Barth. Viottus 884
Io. Ant. Viperanus 177
Mich. Virdungus 663
Virgilius 103. 104. 114. 121. 123
Ponticus Virunnius 870
Vitellio 511. 512. 513.
Viterbienſis, v. Gotofredus
Phil. Reinh. Vitriarius 904
Vitruuius 576 3
AEneas Vitus 322. 58
Frid. Viues 341
Lud. Viues 462
Iac. Vlfeldius 363
Io. Vliet 133. 134. 852.
Vlpianus Rhetor 48
Io. Voellus 587.
Ianus Aug. Vogelius 551
Raph. Volaterranus 448. 449
Cypr. Vomelius 469
Caſp. Vopel 571
Vopiſcus 304. 412. 418
Dionyſ. Voſſius 337
Ger. Voſſius, Tungrenſis 733. 739
Ger. Voſſius F. 273. 274
Ger. Io. Voſſius 8. 23. 33. 46. 92. 93. 94. 116. 157. 177. 216. 217. 227. 478. 485. 589. 616. 698. 883. 887. 869.
Iſ. Voſſius 163. 219. 509. 511. 567. 713.
Mich. Vranius 432
Vrbicius 579
Coelrus Vrceus 465
Beni. Vrſinus 492
Fuluius Vrſinus 174. 383. 416 473. 444 475
Vrſpergenſis v. Lichtenau
Chriſtia-

Digitized by Google

Christianus Vrstisius 315. 378. 542
Vrsus Diaconus 757
Iac. Vsserius 210. 218. 220. 356. 397. 553. 713
Io. Vtenhouius 341
Bonauentura Vulcanius 19. 831. 26. 94. 845. 115. 131. 137. 237. 309. 338. 851
Vulcatius Gallicanus 304. 417
Herm. Vulteius 803

W.

Io. Christoph. VVagenseilius 774.
Ant. VValæus 693
Io. Iac. a VVallhausen 579
Thomas VValsingham 189
Io. VValtherus 528
Iacobus VVarræus 357
VVaremundus 328
Paul. VVarnefridus 183
Casp. VVaserus 477
Eberhardus VVassenbergius 320
Guil. VVatsius 346
Io. VVegelinus 838. 610
Melch. VVeinrichius 603
Io. VVeizius 119. 122. 135. 136
Marcus VVelserus v. Velserus
God. VVendelinus 553
Marcus Frid. VVendelinus 394
Io. VVendenstenius 508
Angelus VVerdenhagen 454
Andreas VVernerus 325
Gualterus VVernerus 513
Io. VVernerus 500. 532
Matthæus VVestmonasterien-sis 346
Mich. VVexionius 359
VVilhelmus Parisiens. 765
VVilleramus 763
Iodocus VVillichius 119. 468
Iacobus VVimphelingius 319
Nic. VVincklerus 560
Io. Paul. VVindeckius 805
Pierius VVinsemius 344
Vitus VVinsemius 109
Arnoldus VVionius 812
VVittekindus 316. 544. 869
VVilh. VVitzendorfius 803
Hieronymus VVolfius 16. 48. 51. 185. 307. 450. 839. 878. 556. 866.
Io. VVolfius 878
Olaus VVormius 358
Io. VVowerius 8. 87. 139. 484

X.

Xenophon 234. 664. 691
Xiphilinus 180. 253. 254. 255. 862
Guilielmus Xylander 243. 491. 493. 443. 487. 493. 571. 628. 880.

Y.

Rodericus de Tepes 368

Z.

Iac. Zabarella 605
Zacharias 763
R. Abr. Zacutus 530
Zahel 558
Barth. Zambertus 493. 496. 517
Io. Sarius Zamoscius 382
Matthias Zampinus 371
Io. Chrysost. Zanchius 386
Ios. Zarlinus 509
Zeazar 559
Meleh. Zeidlerus 884
Martinus Zeillerus 168

Zeno 723
Zenobius ſ. Zenodotus 21
Guil. Zenocarus 422
Iac. Zieglerus 358. 536. 571
Anton. Zimara 607
Iuſtus Zinzerlingius 164
Henr. Zolnerus 803
Io. Zonaras 185. 760. 871
Zoſimus 260. 864
Viglius Zwichemius 337
Theod. Zwingerus 448. 641 650. 651.

*Sphalmata obiter obſeruata L. B. ita emendet:*

Pag. 9. l. 10. *Chæroboſcus* l. Chœroboſcus p. 16. l. 28 *Pamphilius* l. Pamphilus p. 31. l. 25. poſt *Chiliadum* adde: quod in Operibus Eraſmi inter Theologos nominatis continentur lin. 27. *Megiſſerus* l. Megiſerus p. 37. lin. 7. 13. 20. *Halicarnaſſæus* leg. Halicarnaſſeus p. 41. l. 22. *Boetii* l. Boethii p. 49. l. 25. *excuſæ* l. excuſa p. 53. l. 17. *Philodem* l. Philoclem. p. 54. l. 7. XXXIV. p. 55 l. 26. multa. p. 56. l. penult. *ſt* l. vtut p. 62. l. 7. dele Colon. p. 64. l. 2. Archia p. 70. l. 26. *ἐπιδείξαις* p. 77. l. 11. inſtitu p. 88. l. antepenult. ſubmonentibus, lin. penult. pæne. p. 89. l. 16. ſingularis p. 90. l. 29. præfixæ. p. 93. l. 6. pæne p. 94. l. 7. 8. Sibyllina. l 27. Græce antea. p. 95. l. 2. Epicos p. 100. l. ult. *ἡμέρᾳ*. p. 105. l. 18. Loadiceæ. p. 106. l. 27. Poetices p. 108. l. 4. Hippolytus l. 18. ibidem p. 109. l. 4. hominum. p. 113. l. 19. Simonidis p. 114. l. 11. dele *&* p. 117. l. 29. *κωμῳδῶν*. p. 119. l. 25. VI. p. 120. l. 24. Hippolytus p. 123. l. 6. *μικρολόγως*. p. 126. l. 24. Lilius Gyraldus p. 130. l. 2. *inſtructa* l. illuſtrata, p. 133. l. 25. Veſtritium Spurinam. pag. 134. l. 16. Auguſteo. p. 137. l. 3. *Ruizius*. p. 140. l. 23. habitæ p. 142. l. 16. edidit p. 148. l. 27. poſt *Satyra* adde: & HEINSIVS *de Satyra Horatiana* p. 149. l. 8. omnigena. p. 151. l. 14. dele uncinulos, qui addendi lin. 23. 24. p. 152. l. 4. adde IV. p. 154. l. 4. diffitendum p. 156. l. 11. itidem. p. 157. l. 2. Eberi. l. 12. Schoneri l. 15. Beutheri. p. 158. l. 16. Chiffletius l. 24. Hecataeus p. 159. l. 5. Petrus. p. 160. l. 1. Strabonis. p. 176. l. ult. *συγγράφων* p. 183. l. 11. & cum l. 26. III. p. 185. l. 2. deſcribit. pag. 187. l. 4. *χρονολογικὴν* p. 190. l. 25. dele unciculos. p. 192. lin. 24. quin. l. 28. coactus p. 195. l. 1. hiſtorica. p. 198. l. 20. facinoroſo. p. 206. l. 7. ſchedis. l. 12. ponenda poſt lin. 16. p. 209. l. 12. Rufinum p. 211. 12. inſidiatus p. 217. l. 29. Nicæno. p. 220. l. 23. Gotthardus Arthuſius p. 225. l. 8 *Ιωδαϊκὸν* p 239. l. 11. terſiſſimæ. p. 146. l. 22. *πράξιν*. p. 252. l. 4. Rhetorica lin. 13. Antonino, p. 254. l. 26. quia. p. 260. l. 11. egregius p. 261. l. ult.

Digitized by Google

# ERRATA.

l. ult. Origenis. p. 269. l. 25. diuerſum. p. 270. l. 5. in margine: *V. Voſſ. Part. Orat. p. 276.* p. 278. l. 15 teſqua p. 288. l. 18. amplexentur p. 290. lin. 15. comparari. p. 304. l. 21. dele: Suetonium. l. 23. adde: SVETONIVS p. 305. lin. 3. *De Suetonio et.* pag. 313. lin. 9. dele & l. 11 continetur. pag. 324. lin. 3. Mamerani. pag. 334. lin. 28. *elegans* leg. *egregium*, & adde: FRID. ERHARDI VVINHEIM *Sacrarium Agrippinæ.* pag. 343. lin. 25. conſcripti. pag. 345. lin. 16. hodie rem Britannicam. pag. 346. l. 22. Angli. lin. 25. adde: *& pag. 99. iterum* p. 348. lin. 24. coniuratione. pag. 349. lin. 3. Εικὼν βασιλικὴ. pag. 350. lin. 17. ad marg. *Haræus.* pag. 364. l. 22. *Schædelii* pag. 367. lin. 10. 11. Hiſtoriæ pag 374. lin. 28. plurimas. pag. 376. lin. 25. §. 7. pag. 381. lin. 27, *Romanæ* magni habentur. IO. ROSINI *Antiquitates Romanæ*, cum Notis &c. pag. 385. lin. 27. Torellus. p. 392. poſt l. 15. adde: AITONVS, ſiue HAITONVS ARMENVS in *Nobo Orbe* Baſileæ edito, & ſeorſum. *Comment. de Scr. p. 102.* pag. 395. l. 2. Pigafettæ. pag. 397. lin. 19. Ariſteas. pag. 404. l. 18. tranſcribi pag. 408. l. antepen. Dictys. pag. 422. l. 4. Carolum pag. 423. lin. 10. poſt *Gaguinus* pone comma. pag. 427. lin. 4. *iv* p. 429. lin. 20. operum. pag. 433. l. 10. 12. Symeone. poſt lin. 27. adde: *Symeon Metaphraſtes* Pariſi. Gr. & Lat. *Comment. de Scr. pag. 89.* pag. 440. l. 19. 20. *Babylonica.* l. ult. *Brahei* p. 441. l. ult. *Arcerii* p. 442. l. 29. Commentitiam. pag. 447. l. 7. & leg. *eſt.* p. 449. l. 11. poſt Nota, pone comma. p. 457. l. antepen. 1563. p. 461. l. 1. ſtrategemata. p. 465. l. 17. 18, noua. p. 469. l. 1. ἀγωνιστικῶν. p. 486. l. 26. dele verba: & Aeſculapius, Philoſophus Trallianus, p. 494. l. 9. ibidem l. itidem. l. 25. Claudium. p. 495. l. penult. ſcripſit leg. ſuperſunt. p. 511. l. antepen. Orontius Finæus p. 534 l. 5. Grynæus l. 7. Ptolemæi. p. 549. l. 12. Maginus p. 550. l. 23. Danicam. p. 560. l. 6. Arthuſii. pag. 567. l. 3. Arriani. p. 578. l. 7. Arcerius. p. 579. l. 7. 8. VVallhauſen. p. 580. l. 14. Agylæo. p. 605. l. 7. Schegkii. l. 11. Schegkio. p. 611. l. 17. Quæſtionibus Naturalibus. pag. 626. l. 1. 18. Simplicius p. 632. l. antepen. præiuit. p. 634 l. 23. politicæ. p 637. l. 10. Stierii. pag. 640. l. 22. fine p. 662. lin. 19. ſpernendi p. 664. l. 9. Rempublicam. p. 666. l. 14. iuuantium.

p. 681

Digitized by Google

# ERRATA.

p. 681. l. 29. Fœdus. p. 685. l. 19. nondum p. 687. l. penult. & Bezam. l. ult. *παπίζειν*. p. 691. l. 20. §. 3. p. 692. l. 18. Accipitrariæ. p. 694. l. 21. e. g. p. 696 l. 19. que p. 698. l. 9. opinionum. pag. 721. l. 15. 16. moleſtiam p. 731. l. 23. Tetrapla. p. 735. l. 22. 23. Pachomii. p. 747. l. 20. Symeonis p. 748. l. 26. Fulgentio. p. 755. l. penult. Bibliothecis. p. 777. l. 9. diſceptaretur. p. 779. l. 5. poſt *libris*, dele punctum. p. 780. lin. 19. animoſius pag. 783. l. 7. Lampadii. p. 785. l. 1. etiam 4) p. 786. l. ult. Lupoldus. p. 792. l. 17. Maulius pag. 803. lin. 7. VVitzendorffius. p. 804. l. 27. Philœci. p. 806. l. 5. Engelbrechti. pag. 810. l. 16. Fernandi. pag. 822. l. 28. poſt *Trallianus*, pone comma. pag. 830. l. 21. poſt *n. 24.* adde: & Bibl. Gr. L. IV. P. II. pag. 524. p. 848. l. antepen. dele. *Gr.* l. penult. adde: *Gr. per.* p. 849. l. 2. Erhardi l. 15. *Ge.* leg *Greg.* p. 854. poſt l. 12. adde: §. 3. *Frid. Lindenbrogius*, pro *Henrico* nominatur; quod notauit etiam Cl. *Mollerus* Homonymo ſc. p. 691. P. 869. l. 10. *1577*, *f.* Reliqua leuiora, vt notas diſtinctionum, vncinulosque perperam poſitos, aut omiſſos, voces minus bene diuiſas, aliaque æquo lectorum iudicio

**permittimus.**

BSB Bibl. Regia Monacensis

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google